




3 1761 07993259 6



Presented to  
The Library  
of the  
University of Toronto  
by

Sir Robert Borden, K.C., L.R.D


*W. P. Said*

*W. P. Said*

*Reg. Col.*

*Winson*

*Handwritten text (faint and illegible)*



Digitized by the Internet Archive  
in 2010 with funding from  
University of Toronto





ROBERT LAIRD BORDEN





42  
41  
40  
39  
38  
37  
36  
35  
34

Occidens

24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34

Ortus

Samothrae

Imbrus

Lemnus

Tenedos

Alydus

Troia

Sigaeum

Alexandria

Lechum

Serrium

Serrium

Eressus

Mytilene

Caene Prom.

Mytilene

Mytilene

Chios

Caenone

Hermus Flu.

Smyrna

Cayster Flu.

GAEVM

Icaria

Samos

Samus

Samos

Miletus

Bargile

Andrus

Tenis

Phobus

Arconus

Leagusa

Pathmuse

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius

Thius



# HOMERI ILIAS

GRAECE ET LATINE.

EX RECENSIONE ET CUM NOTIS

SAMUELIS CLARKE, S. T. P.

"Ομηρος ——— λέξει καὶ διανοίᾳ ὑπερῶσθη,  
*Aristot. de Poëtic. Cap. 24.*

Hic omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiae,  
procul à se reliquit. *Quintilian. Lib. X. cap. 1.*

NOVA EDITIO.


TOM. I.

LONDINI:

IMPENSIS J. DUNCAN; WHITTAKER & SOC.; G. COWIE & SOC.;  
SIMPKIN, MARSHALL, & SOC.; T. ALLMAN; R. PRIESTLY;  
W. EDWARDS; W. S. ORR, & SOC.:— EDINBURGI, STIRLING,  
KENNEY, & SOC.:—EBORACI, WILSON & FIL:—DERBIE, H.  
MOZLEY:—DUBLINI, J. CUMMING.

MDCCCXXXVIII.

168083  
19/12/21



PA  
 4019  
 A2  
 1838  
 t.1

---

DUNCANUS STEVENSON,  
 Academiae Edinensis Typographus.

# PRÆFATIO.

---

UT operis instituti ratio uno aspectu aperiat, Lectorem haec paucis in antecessum monitum velim.

Primò, Iliada hîc *græcè* quàm emendatissimam emitti: Et, si quibus in locis, paucis quidem illis, sed quibuscunque in locis à Vulgatis discessum sit; in Annotationibus, quâ id ratione factum sit, singulatim esse expositum.

In *græcis latinè reddendis*, (quam quidem interpretationem maximâ ex parte correctam, parte aliquâ jam denuò compositam dedimus,) latinitatem adhibitam, non elegantem utique et venustam, sed ita Romanam, ut verbis verba, quoad ejus fieri posset, singulis singula ex ordine responderent, *græcis latina*. Quin et *Explemeta* quae vulgò existimantur *Versuum*, quam in *Sententiâ explendâ* vim habeant, propriam quaeque et suam, in permultis ut nequeat non sentire Lector, diligenter effectum.

In *Annotationibus* ea ferè adjecta, quae vel ad Poëtae *artem apericendam*, vel ad orationis *ornamenta* particulatim *commonstranda*, vel ad *sententiam illustrandam* praesertim facere viderentur. Quanquam hâc quidem postremâ in parte haud multum erat locandum operis, cum Homericæ eloquentiae et perpetua et singularis virtus sit *perspicuitas* in carminibus ornatissimis tanta, quantam nè in soluto quidem scribendi genere unquam assequutus est quisquam.

Cui à rebus magnis seriisque minus est otii, ex locis innumeris ea, quae sequuntur, consulere poterit.

De *vi elegantissimâ vocularum* quarundam, quae vulgò *Versum*, non *Sententiam*, *explere* sunt creditae: lib. *α*, ver. 6, 56, 308. *β*, 1, 158. *ε*, 249, 273, 287, 303. *ζ*, 323, 418. *η*, 53, 558. *ι*, 201, 509.

De *Temporum ratione*, quam in linguâ *Romanâ* paucissimi, in *Graecâ* nescio an quisquam satis accuratè tradiderit:  $\acute{\alpha}$ , 37.  $\gamma'$ , 141.  $\delta$ , 492.  $\acute{\epsilon}$ , 587.  $\zeta'$ , 124.  $\mathcal{S}$ , 322.  $\kappa'$ , 186.

De *prosodiâ*, et *licentiâ* (quam appellant) *Poëticâ*, vulgò minùs intellectâ:  $\acute{\alpha}$ , 20, 51, 67, 140, 265, 314, 338.  $\beta'$ , 43, 314, 537, 811.  $\gamma'$ , 151, 260, 385.  $\delta$ , 42.  $\acute{\epsilon}$ , 61, 117, 487, 708.  $\zeta'$ , 434.  $\iota$ , 378.

De *usu* elegantiori *Verborum* quorundam rariùs observatio:  $\acute{\alpha}$ , 528, 593.  $\beta'$ , 269.  $\acute{\epsilon}$ , 769, 778.  $\acute{\eta}$ , 161, 216.  $\mathcal{S}$ , 156, 520.  $\kappa'$ , 560.

De numeri *Dualis* usu et ratione perperàm à Grammaticis fictâ:  $\acute{\alpha}$ , 566, 567.  $\beta'$ , 288.  $\acute{\epsilon}$ , 487, 778.  $\iota$ , 67, 182.

De loquendi ratione eâ, quae ineptè *Antiptosis* dici solet:  $\beta'$ , 353, 681.  $\gamma'$ , 211.  $\zeta'$ , 396, 510.  $\kappa'$ , 224, 437.

De locis quibusdam *emendandis*:  $\acute{\alpha}$ , 20, 340, 395, 566.  $\beta'$ , 426.  $\gamma'$ , 39.  $\delta$ , 42, 242.  $\acute{\epsilon}$ , 487.  $\kappa'$ , 268, 299.  $\lambda'$ , 732.

De versûs *Numeris* rem *ipsam* depingentibus, et orationibus *personam* mirè condecensibus:  $\acute{\alpha}$ , 436.  $\beta'$ , 102.  $\gamma'$ , 357, 363.  $\zeta'$ , 510.  $\acute{\eta}$ , 157.  $\iota$ , 210, 551.  $\lambda'$ , 687, 697, 766.

De *Accentuum* ratione quâdam, rariùs observatâ:  $\beta'$ , 267, 314.

Levia quidem haec, et parvi fortè, si per se spectentur, momenti. Sed ex elementis constant, ex principiis oriuntur, omnia: Et ex iudicii consuetudine in rebus *minutis* adhibitâ, pendet saepissimè etiam in *maximis* vera atque accurata Scientia.

\* \* De hâc Iliadis editione Clarkianâ te, Benevole Lector, uno verbo monitum quoque velim. In eam prelo subjiciendo prae-cautum est ut schedae summâ curâ recensitæ, et ad exemplaria Grenvelliiana et Heyniana diligentèr collata castigatæ essent. Editoribus igitur ejus meritis confisis ne scrupulus quidem est, quin eam studiosis commendent, ut ex omni parte suo patrociniò dignam. Vale.

G. D

Ex Prelo Academ. Edin. }  
Cal. Septem. MDCCCXXV. }

## ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

## ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Α΄.

Ἰπόθεσις τῆς Α΄. ΟΜΗΡΟΥ Ῥαψωδίας.

ἌΠΕΛΘΩΝ ὁ Ἀλέξανδρος εἰς Σπάρτην, ξενίζεται παρὰ Μενελάω καὶ ἀρπάσας τὴν Ἑλένην, ἀπῆλθεν εἰς Τροίαν. Τοῦτο μαθόντες οἱ Ἕλληνες, ἔστειλαν πρέσβεις πρὸς Πρίαμον, τὸν τε Μενέλαον, καὶ Ὀδυσσεύα, καὶ Διομήδην, καὶ τὸν τοῦ Θησέως Ἀκάμαντα· οὓς οἱ Τρῶες παρ' ὀλίγον ἀνείλον· εἰ μὴ Ἀντήνωρ ξενίσας ἀπίπεμψεν αὐτοὺς τῆς Τροίας· ὑποστρέψαντες δὲ οἱ πρέσβεις ἀνήγγειλαν τοῖς Ἕλλησι τὰ γενόμενα. Τότε συναγαγὼν ἅπαν τὸ τῶν Ἑλλήνων γένος Ἀγαμέμνων ὁ ἄναξ, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν τῆς Ἰλίου χῶρον· ἔννεατῆ δὲ χρόνον πολιορκοῦντες αὐτὴν, τῷ δεκάτῳ ἔτει συνέσθη ἡ τοῦ Ἀχιλλέως Μῆνις, ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Χρύσης ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος παραγίνεται ἐπὶ τὸν ναύσταθμον τῶν Ἑλλήνων, βουλόμενος λυτρώσασθαι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Χρυσήϊδα· οὐκ ἀπολαβὼν δὲ, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὄψεως ἀποδιωχθεὶς ὑπὸ Ἀγαμέμνονος, ἤρξατο τῷ Ἀπόλλωνι κατὰ τῶν Ἑλλήνων· λοιμοῦ

Ῥαψωδία.] *Homeri Poemata ex Asia in Graeciam primum transvexisse Lycurgum refert Plutarchus, in vitâ Lycurgi, sub initio; et Ælianus, l. 13. c. 14. In Graecia diu circumferebantur, non, uti nunc habemus, in duos libros disposita; sed tanquam cantilenæ quaedam disjunctæ. Τὸ Ὀμήρου ἔστι (inquit Ælianus, l. 13. c. 14.) πρόσαλαι διηρημένα ἦδον οἱ παλαιὸν οἶον ἔλεγον, “ τὴν “ ἐπὶ ναυσι Μάχην,” καὶ “ Δολωνίαν” τινὰ, καὶ “ ἀριστίαν Ἀγαμέμνονος,” καὶ “ νῆων Κα- “ σάλωρον,” καὶ τοῦ “ Πατρόκλιαν,” &c. Libellos istos primus ordine disposuit, contexit, et quasi consuit [ἰβραψωδῆσι] Pisistratus. “ Qui primus Homeri libros, confusos “ antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc ha- “ bemus:” Cic. de Orat. l. 3. § 34. Πισισ- “ τρωτος ἔστι τὰ Ὀμήρου δισπαρμένα ἠθροίζετο Pausan. Achaic. l. 7. c. 26. Τὰδε δὲ ποιή- “ ματα, σποράδην πρότερον ἀδόκιμα, Πισιστρωτος “ Ἀθηναῖος συνέταξε. Anonym. de genere Ho- “ meri; edit. a Leone Allatio.*

Τομ. I.

Fuerunt qui *Homero* ipsum libros hosce non perpetuos, sed cantilenas sparsim et singularim compositas, edidisse crederint. “ Ε- “ γραψε τὴν Ἰλιάδα (inquit Suidas) οὐχ ἅμα, οὐδὲ κατὰ τὸ συνεχές, καθάπερ σύγκειται, ἀλλ’ αὐτὸς μὲν ἑκάστην ραψωδίαν γράψας, καὶ ἐπι- “ δίδξας τῷ περιουστῆν τὰς πόλεις τροφῆς ἕνεκεν, ἀπέλιπεν. Quam in sententiam concessisse videtur etiam Vir longè omnium doctissimus, *Phileleutherus Lipsiensis*, in epistola quâdam sermone Anglico conscriptâ ad F. H. pag. 18. In eandem porò sententiam Scriptor Gallicus *Rapin*, in *Comparison* quam instituit *Virgilio* cum *Homero*, licet ipse aliter sentiens, *Ælianus* tamen citat, et ipsum Doctiores adducunt: “ *Ælian* pretend que “ l’opinion des Scavans de son temps étoit “ qu’ *Homere* n’avoit composé l’*Iliade* et l’*O- “ dyssée* que par morceaux, sans unité de des- “ sein,” &c.

Verùm neque *Ælianus*, ejus verba jam supra adduxi, quicquam ejusmodi asserit; et

A

δὲ γινομένου, καὶ πολλῶν, ὡς εἰκὸς, διαφθειρομένων, ἐκκλησίαν Ἀχιλλεὺς συνήγαγε. Κάλχαντος δὲ διασαφῆσαντος τὴν ἀληθῆ αἰτίαν, καὶ κελεύσαντος Ἀχιλλέως, ἐξιλάσκεισθαι τὸν θεόν, Ἀγαμέμνων ὀργισθεὶς διηέχθη πρὸς τὸν Ἀχιλλεῖα, καὶ αὐτοῦ τὸ γέρας ἀπέσπασε, τὴν Βρισηΐδα. Ὁ δὲ ὀργίζεται τοῖς Ἑλλησι. Θετίς δὲ, τοῦ υἱοῦ δεηθέντος, εἰς Ὀλυμπον ἀνελοῦσα, ἤτήσατο παρὰ τοῦ Διὸς, ὅπως τοῦς Τρῶας ἐπικρατεστέρους τῶν Ἑλλήνων ποιήσῃ. Ἥρα δὲ γνοῦσα τοῦτο, διηέχθη πρὸς τὸν Δία, ἕως αὐτοὺς διέλυσεν Ἥφαιστος, οἰνοχόσας ἐν ἐκπώματι χρυσῶ· οἱ δὲ, τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας εὐωχῆθέντες, εἰς ὕπνον τρέπονται.

res ipsa vehementer reclamat. Nam in utroque Poemate, à capite ad calcem, tam sunt apta et connexa omnia; in *Odyssæa*, adeò una ubique est et perpetua narratio; in *Iliade*, singulis in libris, singulis ferè in paginis, quæcunque pugnetur pugna, quæcunque res narretur, tam singulari tamen artificio interseritur et ubique spectatur *Achilles*; ut planè nullo modo fieri possit, quin uno con-

silio totum conscriptum fuerit Poema. “Ἐν μὲν τι σῶμα, ut rectè *Eustathius*, συνεχὴς διόλου καὶ εὐάρεστον, ἢ τῆς Ἰλιάδος ποιήσεως. Itaque cantilenas istas, non ab *Homero* sparsim et singulatim conscriptas, sed ex *Homero* Poematis olim excerptas, et (ut loquitur *Pausanias*) *δισσασμίνας*, primus in unum doctè recollegit, et sic, ut nunc habemus, disposuit *Pisistratus*.

## ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ΡΑΨΩΔΙΑ ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Α΄.

Ἐπιγραφαί.

Λοιμὸς καὶ Μῆνις.

Ἄλλως.

"Ἄλφα, λιτὰς Χρύσου, λοιμὸν στρατοῦ, ἔχθος ἀνάκτων.

ΜΗΝΙΝ ἄειδε, Θεὰ, Πηληϊάδew Ἀχιλλῶς  
 Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε·

GRAM cane, Dea, Pelidae Achillis  
 Perniciosam, quae plurimos Achivis dolores fecit ;

Ver. 1. ΜΗΝΙΝ, &c.] Rectè *Homerum* laudant Veteres, quod non ab ipsis Belli initiis Poema suum exordiat, sed statim in medias res Auditorem suum rapiat, et quæ præcesserint, artis deinceps locis intertextat. Ἦδη καὶ ταύτη Θεσπίσιος ἀν φανείη "Ὀμηρος παρὰ τοὺς ἄλλους, τῷ μῆδὲ τὸν πόλεμον, καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν καὶ τέλος, ἐπιχειροῦσαι ποιῆν ὄλον.—νῦν δ' ἐν μέρους ἀπολαβῶν, ἐπισοδόις κέχρηται αὐτῶν πολλοῖς. *Arist. Poetic.* c. 23. Αὕτη γὰρ ἀρετὴ ποιήσεως, τὸ ἀπὸ τῶν μίσων ἀρχῆσθαι, προϊόντα δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν διηγείσθαι κατὰ μέρος. *Schol.* Similiter *Horatius* :

Nec sic incipies ;

"Fortunam Priami cantabo, et nobile Bellum."

Quanto rectiùs Hic, qui nil molitur ineptè ?

Nec gemino bellum Trojanum orditur ab ovo :

Semper ad eventum festinat ; et in medias res,

Non secùs ac notas, auditorem rapit.—

*De Arte Poet.*

Hoc porrò est, quod ait *Cicero de Oratore* :

"Principia verecunda, non elatis intensa verbis." Et *Quintilianus* : "Age verò

"nonne in utriusque sui operis ingressu

"paucissimis versibus legem Proœmiorum

"non dico servavit [*Homerus*,] sed consti-  
 "tuit?" l. 10. c. 1.

*Ibid.*—Πηληϊάδew Ἀχιλλῶς.] *Plutarchus* de hoc versu : "Ὀμηρος δὲ (inquit) τὸν πρώτον οὐ διηγέθη τῶν στίχων "ἄμετρον" ἕνεγκαν τοσοῦτον περιῶν αὐτῷ φρονήματος εἰς τὰ λοιπὰ διὰ τὴν δύναμιν. *Lib. de Profect. Virtut. sentiend.* De voce, Ἀχιλλῶς, cum simplici λ, nescio equidem an sit hic locutus *Plutarchus*. Quam enim de voce, Πηληϊάδew, litem moverunt Recentiores ; id verò planè erat, nodum (quod aiunt) in scirpo quærere. Quid enim *usitatus*, quam vocales istas *ew* in unam pronuntiando contrahi ? Fuerunt tamen, teste *Eustathio*, qui in hoc vocabulo literas *ew* in unam brevem contraherent : Quàm absurdè ! Alii vocales *ew* in unam longam coegerunt : Sed et hoc ipsum minùs scitè. Homo verè doctus, *Joach. Camerarius* : "In hoc versu (inquit) "in dimensione numerorum, *ew* in Πηληϊά-  
 "δew, unà syllabà, ut diphthongus impro-  
 "pria esse videatur, pronuntiabimus." Vidit tamen et ipse postea, quod erat utique manifestissimum ; ex analogià *usitatissimà*, quæ vox scribi solita est Πηληϊάδew, eam enuntiarì scilicet Πηληϊάδew.

Ver. 2. Οὐλομένην.] Exhibet *Heroem* suum Poeta, non qualis esse debuerit, sed qualem famà accepisset.

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαφεν  
 Ἑρώων, αὐτοὺς δ' ἐλώρια τεύχε κύνεσσιν,  
 Οἰωνοῖσι τε πᾶσι (Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή)  
 Ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε  
 Ἀτρεΐδης τε, ἄναξ ἀνδρῶν, καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.

5

Multasque fortes animas orco praematurè misit  
 Heroum, ipsosque praedam-discerpendam fecit canibus,  
 Alitibusque omnibus: Jovis autem perficiebatur consilium:  
 Ex quo utique primùm disjuncti sunt litigantes  
 Atridesque, rex virorum, et nobilis Achilles.

5

Οὐ γὰρ τι γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανάφρων,  
 Ἄλλὰ μάλ' ἰμμεμαώς.—Τ', ver. 467.

Erat nimirum Achilles,

Impiger, iracundus, inexorabilis, acer;

Jura negat sibi nata, nihil non arrogat armis.

Ut planè inepti sint, qui Homero id vitio vertant, quod Achilles non fixerit virtutibus exornatum omnibus, vitiis omnibus immunem.

*Ibid.*—Μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε. Nam antè, quàm secessisset Achilles,

Οὐδέποτε Τρῶες πρὸς πολέων Δαρδανιάων

Ὀΐχεσσον κείνου γὰρ ἰδιδίσιαν ἕβριμον ἔγχεος.  
 Ε', ver. 789.

Ver. 3. Πολλὰς—ἄϊδι προΐαφεν.] Euripides dixit,

Ψυχὰς δὲ πολλὰς κἀγαθὰς ἀπώλεσα; *Atridrom.* v. 611. *Virgilius*:

—demiserit Orco. *Æn.* IX. 527.

—juvenum tot miserit Orco. *ibid.* 785.

—multa virum demisit corpora morti.

*Æn.* X. 662.

Quæ omnia emphasis vocis illius [προΐαφεν, praematurè misit.] minùs attigerunt.

Ver. 4.—αὐτοῖς.] *Corpora ipsorum.* Sic *Palinuri Umbra* apud *Virgilium*;

Nunc ME fluctus habet, versantque in littore venti. *Æn.* VI. 562.

*Ibid.*—δ' ἐλώρια.] Alii scribunt δὲ ἐλώρια. Alii, δ' ἐλλώρια. Sed perinde est. Nam in hujusmodi vocabulorum syllabis non mediis

facile fieri potuit (quod et in omnibus linguis interdum usu venit) ut quod scriptum fuerit ἐλώρια, vulgò tamen pronuntiaretur ἐλλώρια.

Vide ad ver. 51.

*Ibid.*—κύνεσσιν, Οἰωνοῖσι τε πᾶσι.]

—canibus data præda Latinis,

Alitibusque jaces. *Æn.* IX. 485.

Ver. 5. Οἰωνοῖσι τε πᾶσι.] Ὁ Ζηνόδοτος, (inquit *Athenæus*, lib. 1. c. 10.) ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἐκδόσει, γράφει, "Οἰωνοῖσι τε Δαῖτα." ἀγνοῶν

σαύτης τῆς φωνῆς δύναμιν, nempe Δαῖτα de Alitibus dici non posse.

*Ibid.*—Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.]

—nam sæva Jovis sic numina poscunt.

*Æn.* IX. 901.

Disputat *Plutarchus*, utrum Poeta τὸν Δεῖον αὐτὸν hic dicat, an τὴν εἰμαρμένην. *Lib. de au-*

dicendis *Poetis*; iterumque in *lib. de Stoicorum repugnantibus*. Sed nihil opus. Non enim hic philosophatur *Homerus*: Sed hoc tantum ait; Mala et plura multò et majora, quàm prævideri potuerint, ex hæc Imperatorum contentione orta.

Ver. 6. Ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα.] Conjicit *Porrius*, proœmium in præcedenti voce, βουλή, desinere; istasque ἐξ οὗ δὴ, interrogationem intelligi posse. Ἐξ οὗ δὴ—διαστήτην Ἀτρεΐδης—καὶ—Ἀχιλλεύς; "Unde est orta inter *Atridem* et "*Achillem* contentio?" Verùm ut pronomen istud, ἐς, interrogativè accipiatur; et ut de *Atride* non antè memorato inferatur istiusmodi quæstio; id verò nullo modo fert aut lingua *Græca*, aut *Sententiæ ipsius* ratio.

Alii igitur istud, ἐξ οὗ δὴ, rectè accipientes, "ex quo tempore;" proœmium autem nihilominus in voce præcedenti, βουλή, desinere existimantes; verba hæc, ἐξ οὗ δὴ, cum sequentibus, τίς τ' ἄρ σφῶε, connexa voluerunt. Ut adeò sententiâ sit: "Ex quo orta est inter "*Atridem* et *Achillem* contentio, quisnam eos, "ut contendere, commisit?" Verùm neque hoc ferri potest. Nam neque particula, δὴ, istâ ratione, rectè se habet; et voculae, Τ' ἄρ, in mediâ sententiâ, pessimè erunt insertæ; et repetitio ista, [quum *CONTENTERENT*, quisnam eos ut *CONTENTERENT* commisit?] invenusta est valdè, et importuna.

Itaque *Proœmium* omninò non in voce βουλή, sed in voce, Ἀχιλλεύς, tandem in voce scriptimo desinit. Et à verbis, τίς τ' ἄρ σφῶε, rectè inchoatur nova periodus. Et illud, ἐξ οὗ δὴ, non cum sequentibus, sed cum præcedentibus, aptè est connexum. "Dic, *Musa*, "iram *Achillis*; quæ *Achivis* dolores sexcentos intulit, ex quo utique ei cum *Agamemnone* intercesserat contentio."

Malè igitur hic scriptor *Gallicus*, *Rapin*, in *Comparatione* quam instituit *Virgili* cum *Homero*. "Il seroit difficile de dire où finit "cette *Invocation*.—Elle se confond avec la "narration, quand on y regarde de près." Nempe, ex lingua *Græcæ* insetiâ orta est hæc omnis ambiguitas. De prosodiâ vocis ἐρίσαντε, vide infra, ver. 140.



Τίς τ' ἄρ' σφῶε θεῶν ἔριδι ζυνέηκε μάχεσθαι ;  
 Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός· ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς  
 Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ᾤρσε κακῆν· ὀλέκοντο δὲ λαοί· 10  
 Οὔνεκα τὸν Χρυσὴν ἠτίμησ' ἀρητῆρα  
 Ἀτρεΐδης· ὁ γὰρ ἦλθε θεῶς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,  
 Λυσόμενός τε δῦγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,  
 Στέμματα ἔχων ἐν χερσὶν ἐκηβόλου Ἀπόλλωνος,  
 Χρυσῆα ἀνὰ σκήπτρῳ· καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιοὺς, 15  
 Ἀτρεΐδα δὲ μάλιστα, δῶα κοσμήτορε λαῶν·  
 Ἀτρεΐδαί τε, καὶ ἄλλοι εὐκνήμιδες Ἀχαιοί,

Et quisnam igitur eos Deorum, contentione commisit, ut pugnarent ?

Latonae et Jovis filius: Hic enim regi iratus

Morbum per exercitum excitavit pestiferum: peribant autem populi: 10

Quoniam Chrysen contumeliā atfecerat sacerdotem

Atrides: hic enim venerat celeres ad naves Achivorum,

Redempturusque filiam, ferensque infinitum pretium-liberationis,

Infulam habens in manibus longe-jaculantis Apollinis,

Aureo cum sceptro; et supplex-oravit omnes Achivos,

Atridas verò imprimis, duos duces populorum: 15

“Atridaeque, et alii bene-ocreati Achivi,

Ver. 8. Τίς τ' ἄρ' σφῶε θεῶν.]

— Quo numine læso,

Quidve dolens ————— *Æn.* I, 12.

Ver. 11.—*Ἀρητῆρα.*] De hâc voce *Aristoteles*: Πειπομιένον δὲ (inquit) ἰστίν, ὃ, ὅπως μὴ καλοῦμενον ὑπὸ τινῶν, αὐτὸς τίθεται ὁ ποιητής· δοκεῖ γὰρ ἕνα εἶναι τοιαῦτα ὄιον, τὸν ἱερέα, “*ἀρητῆρα.*” De *Poetic.* c. 21.

Ver. 15. Λυσόμενός τε δῦγατρα.] Vide infrâ, ver. 566, &c.

Ver. 14. Στέμματα ἔχων ἐν χερσίν.]

Præferimus manibus vittas ac verba precantum. *Æn.* VII, 257.

Velati ramis oleæ, veniamque rogantes. *Æn.* XI, 101.

Vir doctissimus *H. Stephanus* (quem secuti sunt Recentiores) primus contendit scribendum hîc omnino στίμμα τ' numero singulari; tum quòd infrâ, ver. 28. legatur στίμμα θεοῦ; tum quòd seriem orationis omninò copulativam particulam postulare existimaret. Sed fallitur Vir eruditus. Nam quòd postea usurpatur στίμμα, hoc planè nihili est; cum et in Græco sermone et Latino plurima sint istiusmodi vocabula, quæ sive numero singulari offeras, sive plurali, perinde erit. Utique *velamina, sarta, vittæ,* et similia; idem sonare possunt, ac *velamen, sertum, vitta.* Quippe ex vittis *vitta*, ex sertis *sertum*, ex velaminibus constat *velamen.* Quin et illud ipsum *Agamemnonis στίμμα θεοῦ*, versum eum ipsum 28vum παραφράζων *Plato*, τὰ τοῦ θεοῦ στίμμα τὸν nuncupat. De *Republ. lib. 5. p. 593. Edit. Serrani.* Quòd autem seriem orationis omninò hîc particulam copulativam (τι) postulare existimet, in eo verò

multò etiam gravius errat Vir eruditus. Non enim *trimembris* est sententia, sed *bimembris* tantum. Non utique et redempturum filiam, et pretium maximum ferens, et coronam habens in manibus venerat Chryse. Sed hoc ait Poeta; redempturumque sibi filiam, idque maximo pretio facturum venisse Chrysen, coronam in manibus habentem. Vide hâc de re *Acta Eruditorum Lipsiens. ad Mens. Febr. 1712.*

Ver. 15. Χρυσῆα ἀνὰ σκήπτρῳ.] Præpositionis, ἀνὰ, ea (ni fallor) hîc vis est, ut dicatur Chryses sceptro, quod in manibus gestabat, coronam indidisse. Cæterum quod scriptum est Χρυσῆα, enuntiabatur Χρυσῶ, quomodo et scribi quoque deinceps cæptum est. Vide infrâ ad β', 811.

*Ibid.*—καὶ ἐλίσσετο.—“*Ἀτρεΐδαί τε, &c.*”] Quantum in eo sit artificium, quod Poeta alienam plerumque induat personam, et ex suâ ipsius personâ parciùs loquatur; notat *Aristoteles, de Poetic. c. 24.* “*Ὅμηρος δὲ ἄλλα τι πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτὸν. Αὐτὸν γὰρ διὸ τὸν ποιητὴν ἐλάχιστα λέγειν. Οὐ γὰρ ἴσθι κατὰ ταῦτα μιμητής. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι, αὐτοὶ μὲν δι' ὅλου ἀγωνίζονται.—Ὁ δὲ ὀλίγα φρομισασάμενος, εἰθὺς εἰσάγει ἄνδρα ἢ γυναῖκα, ἢ ἄλλο τι ἦθος· καὶ αἰδὴν ἄηθες, ἀλλ' ἔχων ἦθος.* Verum istud, de *Homerica* ratione *Poeseos in universum.* De hâc Chryse oratione, totâque hoc in loco τῆ δια μιμήσεως διηγήσει, ut vocat *Plato*, quàm sit pulchra et ornata; vide *Plat. de Republ. lib. 5.* Item *Dionys. Halicarn.* περὶ τῆς Ὀμήρου ποίσεως, cap. 20.

Ver. 17. Ἀτρεΐδαί τε καὶ ἄλλοι.—Τμῖν μὲν, &c.] “*Quàm breviter.*” (inquit *Camerarius*),

Ἵμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,  
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἰέσθαι·  
Παῖδα δέ μοι λύσαιτε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε,  
Ἀζόμενοι Διὸς υἱὸν ἐκηβόλον Ἀπόλλωνα.

20

Ἐνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ,  
Αἰδεῖσθαι δ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα·  
Ἄλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἦνδανε θυμῷ·

“ Vobis quidem dii dent, coelestes domos habitantes,

“ Excindere Priami urbem, feliciterque domum reverti.

“ Filiam autem mihi liberate dilectam, et pretium-liberationis accipite,

20

“ Reveritit Jovis filium longe-jaculantem Apollinem.

Tunc alii quidem omnes comprobârunt Achivi,

Reverendumque esse sacerdotem, et splendidum accipiendum pretium :

At non Atridae Agamemnoni placuit animo ;

“ quàm artificiosè benevolentiam captat !”  
Immo verò quàm breviter, quinis versibus, *Imperatores* binos, *exercitum* universum, *blandiloquentiâ*, *religione*, *lucro*, *terrore*, commovit !

Ver. 18. Ἵμῖν μὲν θεοί.] Pronuntiabatur contractè, Ἵμῖν μὲν θεοί. Id quod omnibus in linguis interdum usu venit. Sic apud Sophoclem :

Ἄγοντ' ἀπαρχὰς θεοῖσι τοῖς ἐγχωρίοις. *Trachin.* 186. Vide infra ad β', 268 et 811.

Ver. 19.—πόλιν, εὖ.] Quâ ratione, πόλιν, syllabam hîc posteriorem producat, vide infra ad ver. 51.

Ver. 20. Παῖδα δέ μοι.] Scribunt viri quidam docti, non inficetè, Παῖδα δ' ἐμοί. Ut sit ἐμοί emphaticum scilicet, et referatur ad Ἵμῖν quod præcesserat. Vide *Bibliothèque Choisie*, Tom. XI. p. 351. et, *Acta Eruditorum Lipsiens. ad Mens. Febr. 1712.*

*Ibid.*—λύσαιτε φίλην.] Scriptum est in ple-risque, λύσατε. Quod omninò ferri non potest. Nam, λύσατε, secundam necessariò corripit. Neque id ullo modo sanari potest. Quam enim Poeticam appellat licentiam, ea verò in *hujusmodi* syllabis mediis, ex quibus *Temporum* pendet *Casuumve* Analogia, planè est nulla. Utique, hæc siqua esset, periisset omnis *Prosodia*. Quod igitur ait vir doctissimus *Phil. Labbe*, *Prosod.* p. 42. “λύσατε, *Iliad.* α', 20. *singulare est*,” tantundem est, si dixisset, *corruptum est*. Alii igitur legerunt, λύσαι τε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι. Verùm hæc cum sequente, Ἀζόμενοι, minùs rectè conveniunt.

*Phil. Labbe*, *Thesaur. Prosod.* p. 115. conjicit legendum, λύσασθε. Atque ita quidem fidenter edidit *Barnesius*, istamque lectionem confirmari existimat, ex ver. 15. *λυόμενος τε θύγατρα*. Sed non animadvertit, (id quod rectè notavit *Auctor* quidam eruditissimus, in *Actis Erudit. Lipsiens. ad Mens. Febr. 1712.*) verbum hoc apud *Homerum* in voce mediâ de eo so-

lere usurpari, qui dato pretio redimit captivos ; in *activâ* autem de eo, qui pretio accepto reddit redemptos. De eo qui redimit captivos, ver. 15 et 372. hujus libri: *λυόμενος τε θύγατρα*. Item α', 502. *λυόμενος παρὰ σῖο*. Et *ibid.* ver. 175. *λύσασθαι σ' ἐκίλευσεν*. De eo autem qui reddit redemptos, ver. 29. hujus libri: *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω*. Item α', 137. Ἄλλ' ἄγε δὴ λύσω. Et *ibid.* 561. *νόω δὲ καὶ αὐτὸς Ἐκτορά τοι λύσαι*.

Quod addit *Barnesius*, λύσασθε benè congruere cum sequente *δέχεσθε*, id verò nihili est. Nam *δέχομαι* *activam* vocem non habet. Et in loco illo jam citato, α', 137. ubi utrumque horum Verborum itidem in eodem versu usurpat *Poeta*, (Ἄλλ' ἄγε δὴ λύσον, νεκροῖο δὲ δέξαι ἄποινα,) non utique λύσαι dixit, sed λύσω.

Denique ; cùm ex eo porrò, λύσασθε scribendum colligat *Vir eruditus*, quòd “*MS. Barocc. Oxon. παραφράζει, λυτρώσασθε*,” et hoc quoque nullius est momenti. Nam analogia illa quâ is, qui filiam redemptam accipit, eam λύσασθαι dicitur ; qui autem dimittit, λύσαι ; ex ipso petita est *Homero*. Quid in aliis vocabulis Recentiores fecerint *Scriptores*, parùm refert.

Itaque ea demum vera et certissima est *LECTIO*, quam exhibent *Scholium Moschopuli edita à Scherzeraelio* ; quamque *Lipsiensis* vir doctus suprâ citatus ex iisdem *Scholiis MSS.* antè citaverat. *λύσαιτε* (inquit iste *Scholias*) ἀντὶ τοῦ λύσατε τὸ δὲ εὐκτικόν, ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ. Legebat igitur ille, in textu suo *Homericò*, λύσαιτε, sive λύσαιτε. Quod et optimè congruit cum præcedente, διέειπεν.

Ver. 22.—πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί.]

—unoque omnes eadem ore fremebant.

*Æn.* XI, 152.

Ver. 24.—Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἦνδανε θυμῷ.] Legendum conjicit *Dna Dacier*, Ἀτρεΐδῳ Ἀγαμέμνονος ἦνδανε θυμῷ. Min'

- ' Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε' 25  
 Μῆ σε, γέρον, κοίλῃσιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχέια,  
 Ἡ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον αὐτὶς ἰόντα,  
 Μῆ νύ τοι οὐ χραίσμη σκῆπτρον, καὶ στέμμα θεοῖο.  
 Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρὶν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν,  
 Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν Ἀργεῖ, τηλόθι πάτρης, 30  
 Ἴστον ἐποικομένην, καὶ ἔμρον λέχος ἀντίωσαν.  
 Ἄλλ' ἴθι, μὴ μ' ἐρέθιζε· σαώτερος ἄς κε νήηαι.  
 Ὡς ἔφατ'· ἔδδεισεν δ' ὁ γέρον, καὶ ἐπέειθετο μύθῳ.  
 Βῆ δ' ἀκίαν παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,  
 Πολλὰ δ' ἐπειτ' ἀπάνευθε κίων ἤρᾱθ' ὁ γεραίος 35  
 Ἀπόλλωνι ἀνακτι, τὸν ἠΰκομος τέκε Λητώ.  
 Κλυθὶ μιν, Ἀργυρότοξ, ὃς Χρῦσιν ἀμφιβέβηκας,

Sed contumeliosè dimisit, minacemque sermonem addidit :

25

“ Nè te, senex, cavas ego apud naves offendam,

“ Vel nunc commorantem, vel posthac reversum ;

“ Nè forte tibi non prosit sceptrum et infula Dei.

“ Hanc autem ego non liberabo, antequam ipsam et senectus invadat,

“ Nostrâ in domo, Argis, procul à patriâ suâ,

30

“ Telam percurrentem, et meum lectum participantem.

“ Verùm abi, nè me irrites ; salvus ut redeas.

Sic dixit : timuit autem senex, et paruit mandato ;

Ibatque tacitus juxta litus multum-strepeutis maris,

Et multum deinde seorsùm iens precabatur senex

35

Apollinem regem, quem pulchricoma peperit Latona :

“ Audi me, splendidum-arcum-gerens, qui Chrysen tueris,

rectè. Nam alibi priore loquendi modo utitur Poeta, *Lib. O', ver. 674.*—*Διάντι μεγαλήτορι ἦνδαν θυμῷ.* Et, quamvis altera illa loquendi ratio usurpari queat, ut *Odyss. κ', 375.* elegantius tamen dicitur, *alicui animo placere*, quàm, *alicujus animo placere*. Porro, quod nonnulli hic, *θυμῷ*, “ *πραῖ ἰνά,*” vertant ; id mihi minùs gracè dictum videtur.

*Ver. 25.*—*κακῶς ἀφίει.*] *Τουτίστιν, ἀγρίως καὶ αὐθαδῶς καὶ παρὰ τὸ προσήκον.* *Plutarch. de audiend. Poetis.*

*Ver. 29.* *Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω.*] Nonnulli legendum existimant, *τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω.* Quod *præfractius* quiddam sonat, (omissâ particulâ, *autem;*) et irato non prorsus disconvenit. Rectius tamen, ut opinor, scribitur, *τὴν δ' ἐγὼ.*

*Ver. 31.* *Ἴστον ἐποικομένην.*]

Arguto tenues percurrens pectine telas.

*Æn. VII, 14.*

*Ibid.*—*καὶ ἔμρον λέχος ἀντίωσαν.*] *Vide ver. 112, 113. ζς.*

*Ver. 34.* *Βῆ δ' ἀκίαν παρὰ θῖνα.*] Rectè hic observarunt rei poeticae studiosi, *Chrysa* dolorem *silentio* aptius et vehementius, quàm ullo sermone fieri potuerit, expressum. Quin et ipsam in hoc versu dispositionem numerorum, cogitatione defixum quodammodo depingere.

*Ver. 37.*—*ἀμφιβέβηκας.*] *Tempus* hoc non est, ut vulgò vocant *Grammatici*, *præteritum perfectum*, sed *præsens perfectum* : “ *Qui tueris, qui circumstas, qui circumdatus es.*” Quod ut clarius et distinctius intelligatur, notandum est *Tempus* esse omne divisum in partes Tres ; *præteritum, præsens, et futurum.* Quorum unum-quodque porro *dupliciter* intelligi potest, pro eo ut de re *perfectâ* sermo sit, aut de *imperfectâ*. Itaque *Tempora* in omni Verbo, *præterita* et *divisimèna*, sunt Ser. Exempli causâ :

Tempus <i>præteritum</i>	{	rei <i>imperfectæ</i> .	{ abibat. HE WAS GOING. <i>Il s'en alloit.</i> cœnabat. HE WAS AT SUPPER. <i>Il étoit à souper.</i> ædificabatur. IT WAS IN BUILDING. <i>On bâtissoit.</i>
		rei <i>perfectæ</i> .	{ abierat. HE WAS GONE. <i>Il s'en étoit allé.</i> cœnaverat. HE HAD SUPPED. <i>Il avoit soupé.</i> ædificatum erat. IT WAS BUILT. <i>On avoit bâti.</i>

Κίλλαν τε ζαθέην, Τενέδοίό τε ἴφι ἀνάσσεις,

“ Cillanque eximiam, Tenedoque fortiter imperas,

Tempus Præsens	rei imperfectæ.	{	abit. HE IS GOING. <i>Il s' en va.</i>
			cœnat. HE IS AT SUPPER. <i>Il est à souper.</i>
			ædificatur. IT IS IN BUILDING. <i>On bâtit.</i>
	rei perfectæ.	{	abiit. HE IS GONE. <i>Il s' en est allé.</i>
cœnavit. HE HAS SUPT. <i>Il a soupé.</i>			
			ædificatum est. IT IS BUILT. <i>On a bâti.</i>
Tempus Futurum	rei imperfectæ.	{	abit. HE WILL BE GOING. <i>Il s' en ira.</i>
			cœnabit. HE WILL BE AT SUPPER. <i>Il sera à souper.</i>
			ædificabitur. IT WILL BE IN BUILDING. <i>On bâtitra.</i>
	rei perfectæ.	{	abierit. HE WILL BE GONE. <i>Il s' en sera allé.</i>
cœnaverit. HE WILL HAVE SUPT. <i>Il aura soupé.</i>			
			ædificatum erit. IT WILL BE BUILT. <i>On aura bâti.</i>

Ex hâc Temporum primariorum verâ et secundum rerum naturam dispositione, observare est;

Imo. Vocabula ista, “ædificatum est, cœnavit, abiit, perit, ἀμφιέθηκεν,” et similia, tam Præsens exhibere tempus rei perfectæ; quàm illa, “ædificatur, cœnat, abit, perit, ἀμφιέζειν,” et similia, Præsens exhibent tempus rei imperfectæ. Quod cum pleerosque Grammaticorum fugerit; hinc viros etiam non ineruditos sæpe in fraudem inductos, ut vel mendum aliquod, vel enallagen nescio quam, (quæ Grammaticam omnem penitus evertit,) vel necessitatem quandam metri, (quæ apud principes Poetas nequaquam hujusmodi est,) ibi suspicarentur, ubi Temporum ratio rectè atque etiam optimè jam constaret. Exempli causâ: In eo, quod est apud Virgillum, *Æn.* II, 12. “Quonquam animus meminisse horret, luctuque refugit; [et similiter *Æn.* X, 726.] rectè constat Temporum ratio; quoniam is qui animum refugisse dicat, tam de præsentis tempore loquitur, quàm qui refugere dixerit: Eodem modo ac qui, “perit,” dicat; quod apud Anglos effertur, “I AM UNDONE;” æquè rem præsentem dicat, ac qui dixerit, “pereo, I AM PERISHING.” Id quod non animadvertens Vir doctus Rad. Wintertonus, *Notis in Hesiodi Theogon. ver.* 819. Enallagen, quam excogitârunt alii, rectè quidem rejicit; ipse tamen, quod pejus est, Virgillum *τεχνικῶς* per Systolen metri, in ultimo pede, et in voce utique *trissyllabâ*, deficiente tempore, timorem expressisse fingit. Simili errore, de eo quod est apud Ovidium, *Metam.* V, 677. Pieridum in *Picas* metamorphosin referentem, (*Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit;*) “Scribe” (inquit nuperus Auctor non inductus) “TUNC quoque—. Si enim re-tineas Nunc; dicendum est, remanet, non “remanet.” Malo admodum augurio. Nam

omnino hoc ait Ovidius, etiam nunc iis *inse-disse* atque *infixam* esse antiquam garrulitatem. De Grotii errore simili, vide infra ad 454.

2do. Ex hâc naturali Temporum dispositione apparet, quàm malè multârunt linguam Romanam vulgares rei Grammaticæ Scriptores, qui Futura ista perfectæ, [“legero, “lectus ero,” et similia,] quæ sunt æquè *indicativa*, ac Futura illa imperfecta, [“legam, “legar;”] è *Modo Indicativo* expunxerunt; et, ineptissimo Solæcismo, istud [“lectus “ero”] et similia, quæ *Subjunctiva* nullo modo esse possunt, in *Modum Subjunctivum* relegârunt.

3tio. Præter *Sex* ista Tempora *Primaria* et *διωρισμένα*, sunt et alia quædam ex his diversè Composita: Ut videre est in Græcorum *Aoristis* atque *Futuris duplicibus*, et recentiorum linguarum *duplicibus* (ut vocant) *præteritis perfectis*; quorum alterum respondet Græcorum *Aoristo*. Quæ quidem tempora vim suam variè sortiuntur, partim ex *præsentibus*, partim ex *præteritis* et *futuris*, interdum etiam ex *Thematis ipsius* naturâ. Quamobrem hæc quidem, neque in *diversis linguis* singula singulis respondent, neque in *ejusdem linguæ* Verbis omnibus; et interdum una eademque vox, pro diverso orationis contextu, diversum habet significationem: Non utique promiscuè et *ἀλόγως*, sed semper certâ quâdam et definitâ ratione. Quæ omnia cum sint intellectu multò, quàm explicatu, faciliora; quaque cujusque vocabuli præfinitò vis sit, sæpè admodum difficile sit dictu; diligenti porrò lectione sunt observanda. Hæc quò pertinent, paucis *exemplis* subjectis, apparebit.

Qui græcè ait, *ὦδὲ ἐληλυθώς*; id ait *διωρισμένως*, quod latine dicitur, “Quoniam hic “advenisti:” Qui autem, *ὦδὲ ἐλλθών*; is id ait *ἀοριστως*, quod latine dicitur, “Cum hic

Σμινθεῦ· εἴποτε τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρραφα,  
 \*Ἡ εἰ δὴ ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρὶ ἔκηα  
 Ταύρων ἢδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήνην ἐέλωδωρ

40

"Smintheu: si quando tibi venustum templum coronavi,

"Vel si quando tibi pingues coxas cremavi

"Taurorum et caprarum, hoc mihi perforce votum :

40

"adveneris," tam de futuro quàm præterito. Quod longè aliud est.

Quod apud Sophoclem legitur de Achille;—  
 ὦ, μὲν τὸ ζῶντων ὄτ' ἦν, ἢ κεν ἄριστα—perpetuam  
 eum habuisse Laudem indicat. Quod si, ἢ κεν  
 ἄριστα, scriptum fuisset; jam utique semel  
 tantum, aut sæpius, eum laudatum dixisset.  
 Similiter apud Homerum, β', 221. Τὸ γὰρ νε-  
 κίσκει, "His perpetuò solebat convivari.

Quod Latine dicitur, "abiit;" (quoniam  
 lingua Romana *Aoristis* caret;) æque id sonat,  
 quod *διωρισμένος* dicimus, "HE IS GONE,  
*Il s'en est allé*; atque id, quod dicimus *ἀο-  
 ρίστως*, "HE WENT AWAY, *Il s'en alla*." Græcum  
 autem, βίβηκε, horum duorum Temporum  
 prius solummodò exprimit; (uti videre est,  
*Iliad. α', 37. 451. β', 134. ζ', 555. δ', 90.  
 π', 66. 69. ψ', 481. Odyss. θ', 541. μ', 74.*)  
 Posterius semper exprimitur voce βίβηκει, ἔβη,  
 et similibus: *Iliad. α', 221. ἢ δ' οὐλυμπόνδε βί-  
 βήκει. Et π', 751. Ὀς εἰπὼν, —βίβηκει* Α-  
 λλῆisque innumeris in locis. Quibus in locis  
 si, βίβηκε, dixisset; jam non constitisset Tem-  
 porum ratio. Simile enim fuisset, ac si quis  
 Anglice diceret, "WHEN HE HAD SAID THIS,  
 HE IS GONE AWAY;" vel, "AFTER HE HAD  
 DONE THIS, HE HAS SUPPED." Quod et *aliis  
 omnibus in Verbis* notandum est.

4to. Hinc videre est, Temporum in ser-  
 monis contextu rationem in universum tum  
 constare, cum inter se respondeant Tempora,  
 non quæ *iisdem* fortè nominibus sunt à Gram-  
 maticis definita, sed quæ apto connexu, et  
 apposite ad scribentis mentem expromendam,  
 cohæreant. *Exemplis* res clara fiet.

Æquè constabit Temporum ratio, sive di-  
 cas, Ὀς εἰπὼν ἀποβαίνει, ἀπέρχεται "Hæc  
 loquutus, abit;" quæ quidem loquendi ra-  
 tio ea est, quæ stylo historico rem præteri-  
 tam, tanquam præsentem, depingit: "AS  
 SOON AS HE HAD SAID THIS, AWAY HE GOES."  
 Sive dicas, Ὀς εἰπὼν ἀπίβαινε, ἀπῆρχετο  
 "Hæc loquutus, abibat;" atque hæc qui-  
 dem loquendi ratio, Motum abeuntis exprimit  
 Tardiozem: "AS SOON AS HE HAD SAID  
 THIS, HE BEGAN TO GO AWAY." Sive dicas,  
 Ὀς εἰπὼν ἀπίβη, ἀπῆλθε "Hæc loquutus,  
 abiit;" atque hæc loquendi ratio genera-  
 lior est; neque Motum abeuntis, tardus sit  
 celerve, designat: "AS SOON AS HE HAD SAID  
 THIS, HE WENT AWAY." Sive dicas deni-

que, Ὀς εἰπὼν ἀποβήκει, ἀπὴλθύει "Hæc  
 loquutus, abierat;" atque hæc quidem lo-  
 quendi ratio, Motum abeuntis exprimit Ce-  
 lerimum: "AS SOON AS HE HAD SAID THIS,  
 HE WAS GONE."

Porro, quoniam Tempus illud præsens per-  
 fectum, ["occisus est," "constitutum est," et  
 similia,] semper vim aliquam necessariò ha-  
 bet mutuam ex præterito: ut adeò quicquid  
 jam factum sit, necessariò indicet id, quod  
 fiebat, quod jam esse præteritum; et quic-  
 quid unquam factum fuerit, exinde necessa-  
 riò efficiatur, ut illud jam sit utique factum:  
 Ideo perinde est, sive de Eo qui hoc ipso tem-  
 poris momento interierit, sive de Eo qui ante  
 nulle annos perierit, "interfectus est," dicas.

Similiter: Quod ait Cicero de temporibus  
 præteritis, "CONSTITUTUM EST Le-  
 gibus, ut liceat;" æquè de præsentis dici  
 potuit, "CONSTITUTUM EST Legibus,  
 ut liceat."

Quod ait Terentius: "Nisi me lactasses  
 amantem, et vanâ spe produceres;" non  
 metri causâ dictum, sed re ipsâ multò ampli-  
 us est, quam si dixisset, "produxisses." In-  
 dicat enim se non modò vanâ spe productum  
 fuisse, sed et etiamnum produci.

Quod itidem Horatius: "Parturiunt Mon-  
 tes, nascetur ridiculus mus;" non utique  
 versùs gratiâ dictum est; sed *idedè*, nè non  
 constaret Temporum ratio. Quod enim par-  
 turit; eo ipso, quòd parturiat, futurum est  
 utique ut pariat.

In eo denique, quod apud Virgilium legi-  
 tur: "Illa vel intacta segetis per summa vo-  
 laret Gramina, nec teneras cursu lassisset  
 aristas;" optimè constat temporum ratio:  
 Quia perinde est, sive illam tum, quam gra-  
 mina pervolaret, quas percurreret aristas non  
 lædere dicas; sive, quas percurrisset interea,  
 non lassisse.

Ver. 39.—εἴποτε τοι χαρίεντ'.]

Siqua tuis unquam pro me pater Hyr-  
 tacus aris

Dona tulit.—Æn. IX, 406.

—colui vestros si semper honores.

Æn. XII, 778.

Ver. 40.—πίονα μηρὶ ἔκηα.]

—ἰὼ ἐνὶ πίονι μηρῷ, β', 549.

—Pingues aras. Æn. IV, 62.

Pinguis—ara Dianæ. Æn. VII, 764.

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

"Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·

Βῆ δὲ κατ' οὐλύμποιο καρῆνων χωόμενος κῆρ,

Τόξ' ἄμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην·

45

"Ἐκλαγξαν δ' ἄρ' οἴστοι ἐπ' ἄμων χωόμενοι,

Αὐτοῦ κινήεντος· ὁ δ' ἦϊε νυκτὶ ἰοικώς·

"Ἐζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν, μετὰ δ' ἰὸν ἔηκε·

Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένητ' ἀργυρέοιο βιοῖο.

Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπάχετο, καὶ κύνας ἀργούς·

50

Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχευεὺς ἐφίεις,

" Pendant-poenas Danai ob meas lachrymas tuis sagittis !

Sic dixit orans : eum autem audivit Phoebus Apollo :

Descenditque ex coeli verticibus iratus animo,

Arcum humeris gestans, et undique tectam pharetram :

45

Clangorem autem dederunt sagittae in humeris irati,

Ipso moto : ipse verò ibat nocti similis ;

Sedit deinde seorsum à navibus, et sagittam emisit :

Terribilis autem clangor edebatur splendidi arcus.

Mulos quidem primùm invasit, et canes veloces :

50

Sed postea ipsis [*hominibus*] sagittam mortiferam immittens,

Ver. 45. "Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος τοῦ δ' ἔκλυε.]  
Dixit : oramque Dei non cassa in vota  
vocavit. *Æn.* XII, 780.

*Ibid.*—Φοῖβος Ἀπόλλων.] Ἐπίθετα οἰκίως  
καὶ προσφώνως τοῖς ὑποκειμένοις ἡρμοσμένα, δύ-  
ναμις ἴσην ἔχει τοῖς κυρίοις ὀνόμασιν ὡσπερ τῶν  
θεῶν ἐκάστῳ ἰδίαν τινα προσηγορίαν προστίθησι·  
τὸν Δία, μητιήτην καὶ ὑψιβρεμέτην καὶ τὸν Ἥλιον,  
ὑπερίονα καὶ τὸν Ἀπόλλωνα, Φοῖβον καλῶν. *Di-  
onys. Halic.* περὶ τῆς Ὀμήρου ποιήσεως, c. 6.  
Sic cum *Apollinem* ἐκάλερον et ἐκπῶλον et *χερ-  
σάρον* et ἀφήτορα appellat Poeta, apposite ad  
naturam rei è *Solis radiis* deductum est *Epi-  
theton*. Vide infra ad ver. 75. et 477. et 528.

Ver. 45.—ἀμφηρεφέα τε.] Quâ ratione,  
ἀμφηρεφέα, syllabam hîc postremam produ-  
cat, vide infra ad ver. 51.

Ver. 46.—"Ἐκλαγξαν—ἰπ' ἄμων.]

Tela sonant humeris.—*Æn.* IV, 149.

—pharetramque fugὰ sentire sonantem.

*Æn.* IX, 660.

Aureus ex humero sonat arcus.—

*Æn.* XI, 652.

Venustior in eo *Homeri* hîc quam *Vergilii*  
elocutio, quòd *IRATI* describitur *Incessus*,  
paullò utique inæquabilior.

Ver. 47.—*νυκτὶ ἰοικώς.*] *Causa* nimirum  
pestis, qualis sit, incognitum.

Ver. 48.—*μετὰ δ' ἰὸν ἔηκε.*] Scholiastes ex-  
plicat, *μετὰ ταῦτα.* Unde interpretum non-  
nulli, deinde. Quod est languidius. Ego ita in-  
telligendum existimo, ut sit, ἰὸν μετὰ νῆας ἔηκε

Ver. 49. *Δεινὴ δὲ κλαγγή.*] Pestis scilicet  
ingruentis primus rumor, terribilis.

Ver. 50. *Οὐρῆας μὲν πρῶτον.]* "Ἴσως οὐ τοὺς  
ἡμίονους λέγει, ἀλλὰ τοὺς φύλακας. *Aristot. de*  
*Poetic.* c. 25. Malè; Cùm κύνας ἀργούς stam-  
tim deinceps addat Poeta.

Ver. 51.—βέλος ἐχευεὺς ἐφίεις.] *Al.*  
*ἀφίεις.* Quod perinde est : Ex arcu scilicet  
emisit, in populum immisit. Verum quâ rati-  
one vocabulum hoc, βέλος, et similia, syl-  
labam posteriorem producant, nè perpetuò di-  
cendum sit, semel hîc diligentius exponam.

Primò igitur, syllaba producta dicitur, quæ  
tempore duplici effertur, ac brevis ; sive quæ  
duarum brevium tempus pronuntiandum explet.  
Itaque ἦ, quoniam valet *ss* ; et *ó*, quoniam va-  
let *oo* ; (quod et de *ā, ī, ū*, similiter intelligen-  
dum est, ubi naturâ sunt longæ, ut in vocibus  
*δευτέρῃ, τίμη, νικῶν, ψυχῇ, ὀμνῶμι, σάβω-  
νῷ, δαίνῷ*, et similibus,) semper necessariò pro-  
ducuntur ; nisi quum, propter Vocalem se-  
quentem, altera ex componentibus (ut ita di-  
cam) Vocalibus elidatur ; adeoque τείχη, ex-  
empli gratiâ, τείχε' efferatur ; et *χερσῶ*, ita  
pronuntietur, ac si *χερσῶ* scriptum esset.

2. Quemadmodum duplici Vocali, ἦ, *ó, ā, ī, ū* ;  
sic et duplici itidem Consonante fit syllaba nec-  
essariò longa ; ut *φλίψ*, quod est *φλίψς* ; et  
*φλόξ*, quod est *φλόγς* ; et *σάρξ*, quod est *σάρκς*.

3. Syllaba naturâ brevis, ut *κός*, in Conso-  
nantem desinens, sequente aliâ Consonante, sive  
in eodem vocabulo, sive in alio ; fit itidem, posi-  
tione istâ, necessariò longa. Ut, *κῆσμος γάρ*—

4. Syllaba naturâ brevis, in Vocalem brevem  
desinens, sequentibus in eadem voce Consonan-  
tibus duabus, ut *τί-κνον, φιλόπτε-κτες, ἄιτε-κτες*,

Βάλλ' αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.  
'Εννήμαρ μὲν ἀνά στρατὸν ἄχετο κῆλα θεοῖο·

Feriebatur: perpetuò autem rogi cadaverum ardebant frequentes  
Novem dies quidem per exercitum ibant sagittae Dei:

(quae in oratione soluta, ut ex Scriptorum Tragicorum et Comicoꝝ Iambis constat, semper corripitur;) in heroico carmine, propter positionem istam, (sicuti in Latinis vocabulis, *tenebrae, volucris, et similibus,*) produci potest.

5. Syllaba naturâ brevis, in *Vocalem brevem* desinens, ut *τι*; *vocabulo proximi sequenti, à duabus Consonantibus* incipiente; propter istam positionem itidem produci potest. Ut, — *Τὰς τὶ πρὸ ἰσούμνός περ.*

6. *Ultima* cujusque versûs syllaba, qualiscunque ea sit naturâ, et à qualicunque incipiat versûs sequens; non (ut Grammatici loquuntur) *communis*, sed semper necessariò *longa* est; propter *Pausam* istam, quâ, in fine versûs, syllabâ ultimâ pronuntiatio necessariò producitur. Atque hinc (ut id obiter moneam) apparet, quamobrem in solo versu *Anapæstico* syllaba *ultima*, vel *Vocali longâ* vel *Consonantium concursu*, producat necesse sit. Pes nimirum *Anapæstus*, qui à syllabis brevibus incipiens in longam desinit, graviorem in *ultima* syllabâ, quam *Pedum* alius quivis, pronuntiandi ictum excipit. Quam ob causam *pausa ista*, quâ omnis in universon versûs finitur, in hoc uno versûs genere minor æquo fuerit, nisi vel *ultima* syllaba sit etiam aliâs *longa*, vel *sententia ipsa simul cum versu finitur*. Hanc versûs *Anapæstici* proprietatem primus et solus Recentiorum observavit longè omnium Doctissimus *Rich. Bentleyus*. Videtur tamen hoc non ignorasse *Scholiastes* in *Æschylum*; Qui ad versum istum, *Pers.* 591. [ἀρξονται, βασιλεία.] Τὰ τοιαῦτα πάντα κτητικὰ (inquit) μακρὸν ἔχει τὸ ᾧ. Quod isto in loco notari ab eo non potuit, qui ultimam cujusque versûs syllabam *communem* crederet.

7. Non modò in fine *Versûs* aut *Sententiæ*, sed etiam in fine *Vocis*, propter *Pausam* quâ vox finitur, syllaba alioqui brevis produci potest. Ut, *βελός, ἔχρασευκίς*.— Quod scilicet ita ferè pronuntiatur, ac si scriptum fuisset, *belloss*. Etenim *Græci* plenius et productiori spiritu, quàm *Romani*, syllabas singulas efferebant. Id quod ex eo liquet, quòd *Græci* *Vocales* etiam *breves*, in diversis vocabulis concurrentes, *sæpiùs* non elidunt; cùm *Romani* non *breves* modò, sed et *longas semper omnes*, et *Consonantem* insuper *m*, et olim *s* quoque eliderint.

8. Fit hoc præcipuè in *Cæsura*, quia major eo incidit pronuntiationis ictus. Fieri tamen potest etiam *extra Cæsuram*, si *Consonans* sit naturâ *durior*, et *duplicari* solita; vel *Vocalis* sequatur *aspirata*. Ut, *Δύτάρ οἱ Προῖτος*.— Nam,

9. Et propter *Consonantem asperioꝝ*, quæ quasi *duplex* efferrî solita sit, syllaba alioqui brevis, etiam non in fine *vocis*, produci potest. Ut, *ἄρεις, ἄρεις, θεστολογιῖ*.— Est enim litera *ρ* pronuntiata asperissima, et facillimè duplicatur: Ut *ρέω, ἔρπον*.

10. Et propter *Vocalem Aspiratam* in voce proximâ sequentem, ultima præcedentis produci potest. Spiritus enim *asper* sæpe tanquam *Consonans* pronuntiabatur, vel tanquam *Æolicum Digamma*. Ut,—*φιλέ ἔκυρὲ, δεινός τῖ*. Legebatur ferè, tanquam si scriptum fuisset, *φιλεφ ἔκυρὲ δεινός τῖ*.

11. Quin et *Diphthongi* quædam, etiam sine spiritu *aspero*, ferè tanquam *duplices Consonantes* efferebatur. Ut, *πρὸς οἶκον Πηλῆος*.— Videntur enim *οἶκος, οἶνος*, pronuntiatae fuisse, *Wicus, Winus*; unde *Latinæ, Vicus, Vinum*; Et ex *ii*, facta est *Latina, sui*. De *ἀνάνατος, Πριαμίδης*, et similibus, primam producentibus; vide *propriis in locis*. Et si qua sint ad huc raritùs occurrentia, de his etiam *vidi in locis dicatur*.

12. Quam itaque *Poeticam* vulgò appellant *Licentiam*, ea omnis in hoc uno consistit, (non ut syllabarum quantitates confundantur promiscuè atque *ἀλόγως*; quod est per absurdum; sed) ut syllabæ naturâ *breves*, certâ quâdam positione, fiant *productæ*. Non utique hæc quidem omnes, neque omni in positu, sed certâ quâdam ac constanti ratione; sicuti supra est expositum. Aliàs enim syllabæ *breves*, et maximè quæ in *Nominibus* sint *Casuum*, in *Verbis* utique *Temporum Personarumque* characteristicæ; (ut *ἀεμάτος, λύσᾳτε, ὀμνῶμεν, ζεύγνυμεν, ὀμνῶμαι, ζεύγνυμαι, κύριος, κρίνεις, κρίνομαι, μαρτύρομαι, μαρτύρομαι*; horumque *Derivata, κρίσις, κρίτης, μάρουρος*, et similia;) produci omnino non possunt. Quæ autem syllabæ naturâ sunt *longæ*, in his omnibus *Licentia* apud Principes Poetas nunquam prorsùs est *ulla*. Nam ut *νίκη, τιμὴ, ψυχὴ, χρυσός*, horumque *Derivata* et *Composita* omnia; item, ut *ὀμνῶμαι, ζεύγνυμαι, ὀμνῶ, ζεύγνυ*, et similia; vel ut *κύρω, κύριος, κρίνω, κρίνομαι, ἐκρίνομαι, μαρτύρομαι, ἐμαρτύρομαι*, et similia, in præsentibus et imperfectis, (vide *infra ad ver.* 358.) ut hæc, inquam, et hujusmodi *corriperentur*, nullâ unquam lieuit *Licentiâ*.

13. Nam quòd apud *Doricos* Scriptores legamus *τὰς αὐτὰς, τοὺς ἀνθρωπος, τὰς βουλὰς*; et apud Scriptores tum *Doricos*, tum *Atticos*, *κἀλλῶς, κἀλλῶς*, et similia; qualia apud *Homertum* nusquam reperiantur; (vide *infra ad β', ver.* 43.) hoc utique non *Licentia* est *Poetica*, sed *aliâ* nimirum *linguâ loqui*.

Τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς·

Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκάλενος Ἥρη·

55

Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥὰ θνήσκοντας ὄρατο.

Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγεθθεν, ὀμηγερέες τ' ἐγένοντο,

Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·

Ἄτρεϊδῃ, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας οἶω

Ἄψ ἀπονοστήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν·

60

Εἰ δὲ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾶ καὶ λοιμὸς Ἀχαιοῦς.

Ἄλλ' ἄγε δὴ τινα μάντιν ἐρείοιμεν, ἢ ἱερεῖα,

Decimo autem ad concionem vocavit populum Achilles;

Huic enim in animo posuit Dea candidas-ulnas-habens Juno;

55

Curam enim gerebat Danaorum, quia scilicet morientes videbat.

Hi itaque postquam congregati sunt, in unumque convenerant,

Inter eos surgens locutus est pedibus velox Achilles:

“Atride, nunc nos iterum-errantes puto

“Retrogressuros, si modò mortem effugerimus;

60

“Siquidem simul bellumque domat et pestis Achivos.

“Verùm age quaeso, aliquem vatem consulamus, vel sacerdotem,

Ver. 54.—ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς. Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ.] Rectè Scholiastes: Ἀχιλλεύς γὰρ Χείρωνος ἄν μαθητῆς, καὶ τὴν ἱατρικὴν σαφῶς ἐπιστάμενος,—— ἐπεὶ, Τίνος ἔνεκεν Νίστωρ, ἢ Ὀδυσσεύς, ἢ Μενέλαος, αὐδὲν ἔλαττον τῶν Ἑλλήνων φρονεῖζοντες, οὐ ζητοῦσι τὸ αἴτιον τῆς νόσου;

Ver. 55. Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ.]

Hic mentem Æneæ genitrix pulcherrima misit. Æn. XII, 554.

Ver. 56.—Ἵτι ῥὰ θνήσκοντας ὄρατο.] Qui istud ῥὰ omiserit, vel alio quovis expletivo mutaverit; sentiet is demùm, Tempori isti imperfecto, ὄρατο, nescio quid ex voculâ illâ accrevisse diuturnitatis. “Cur hocce” (inquit Quintilianus, l. 9. c. 4. quom voculâ illâ quodam in loco aptè usus esset Cicero,) “potius quàm hos?—Rationem fortassè non reddam; sentiam esse melius.—Ita ut audio, hoc Animum accipit, plenum sine hac “geminazione non esse.” Vide infrâ ad β', 158. Sed et istud ῥὰ, quoniam deductum est scilicet (nòn ex βία, sed) ex ἄρα, vim habet porrò in sententiâ cum eo quod præcessit (συναρτῶν νεκρῶν καιόντο θαρμιαί) connectendâ: “Οτι ῥὰ (δὲ ἄρα) θνήσκοντας ὄρατο, “quoniam “utique morientes videbat.” Vide infrâ ad ε', 858. et ad θ', 558.

Ver. 57.—ἐπεὶ οὖν ἤγεθθεν.] Τοῖς βασιλεῦσι βουλευτήριον ἦν ἐκ τῶν κρατίστων—καὶ οὐχ, ὥσπερ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, αὐθάδεις καὶ μονογνώμονες ἦσαν αἱ τῶν ἀρχαίων βασιλείων δυνασταίαι. Dion. Halic. Antig. Rom. lib. 2. p. 86. Vide infrâ ad ver. 238.

Ibid.—Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν—, Τοῖσι δ'—] H. Stephanus, quum hic secutus est Barnesius: “Scribere (inquit) non dubitem τοῖσδ' conjunctim, quum significet τοῖσσι, id est, τοῖσδε,

“non τοῖσσι δὲ.” Sed errat, ut opinor, Vir doctissimus. Est enim alterum illud δὲ, repetitio prioris non inelegans. Quomodo et Latine rectè dicitur; “Cum autem—, tum verò—” Vide infrâ ad γ', 200. et ad θ', 160.

Ver. 58.—πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.] Epitheta hujusmodi, ex singulari aliquâ corporis animive dote desumpta, sunt quasi Agnomina personarum propria. Quamobrem ineptiunt plane, qui Achillem tam in concilio quàm in campo πόδας ὠκὺν appellatum, vitio vertant Poetæ. Euripides, etiam in Tragediâ, ubi elocutio sermoni propior est, eodem utitur Epitheto:

Ἀπόλις' ἐκ σοῦ παιῖδα τὸν ταχὺν πόδας,

Ἀχιλλεία. Andromach. ver. 1236.

Ver. 59. Ἄτρεϊδῃ, νῦν.] Totum hujus et sequentis orationis artificium eleganter et particulatim detexuit Dionys. Halicarn. in libro qui inscribitur Τέχνη, c. 9. Ἰδωμεν οὖν τοὺς ἑκατέρων λόγους, πῶς ἔχουσι δι' ἑλλήλων, καὶ πῶς τὸ εὐπροσπεῖ ἔχουσι, οἱ μὲν τοῦ Ἀχιλλείως ἐν βαθύτητι ζητήσεως, οἱ δὲ τοῦ μάντιος ἀσφαλείᾳ πρὸ τῆς ἀποκρίσεως. “Ἄτρεϊδῃ, νῦν ἄμμε,” &c. Totus locus lectu est dignissimus.

Ibid.—ἄμμε παλιμπλαγχθέντας.] Si ἄμμε hic, ut plerique arbitrantur, duale sit; tum hoc ait Achilles, “utrumque nostrum cum exercitibus,” &c. Vide infrâ ad ver. 566. Verum ego quidem existimo, quâ analogiâ ex ἡμῖν fit ἄμμε, eadem ex ἡμεῖς et ἡμᾶς fieri ἄμμε in plurali. Ut rectè Scholiastes: “Ἄμμε, ἡμᾶς, Διολικῶς.

Ver. 62.—ἄγε δὴ τινα μάντιν ἐρείοιμεν,—“ὅς κ' εἴποι, ὃ, τι τόσσον ἰχθῶσατο.”

—ad oraclum Ortygia Phacubumque—; Quem fessis finem rebus ferat, unde laborum Tentare auxilium jubeat. Æn. III, 143.



Ἡ καὶ ὄνειροπόλον, (καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διὸς ἐστίν·)

Ὅς κ' εἴποι, ὅ, τι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων·

Εἴ τ' ἄρ' ὄγ' εὐχάλῃς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης·

65

Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων

Βούλεται ἀντιάσας, ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.

Ἦτοι ὄγ' ὡς εἰπὼν, κατ' ἄρ' ἔξετο τοῖσι δ' ἀνέστη

Κάλχας Θεστορίδης οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,

Ὅς ἤδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσόμενα, πρό τ' ἐόντα,

70

Καὶ νήεσσ' ἠγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω,

Ἦν διὰ μαντοσύνην, τὴν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων·

Ὅς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπεν·

“ Vel et somniorum-interpretem, (et enim somnium quoque ab Jove est)

“ Qui dicat, cur tantopere iratus sit Phoebus Apollo;

“ Sive is nos ob vota-non-redita incusat, sive ob hecatomben:

65

“ Si forte agnorum nidorem caprarumque lectarum

“ Vult assecutus, à nobis pestem depellere.

Ille quidem sic locutus resedit: his autem surrexit

Calchas Thestorides, augurum longè optimus,

Qui noverat et praesentia, et futura, et praeterita,

Et navibus dux fuerat Achivorum Ilium usque,

70

Suam propter vaticinandi artem, quam ei dedit Phoebus Apollo:

Qui ipsis cordatus concionatus est, et dixit:

Cæterùm de vi voculae δὴ, vide infrà ad β', 158.

Ver. 63.—καὶ γὰρ τ' ὄναρ.] “ Γὰρ τι, pro “ γὰρ,” (inquit *H. Stephanus*.) “ passim alibi “ invenitur.” Sed non vocat istud, τί. Nam, καὶ γὰρ τ' ὄναρ, id est, quod latine dicitur, nam et somnium quoque.

Ver. 64.—εἴποι, ὅ, τι τόσσον.] Ita omninò legendum; uti rectè scriptum est in editione *Scherpezeelii* cum Scholiis *Moschopuli*. *Al.* ὅτι τόσσον.

Ver. 66. Αἴ κέν πως.] Turpissimè hæc vertit *Barnesius*, “ *AUT* si fortè,” &c. Ac si trimembris esset sententia, ait ἢ—, εἴδ'—, αἴ κέν πως. Atqui hoc ait Achilles: “ Si “ fortè (postquam intellexerimus utrum ob—, “ an ob—iratus sit,) veliit,” &c.

Ver. 67. Βούλεται ἀντιάσας.] Qui *Prosodia* student, observare poterunt; ἀντιάσας, hoc in loco, non ab ἀντιάω esse posse, sed ab ἀντιάζω. Quæ enim in αω purum desinunt, vel in εάω purum impurumve; ea omnia (ni fallor) penultimam istam et in aoristo et in futuro semper producant. Ut ἀράομαι, βοάω, βιάω, γνάω, δράω, [unde non modò δράωω, sed et διδράωκα, διδράωμαι, &c. *Aristoph.* *Avib.* ver. 15. et *Pace*, ver. 1039.] εάω [de qua vide ad δ', ver. 42.] ἠγγνάομαι, θεάομαι, θηράω, ἰάομαι, ἔραάω, ὄραω, περάω, φιλεράω, φεράω, φωράω, χεράω, ψωράω, et similia. Κεράσας, est à

κεράννυμι, similiter ut πετάσας à πετάννυμι Ἠράσασμην, est ab ἔραμαι vel ἐράζομαι. Πιερῶση videtur esse à πιεράσκω, veniō; unde πιερακα, πιάσω, πιάση, πιερῶσω, πιερῶση, πιερῶσας. Nam quæ deducta sunt à περάω, transeo; ut πιεράσω, quod est Ionicum περήσω; et ἐπιεράσω, quod est Ionicum ἐπιερήσαν; hæc etiam in *Tragicis* *Comicisque* *Scriptoribus*, (ubi elocutio sermoni propior est, et nec dialectorum varietas nec Poetica illa literarum geminatio, ἐπιεράσω, πιερῶσας, multum licita est,) penultimam producant.

“ Ἰδαστε, ποταμοῦ σώμα, διεπερῶσαμεν” *Chæremon*. *Tragicus* apud *Athenæum*. lib. 2. p. 43. Et,

Κνήμην τε διεπέρῶσεν Ἀργεῖον δόρυ.

*Eurip.* *Phæniss.* 1405.

Quæ in αω desinunt nec puro, nec præcedente ε, eorum nonnulla (quanquam pauca) aliam sequuntur analogiam; ut γιλῶω, γιλῶω, ἐγίλλῶω, σπῶω, σπῶω, ἔσπῶω. Vide infrà ad ζ', 454.

Ver. 70. Ὅς ἤδη τά τ' ἐόντα.]

—Novit namque omnia vates,

Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur. *Ving. G.* IV, 392.

Simplicior paullò et venustior hęc *Homeri* elocutio: Nam istud, ventura trahantur minùs facilè est quàm, τὰ ἐσόμενα. Cæterùm de productâ syllabâ, ὄ; item Δι', ver. 74. et

ᾠ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διὶ φίλε, μυθήσασθαι  
Μῆνιν Ἀπόλλωνος, ἐκατηβέλεται ἀνακτος.

75

Τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω· σὺ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσον,

Ἥ μὲν μοι πρόφρων ἔπessin καὶ χερσὶν ἀρήξουσιν.

Ἥ γὰρ οἶομαι ἀνδρα χολωσέμεν, ὃς μέγα πάντων

Ἀργείων κρατεῖ, καὶ οἱ πείθονται Ἀχαιοί.

Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρεσι·

80

Εἴπερ γὰρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψη,

Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσῃ,

Ἐν στήθεσσιν εἴοσι· σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς·

Θαρσήσας μάλα, εἰπὲ θεοπρόπιον, ὃ, τι εἶσθα·

85

“ O Achilles, jubes me, Jovi care, eloqui

“ Iram Apollinis longe-jaculantis regis.

75

“ Igitur ego dicam : tu autem paciscere, et mihi jura,

“ Omnino te mihi propensum verbis, et manibus opem laturum

“ Profectò enim suspicor virum iratum fore, qui latè omnium

“ Argivorum imperium habet, et ei obediunt Achivi.

“ Potentior enim rex, quando irascitur viro inferiori ;

80

“ Quamvis enim iram vel eodem die decoxerit,

“ Tamen et postea retinet similitatem, donec perfecerit,

“ In pectoribus suis : tu itaque dic, an me sis servaturus.

Hunc autem respondens alloquutus est pedibus velox Achilles :

“ Confusus valdè, dic vaticinium, quodcumque scis ;

85

Ἀπόλλωνος, ver. 75. et θεοπρόπιον, ver. 85. vide supra ad ver. 51.

Ver. 74.—κίελαί με—ἀνακτος.] “ Malim” (inquit Henr. Stephanus) “ post, ἀνακτος, notam Interrogationis.” Judicet Lector.

Ver. 75.—ἐκατηβέλεται ἀνακτος.] Apollo, sive Sol, “ inde (inquit Macrobius) ἐκηβόλος “ et ἐκατηβόλος; dictus, ἕκαστην τὰς ἀκτῖνας βάλλων, è longissimo altissimoque radios in “ terram usque demittens.” Lib. I. c. 17. “ Ut per Sagittas, intelligatur vis emissa radiorum.” Ibid. Vide supra ad ver. 43.

Ver. 82. Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον.] Aristoteles hunc versum citans, *Rhetoric.* l. 2. c. 2. ἀγανακτοῦσι γὰρ, inquit, διὰ τὴν ὑπεροχὴν. Similiter Euripides, *Med.* ver. 119.

Δυνατὴν τεράνων λήματα, καὶ πᾶσι  
Ὀλίγ' ἀρχόμενοι, πολλὰ κρατοῦντες,  
Καλιπᾶσι ὄργᾶσι μεταβάλλουσι.

Hoc est : “ Terribiles sunt regum animi, “ quippe rarò admodum cedere, plerumque “ dominari soliti, difficulter iras deponunt.” Quod ideo hic affero, quia in Latinis quas viderim Versionibus, sententiam hujus loci, voce ἀρχόμενοι malè intellectà, penitus turbatam observàrim : Quanquam Græcum Scholias ten non videtur ex toto fugisse. Et quoniam loci hujusee incidit mentio, lubet hic in

transcurso turpissimam mendam in præcedente ver. 106. notare.

ἄηλον δ' ἐξ ἀρχῆς αἰετούμενον.

“ Videtur legendum, αἰετούμενον;” inquit doctissimus Canterus. Rationem autem emendationis non adjecit. Recentiores Euripidis Editores, neglectà istà emendatione, retinuerunt ἰσαίετούμενον. Scilicet quia rectè et Græcè dicitur, ἰσαίετούμενον ἐξ ἀρχῆς. At verò ideo necesse est αἰετούμενον legatur, non quòd ad constructionem grammaticam, sed quòd ad versum nimia sit ista syllaba ἰς, metrumque juleat. Est enim versus anapæsticus ex quatuor pedibus,

ἄηλον δ' ἐξ ἀρχῆς αἰετούμενον.

Ver. 85.—φράσαι.] Vide infrà ad ver. 140.

Ver. 84. Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος.] Quod Martialis de Homero jocose ad Epigrammatis facitias, id nuperus Scriptor Gallicus Rapien seriò annotavit. “ Les Transitions; qui “ doivent par leur caractere estre fort variées, “ pour desennuyer le Lecteur ; sont toutes sem- “ blables dans la plus grande partie de son “ ouvrage.” La Compar. d' Homere et de Virg. ch. 10. At verò erant hæc omninò simplicissimè et sine ornatu dicenda, ut raptim ac velut in transitu legendi percurrerentur.

Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, Διὶ φίλον, ᾗτε σὺ, Κάλχαν,  
 Εὐχόμενος Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις,  
 Οὔτις, ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,  
 Σοὶ κούλης παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει,  
 Συμπάντων Δαναῶν· οὐδ' ἦν Ἀγαμέμνονα εἴπης,  
 "Ὅς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῶ εὐχεται εἶναι.

90

Καὶ τότε δὴ θάρσησε, καὶ ἠῦδα μάντις ἀμύμων·  
 Οὔτ' ἄρ' ὄγ' εὐχάλῃς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἐκατόμβης·  
 Ἀλλ' ἐνεκ' ἀρητήρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων,  
 Οὐδ' ἀπέλυσε δύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξασθ' ἄποινα.  
 Τούνεκ' ἄρ' ἀλγέ' ἔδωκεν Ἐκησόλος, ἧδ' ἔτι δώσει·  
 Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει,  
 Πρὶν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἐλικώπιδα κούρην  
 Ἀπριάτην, ἀνάποιον, ἄγειν δ' ἰερὴν ἐκατόμβην  
 Ἐς Χρῦσῃν· τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν.

95

100

Ἴητοι ὄγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἔζητο τοῖσι δ' ἀνέστη  
 Ἦρωσ' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων  
 Ἀχρῦμενος· μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι  
 Πίμπλαντ', ὅσσε δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι εἴκητη·

" Non enim, per Apollinem Jovi carum, cui tu, Calcha,

" Vota-faciens Danais vaticinia ostendis,

" Non ullus, me vivo et in terrâ vidente,

" Tibi cavas apud naves graves manus inferet,

" Cunctorum Danaorum: ne quidem si Agamemnona dixeris,

" Qui nunc longe potentissimum in exercitu gloriatur se esse.

Et tum quidem cepit animum, et dixit vates praeceles:

" Neque hic [nos] ob vota-non-reddita incusat, neque ob hecatomben;

" Sed causâ sacerdotis, quem contumeliâ-affecit Agamemnon,

" Neque liberavit filiam, et non accepit pretium-liberationis,

" Idcirco dolores dedit Longe-jaculans [Apollo,] et adhuc dabit:

" Neque hic prius à peste graves manus abstinebit,

" Quàm patri dilecto reddat [Agamemnon] nigris-oculis puellam

" Inemptam, sine pretio; et ducat [mittat] sacram hecatomben

" In Chrysam: tunc ipsum [Apollinem] fortè placatum flexerimus.

Ille quidem ita loquutus consedit: his autem surrexit

Heros Atrides late-dominans Agamemnon

Turbatus; irâque valde praecordia circumfusa-caligine

Plena erant, oculique ipsi igni lucenti similes erant:

95

100

Ver. 86. Οὐ μὰ γὰρ.] Non hic περιόνασε τὸ "οὐ," ut ait Scholiastes; sed significanter admodum, et maximâ cum vi, iteratur. Οὐ γὰρ, μὰ τὸν Ἀπόλλωνα, οὐ τις—.

Ibid.—ᾗτε σὺ, Κάλχαν.] Rectè in Vocativo, Κάλχαν. Est enim Nominativus, plenis Notis exaratus, Κάλχανς; quamquam in hoc nomine, et in similibus, respuit istud, lingua graecæ ratio; semperque scribitur, Κάλχας.

Ver. 90.—οὐδ' ἦν Ἀγαμέμνονα.] Quàm ferociter hoc, et personæ Achillis convenienter!

Ver. 91. "Ὅς νῦν—εὐχεται.] Et istud νῦν, et

εὐχεται, aptissimè ad minuendam Agamemnonis auctoritatem.

Ver. 92. τότε δὴ θάρσησε, καὶ ἠῦδα.]

Ille hæc, depositâ tandem formidine, fatur. Æn. II, 76.

Ver. 102.—εὐρυκρείων.] "Latè tyrannum:" Horat. "Latè Regem."

Virg. Æn. I, 25.

Ver. 103.—φρένες ἀμφιμέλαιναι.] Illoc est, quod aiunt Latini; atrâ bile percitus.

Ver. 104.—ὅσσε δὲ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι εἴκητη.]

Κάλχαντα πρῶτιστα κάκ' ὀσσομένος προσέειπε· 105  
 Μάντι κακῶν, οὐ πάποτε μοι τὸ κρήγυον εἶπας·  
 Αἰεὶ τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι·  
 Ἐσθλὸν δ' οὐδέ τί πω εἶπας ἔπος, οὐδ' ἐτέλεσσας·  
 Καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις,  
 Ὡς δὴ τοῦδ' ἐνεκά σφιν Ἐκκηβόλος ἀλγεα τεύχει, 110  
 Οὔνεκ' ἐγὼ κούρης Χρυσηΐδος ἀγλά' ἄποινα  
 Οὐκ ἔβελον δεξασθαι· ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν  
 Οἴκοι ἔχειν καὶ γάρ ῥα Κλυταιμνήστρης προσέβουλα,  
 Κουριδίης ἀλόχου· ἐπεὶ οὐ ἔθεν ἐστὶ χερεῖων,  
 Οὐδέμας, οὐδὲ φυήν, οὔτ' ἄρ' φρένας, οὔτε τι ἔργα. 115  
 Ἀλλὰ καὶ ὡς ἐθέλω δόμεναι πάλιν, εἰ τόγ' ἄμεινον·  
 Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.  
 Αὐτὰρ ἐμοὶ γέρας αὐτίχ' ἔτοιμάσασατ', ὄφρα μὴ οἶος  
 Ἀργείων ἀγέραστος ἔω· ἐπεὶ οὐδὲ ἔοικε·

Calchanta primūm torvè intuens alloquutus est : 105  
 " Vates malorum, nunquam mihi gratum dixisti :  
 " Semper animo tuo jucundum est mala vaticinari :  
 " Bonum autem nondum aliquod dixisti verbum, neque perfecisti :  
 " Et nunc inter Danaos vaticinans concionaris,  
 " Quasi idcirco ipsis Longe-jaculans [Apollo] dolores struat, 110  
 " Quoniam ego puellae Chryseidis splendidum liberationis pretium  
 " Noli accipere, quandoquidem longè malo illam  
 " Domi habere ; etenim ipsi Clytemnestrae praefero,  
 " Quam Virginem duxi, Uxori ; quoniam non ipsà inferior est,  
 " Neque corpore, neque oris habitu, neque mente, neque omnino operibus. 115  
 " Sed et sic volo reddere, si hoc est melius.  
 " Malo equidem populum salvum esse, quàm perire.  
 " Sed mihi praemium statim praeparate ; ut non solus  
 " Argivorum praemio caream : quippe id non decet.

Stant lumina flammâ. *Æn.* VI, 500.  
 — totoque ardentis ab ore  
 Scintillæ absistunt ; oculis micat acri-  
 bus ignis. *Æn.* XII, 102.  
*Ver.* 105.—ἀνίστη—, *Κάλχαντα*—προσέει-  
 πε.] Constructio hæc Asyndetos, irâ excan-  
 descentem significanter indicat.  
*Ibid.*—κάκ' ὀσσομένος προσέειπε.]  
 Surgit, et his onerat dictis, atque agge-  
 rat iras. *Æn.* XI, 542.  
 Cæterum de voce κακασόμενος, itâ Porphy-  
 rius : Οὐ, κακῶς ὑποβλεψόμενος—ἀλλὰ—ἴσθιν  
 " Ὅσσα, ἢ θεία φήμη—" μετὰ δὲ σφίσιν ὅσσα  
 " διδῆσι, Ὀτρύνουσι ἴνασι, Διὸς ἄβυσσος." [I.  
 β', 95.]—Ἀπὸ τῆς Ὀσσης πεποιήται τὸ Κακασο-  
 μένος, ἢ τοι ὡς κακόμαντιν αὐτὸν διειδίξαν.—  
 " Οὐ μὲν γάρ τοι ἐγὼ κακὸν ὀσσομένη τὰς ἰκάναι,"  
 [I. ὦ, 172.]—τούτῃστιν, οὐ κακὸν κληδοζομίην.  
*Question.* *Homeric.* 16.

*Ver.* 106. Μάντι κακῶν.]

Infelix vates.— *Æn.* III, 246.

*Ibid.*—τὸ κρήγυον.] Ἀντιθέτως, οὐ τῶ ψεύ-  
 δεϊ, ἀλλὰ τῶ κακῶ, τὸ κρήγυον.—Ἐστὶ δὲ κρή-

γυον, τῶ κίεαρι ἢ δὴ καὶ προσηνές· ὃ ταῦτον τῶ  
 θυμῶδες. *Porphyr.* *Quest.* *Homeric.* 16.

*Ver.* 106. 107. 108.—οὐ πάποτε μοι τὸ κρή-  
 γυον—. Αἰεὶ τοι τὰ κάκ'——. Ἐσθλὸν δ'  
 οὐδέ τί πω.] Recte hic observatum, Poetam  
 optimè personæ serviisse, dum irâ vehementer  
 commotus rem eandem hoc modo ter repetat.  
 Cæterum quâ ratione vox εἶπας, in *ver.* 108.  
 ultimam producat, vide suprâ ad *ver.* 51.

*Ver.* 114. Κουριδίης ἀλόχου.] [jugarat  
 Cui pater intactam dederat, primisque  
 Omnibus.— *Æn.* I, 549.

*Ver.* 117. Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ  
 ἀπολέσθαι.] Οὐκ ἔχει ὑψηλὸν τι καὶ σεμνὸν ὁ  
 λόγος—. Τινὲς δὲ οὔτω θεραπίουσι τὸ νόημα  
 Βούλομαι σόον εἶναι τὸν λαὸν ἢ, εἰ μὴ τοῦτο γίνη-  
 ται, ἀπολέσθαι ἀν βουλοίμην αὐτόσ. *Eustathius*  
*in locum.* Similiter et *Scholias*. Mihi tamen  
 magis arripit simplicior illa et vulgaris ex-  
 positio : Cupido equidem populum omni ratione  
 salvum esse, et nequaquam Mei causâ perire.

*Ver.* 118. ἔτοιμάσασατ'.] Vide infrâ ad *ver.*  
 140.

- Λεύσσετε γὰρ τόγε πάντες, ὃ μοι γέρας ἔρχεται ἄλλη. 120  
 Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς·  
 Ἀτρεΐδη κύνιστε, φιλοκτεανώτατε πάντων,  
 Πῶς γάρ τοι δάσσυσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;  
 Οὐδέ τί πω ἴδμεν ξύνηϊα κείμενα πολλά.  
 Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίαν ἐξεπράβομεν, τὰ δέδασται, 125  
 Λαοὺς δ' οὐκ ἐπέοικε παλίλλογα ταῦτ' ἔπαγείρειν.  
 Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν τήνδε Θεῶν πρόσες· αὐτὰρ Ἀχαιοὶ  
 Τριπλῆ τετραπλῆ τ' ἀποτίσομεν, αἴ κέ ποθι Ζεὺς  
 Δῶσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.  
 Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων· 130  
 Μῆδ' οὕτως, ἀγαθός περ ἰῶν, θεοεικέλ' Ἀχιλλεῦ,  
 Κλέπτε νόω· ἐπεὶ οὐ παρελεύσεαι, οὐδέ με πείσεις.  
 Ἥ ἐθέλεις, ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἐμ' αὐτῶς  
 Ἔσθαι δευόμενον; κέλευαι δέ με τήνδ' ἀποδοῦναι;  
 Ἀλλ' εἰ μὲν δάσσυσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί, 135

- “ Videtis enim hoc omnes, quod mihi praemium abit aliò. 120  
 Huic autem respondit postea pedibus-praestans nobilis Achilles:  
 “ Atride gloriosissime, avarissime omnium;  
 “ Quinam verò tibi dabunt praemium magnanimi Achivi?  
 “ Non utique scimus communia ullibi reposita multa:  
 “ Sed quae quidem ex urbibus depraedati sumus, ea divisa sunt; 125  
 “ Populos autem non decet iterum-collecta haec congregare.  
 “ Sed tu quidem nunc hanc Deo praemitte: at Achivi  
 “ Tripliciter quadrupliciterque compensabimus; si quando Jupiter  
 “ Det urbem Trojam bene-munitam diripere.  
 Hunc autem respondens allocutus est rex Agamemnon:  
 “ Ne sic quidem, quamvis sis fortis, Deo-similis Achille,  
 “ Falle mente: quoniam non antevertes astutiá, neque mihi persuadebis.  
 “ Nunquid vis, ut ipse habeas praemium, ac me frustra  
 “ Sedere indigentem? jubesque me hanc reddere?  
 “ Atqui si dabunt praemium magnanimi Achivi, 135

Ver. 120.—ὃ μοι.] Vide infrá ad ver. 537.  
 Ver. 121. Τὸν δ' ἠμείβετ'.] Malè hic et in  
 similibus, alieno in loco, edidit Barnesius  
 Τόνδε, pro Τὸν δέ. Quod semel atque iterum  
 monuisse satis sit.

Ver. 123. Πῶς γάρ τοι.] “ Iniquè praemium  
 “ postulas: Quí ENIM fieri potest, ut,” &c.?  
 Vide infrá ad é, 22.

Ver. 124. Οὐδέ τί πω.] Scribi potest vel,  
 οὐδέ τί πω, vel, οὐδ' ἔτι πω.

Ver. 126.—παλίλλογα ταῦτ' ἔπαγείρειν.]  
 Omnia iterum in unum conferre, ut aliá denuò  
 portione dispertiantur.

Ver. 128.—αἴ κέ ποθι Ζεὺς Δῶσι.]  
 Si verò capere Italiam, sceptrisque potiri  
 Contigerit victori, et praedæ ducere sor-  
 tem. Æn. IX, 267.

De hoc loco Plutarchus: ‘Ο Ἀχιλλεύς, ἄλ-  
 λως μὲν (inquit) ὑφίστο τῷ θεῷ τῆς δόξης, καὶ μί-  
 ττοις ἦν λήγων, “ Αἴ κέ ποθι Ζεὺς Δῶσι,” &c.  
 Lib. de Sui laude. Vide infrá ad β', 228.

Ver. 131.—θεοεικέλ'.] Τὸ φύσει δίκαιον καὶ  
 καλὸν καὶ σῶφρον, — ἰ δὴ καὶ “Ομηρος ἐκάλεσεν  
 ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡγγιγνόμενον, Θεοειδὲς τε καὶ  
 Θεοεικίλον. Plato de Republ. lib. 6. Liqueet ta-  
 men apud Poetam, θεοεικέλος, ἀμύμων, et si-  
 milia, non virtutibus exornatum omnibus, sed  
 uná quavis sive Animi sive Corporis dote pra-  
 cellentem, perpetuò significare.

Ver. 133. Ἥ ἐθέλεις.] Al. Ἥ ἐθέλεις.

Ver. 135—137. Ἀλλ' εἰ μὲν— εἰ δὲ—]  
 “ Si dabunt, benè est; Sin minùs,” &c. Ea sci-  
 licet est Græcæ linguæ ratio, ut, in hujusmodi  
 sententiis, membrì prioris Apodosis (καλῶς  
 B

Ἄρσαντες κατὰ θυμὸν, ὅπως ἀντάξιόν ἔσται  
 Εἰ δέ κε μὴ δάωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἔλωμαι  
 Ἥ τεόν, ἢ Αἴαντος, ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος  
 Ἄξω ἐλών· ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὃν κεν ἴκαμαι.  
 Ἄλλ' ἦτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις· 140  
 Νῦν δ' ἄγε, νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἄλλα δῖαν,  
 Ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδῆς ἀγείρομεν, ἐς δ' ἐκατόμβην  
 Θείομεν, ἂν δ' αὐτὴν Χρυσήϊδα καλλιπάρησον  
 Βήσομεν· εἰς δέ τις ἀρχὸς ἀνῆρ βουληφόρος ἔστω,  
 Ἥ Αἴας, ἢ Ἰδομενεύς, ἢ δῖος Ὀδυσσεύς· 145  
 Ἥ ἐ σὺ, Πηλεΐδη, πάντων ἐκπαγλώτατ' ἀνδρῶν,  
 Ὅφρ' ἡμῖν Ἐκάεργον ἰλάσσειαι ἱερὰ ρέεζας.

“ Satisfacientes animo meo, ut aequale sit valore; bene est :

“ Sin autem non dederint, ego certè ipse auferam

“ Vel tuum, vel Ajacis, veniens, praemium, vel Ulyssis

“ Abducam ablatum : ille autem commotus-reddetur, ad quem ivero.

“ Verum enimvero de his post consultabimus etiam alias :

140

“ Nunc verò age, navem nigram deducamus in mare vastum,

“ Intùτος remiges idoneos congregemus, intus et hecatomben

“ Ponamus, ipsamque Chryseida pulchram-genas

“ Consendere-faciamus : Unus autem aliquis praefectus ex proceribus sit,

“ Vel Ajax, vel Idomeneus, vel nobilis Ulysses ;

145

“ Vel tu, Pelide, omnium terribilissime virorum ;

“ Ut nobis Longe-jaculantem [*Apollinem*] places sacris factis.

ἔχει.) semper ferè reticeatur; idque elegantissimè; *Aristoph. Plut. ver.* 468.—καὶ μὲν ἀποφύγω.— Εἰ δὲ μὴ,—Alia exempla plurima, ex iis, qui tum *abstracta* tum *soluta* oratione scripserunt, videas apud *Henr. Stephanum* in *Annotatis ad Xenophontem*, p. 39. et *Kusterum*, in locum citatum *Aristophanis*; et *Eustathium* in hunc locum *Homeri*. Vide et *infra* ad *ver.* 540.

*Ver.* 137. Εἰ δὲ—ἐγὼ δέ.] Vide *suprà* ad *ver.* 57.

*Ver.* 139. Ἄξω ἐλών· ὁ δὲ κεν κεχολώσεται, ὃν κεν ἴκαμαι.] *Fuerunt* apud *Veteres*, qui totum hunc versum *Suppositum* existimàrint. Et *possit* quidem, licet non *inelegans*, sine sententiæ *dispendio* abesse. *Dna Dacier* hoc modo *interstinguit*:

Εἰ δὲ κε μὴ δάωσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἔλωμαι·

Ἥ τεόν, ἢ Ἄϊαντος, ἰὼν γέρας, ἢ Ὀδυσῆος,

Ἄξω ἐλών· ὁ δὲ κεν κεχολώσεται, ὃν κεν ἴκαμαι.

Sed et *Vulgati* rectè se habent.

*Ver.* 140.—μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις.] *Quid* sibi velint *Græcæ Grammaticæ* *Scriptores* plerique, prorsus nescio; qui hanc *commenti* sunt regulam; “ *Penultima Futuri* “ *primi SEMPER longa*, nisi in *Quartâ* “ *conjugatione*,” (quam *Alii* “ *Quintam*” appellat;) in quâ scilicet *ultima* *circumflectitur*, ut *τεμῶν*, *κεινῶν*, et *similia*. Et tamen *innumera* sunt voces, *aliâ* *conjugatione*, sci-

licet in *ἀζω* et *ἴζω* desinentes, quarum è *contrario* (nescio an non *omnium polysyllabarum*, nisi quæ *duplicem* habent *formandî rationem*, ut *πειράζω* et *πειράω*, *πειράσω*; *ἀνιάζω* et *ἀνιάω*, *ἀνιάσω*;) *penultima* illa tam *Futuri primi*, quam *Aoristi*, *SEMPER corripitur*. Ut *φράζω*, *ἀσπάζω*, *γονάζομαι*, *ἐργάζομαι*, *ἀκοντιζῶ*, *ὀπλιζῶ*, &c.

Κεῖθεν δ' αὐτὸς ἐγὼ φράσομαι—

*Iliad.* ὁ, 254.

Βοσκομένης ἀγέλης βοῶν ἀρπάσῃ—

ξ', 62.

Καὶ μιν γονάζομαι—

ἀ, 427.

— καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαιινῶ.

δ', 496.

Δόρπονθ' ὀπλισόμεσθα—

*Odys.* μ', 292.

Μεῖζονι θυμῷ τί ποτ' ἐργάσεται;

*Eurip. Medea*, 108.

Ἄπαντα ταῦτα συντιμῶν ἐγὼ φράσω.

*Hecuba*, 1180.

Sed exempla in *singulis* *Poetarum* *omnium* *paginis* *occurrunt*. Vide *infra* ad ζ', 454.

*Ver.* 141.—ἄλλα δῖαν.] *Mare magnum*. *Quicquid* enim *quâvis* de *causâ* *exitium* est, *δῖον* appellatur.

— per *Mare Magnum*. *Æn.* V, 628.

Sic *Odys.* γ', 155. quod est, ἄλλα δῖαν ἰβιδem, *ver.* 158. dicitur *μεγαλήντι πόντον*. *Similiter*, *Odys.* ε, 20. *λακεδαίμονα δῖαν*, explicat *Scholias*, *μεγάλην*.

*Ver.* 142.—ἐρέτας ἐπιτηδῆς.] *Remigum* quod *sufficiat*.

Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πόδας ἄκυς Ἀχιλλεύς·  
 "ὦ μοι, ἀναιδείην ἐπιειμένε, κερδαλέφρον,  
 Πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεισιν πείθηται Ἀχαιῶν, 150  
 Ἥ ὁδὸν ἐλλέμεναι, ἢ ἀνδράσιν ἴφι μάχεσθαι;  
 Οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἕνεκ' ἤλυθον αἰχμητῶν  
 Δεῦρο μαχησόμενος· ἐπεὶ οὔτι μοι αἴτιοί εἰσιν.  
 Οὐ γὰρ πάποτ' ἐμὰς βοῦς ἤλασαν, οὐδὲ μὲν ἵππους,  
 Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβῶλακι βωτιανείρῃ 155  
 Καρπὸν ἐδηλήσαντ'· ἐπειὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ  
 Οὐρεά τε σκίοντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα·  
 Ἀλλὰ σοι, ὦ μεγ' ἀναιδὲς, ἅμ' ἐσπόμεθ', ὄφρα σὺ χαίρης,  
 Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάω, σοί τε, κυνῶπα,  
 Πρὸς Τρώων· τῶν οὔτι μετατρέπη, οὐδ' ἀλεγίζεις· 160  
 Καὶ δὴ μοι γέρας αὐτὸς ἀφαιρήσεσθαι ἀπειλεῖς,  
 ὦ ἐπι πολλ' ἐμόγησα, δόσαν δέ μοι υἴες Ἀχαιῶν.  
 Οὐ μὲν σοί ποτε ἴσον ἔχω γέρας, ὅππότε Ἀχαιοὶ  
 Τρώων ἐκπέρσωσ' εὐναίόμενον πτολίεθρον.

Hunc autem torvè intuitus alloquutus est pedibus velox Achilles :

" Heu ! impudentiâ indute, lucri-studiose, [vel dolose,]

" Quomodo aliquis tibi promptus mandatis obsequatur inter Achivos, 150

" Vel ut expeditionem aliquam faciat, vel adversus viros fortiter pugnet ?

" Non enim ego Trojanorum gratiâ veni bellicosorum

" Huc pugnaturus : quippe qui culpâ in me carent

" Non enim unquam meas boves abegerunt, neque equos ;

" Neque unquam in Phthiâ glebosâ, populosâ, 155

" Fructum laeserunt : quoniam valde multi inter jacent

" Montesque umbrosi, mareque resonans.

" Sed te, ô valde impudens, unâ secuti sumus, ut tu gauderes,

" Poenas expetentes pro Menelao, teque, canino-vir-aspectu,

" A Trojanis : quae beneficia neque revereris, neque curas : 160

" Quin et mihi praemium ipse te ablaturum minaris,

" Super quo multum laboravi, dederuntque mihi filii Achivorum.

" Non equidem tibi unquam aequale habeo praemium, quando Achivi

" Trojanorum exciderint bene-habitatam urbem.

Ver. 151. "Ἥ ὁδὸν ἐλλέμεναι.] Exponunt ple-  
 rique, *insidias locare*. Quia nimirum *De-*  
*mosthenes* dixerit, ἐν ὁδοῖς καθέλων. Verum ex  
 eo quòd, ἐν ὁδοῖς καθέλων, *insidias* indicet, ex  
 vi scilicet verbi καθέλων; non utique efficitur  
 ut, ὁδὸν ἐλλέμεναι, itidem indicet *insidias*.  
 Rectè igitur *Eustathius* : Δύναται δὲ καὶ ἄλλως  
 " ὁδὸς" πλατυκώτερον λέγεσθαι, &c.

Ver. 152. Οὐ γὰρ ἐγὼ.] " Quomodo quis-  
 " quam tibi lubens obsequatur ; cùm eos tam  
 " malè accipias, qui Tui solius causâ bellum  
 " gerant? Non ENIM ego Trojanorum,"  
 &c. Vide infra ad i, 22.

Ver. 153.—μαχησόμενος· ἐπί.] Quâ ratione,

μαχησόμενος, hic ultimam producat, vide su-  
 præ ad ver. 51.

Ver. 156.—μάλα πολλὰ μεταξὺ Οὐρεά τε.]

Longa procul longis via dividit invia terris.

*Æn.* III, 585.

Innumeri Montes inter me teque, viæque,  
 Fluminaque et Campi, nec Freta pauca,  
 jacent. *Ovid. Trist. lib. 4. Eleg. 7.*

Ver. 163. Οὐ μὲν σοί ποτε ἴσον.] " Nunquam

" ego præmium tibi aequale habeo ; neque tum  
 " mihi aequale dandum postulo cùm excisa erit  
 " Troja." Quare nihil opus ut, Τρώων πτολί-  
 εθρον, reddatur, " Trojanorum urbs aliqua ;"  
 quomodo verterunt *Barnesius* et *Dna Dacier*.

- Ἄλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυαΐκος πολέμοιο 165  
 Χεῖρες ἔμαι διέπουσ'· ἀτὰρ ἦν ποτε δασμὸς ἴκηται,  
 Σοὶ τὸ γέρας πολὺ μείζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε  
 Ἐρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας, ἐπὴν κεκάμω πολεμίζων.  
 Νῦν δ' εἴμι Φθίηνδ'· ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐστιν,  
 Οἴκαδ' ἴμεν σὺν νηυσὶ κορωνίσιν· οὐδέ σ' οἶα, 170  
 Ἐνθάδ' ἄτιμος εἶναι, ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν.  
 Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων·  
 Φεῦγε μάλ', εἴ τοι θυμὸς ἐπέσσυται· οὐδέ σ' ἔγωγε  
 Λίσσομαι, εἴνεκ' ἐμεῖο μένειν· παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι,  
 Οἳ κέ με τιμήσουσι· μάλιστα δὲ μητίετα Ζεὺς. 175  
 Ἐχθιστος δέ μοι ἐσσι διοτρεφέων βασιλῆων,

- “ Verùm quidem majorem partem impetnosi belli 165  
 “ Manus meae ministrant: at si quando divisio venerit,  
 “ Tibi praemium multò majus; ego verò modicumque gratumque quid  
 “ Venio possidens ad naves, postquam defessus sim pugnando.  
 “ Nunc itaque abeo in Phthiam: quoniam multò melius est,  
 “ Domum ire cum navibus recurvis: neque te puto, 170  
 “ Hic inhonoratus quum sim, divitias et opes collecturum.  
 Huic autem respondit postea rex virorum Agamemnon:  
 “ Fuge omnino, si tibi animus appetit; neque te ego  
 “ Rogo, gratià mei manere: apud me et alii sunt,  
 “ Qui me honorabunt; praecipuè verò providus Jupiter. 175  
 “ Invisissimus verò mihi es, à-Jove-nutritorum regum,

Ver. 167.—ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε.] *Parvum quidem; at quod ægerrimè tamen feram, ut mihi vi abripiatur. Parvum appellat, non quòd ipse Briseida parvi faceret, sed quòd Agamemnoni semper obtingeret amplior et uberior præda. Quare insulsus planè est Ter-rassonus, qui hoc appellat “une épithète ri-dicule.”* Dissertat. sur l'Iliade, Part IV. Chap. 5.

Ver. 170.—οὐδέ σ' οἶα, Ἐνθάδ' ἄτιμος—ἀφύξειν.] Sunt qui, ἄτιμος, non ad ipsum *Achillem*, sed ad *Agamemnonem*, hinc referant. Quod si fiat, erit constructio dura admodum, et ἀνακόλουθος. Ac si dicas, “neque te puto —divitias hinc inhonoratus assequaris.” Quod etsi *Linguae Latinæ* ratio haud ferat, reperitur tamen interdum apud *Græcos* constructio non ita multùm absimilis. Suprà, ver. 77. quod *Latinè* dicas, “*Jura te mihi libentem opitulaturum,*” *Græcè* est, et constructione quidem non inusitatà, ὁμοσόν μοι πρόσφρων ἀσπίειν. Similiter, infrà, ver. 397. quod *Latinè* dicas, “*Aicbas solam te avertisse per-niciem,*” *Græcè* est, ἔφησα σὴ λογὸν ἀμύναι. Rariùs est, quod occurrit, β', 350—353. *Kρονίωνα—Ἀστράπτων ἐπιδίξι.* Quem locum vide. Sed satis hinc constat sententia, si constructione simplicissimà, ἄτιμος, jam

ad ipsum *Achillem* referatur: “*Neque te puto, hinc inhonoratus quum sim, divitias et opes collecturum.*” Fuerunt tamen qui et hoc modo verterent: “*Neque Tibi [Tui causà] volo hinc, inhonoratus quum sim, divitias opesque meas profundere.*” Sed simplicior est interpretatio prior: et ἀφύξειν, multò aptiùs significat, *exhaurire arripiendo*, quàm profundendo.

Ver. 175. Φεῦγε μάλ'.] Rectè hinc *Eustathius*. Ἀχιλλῶς εἰπόντος, “ἀπειμι Φθίνδος,” ὁ Ἀγαμέμνων ἀσπίει ἀντιλέγων φησὶ “φεῦγες μάλια,” &c.

Ver. 174.—παρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι, Οἳ κέ με τιμήσουσι.]

Non erit auxilio nobis *Aetolus*, et *Arpi*?

At *Messapus* erit, felixque *Tolomnius*, et quos Tot populi misère duces; nec parva se-quetur

Gloria delectos *Latio*.— *Æn.* XI, 428.

Ver. 175.—μητίετα Ζεὺς.] *Μητίετα*, non *Vocativus* pro *Nominativo*; quòd est absurdum: (Quorum enim, obsecro, aliud dixisse *Scriptorem* accuratissimum, aliud voluisse?) Sed reverà *Nominativus* est, ex *linguà Æolicà* et *Bæoticà*, vel (ut alii existimant) *Macedonicà*. Unde deinceps *Latinè* factum est, *Poceta*, *Cometa*, *Athleta*, et similia.



- Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε Φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τέ.  
 Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, θεός που σοὶ τόγ' ἔδωκεν.  
 Οἴκαδ' ἰών, σὺν νηυσὶ τε σῆς, καὶ σοῖς ἐτάροισι,  
 Μυρμιδόνεσσιν ἀνασσεῖ σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω, 180  
 Οὐδ' ὄλομαι κοτέοντος· ἀπειλήσω δέ τοι ᾧδε·  
 Ὡς ἔμ' ἀφαιρεῖται Χρυσήϊδα Φοῖβος Ἀπόλλων,  
 Τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηὶ τ' ἐμῇ, καὶ ἐμοῖς ἐτάροισι,  
 Πέμψω· ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρῖσηϊδα καλλιπάρηον  
 Αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε, τὸ σὸν γέρας· ὄφρ' εὔ εἰδῆς, 185  
 Ὅσσον, φέρτερός εἰμι σέθεν, στυγέη δὲ καὶ ἄλλος  
 Ἴσον ἐμοὶ φάσθαι, καὶ ὁμοιωθῆμεναι ἄντην.  
 Ὡς φάτο· Πηλείωνι δ' ἄχος γένετ'· ἐν δὲ οἱ ἦτορ  
 Στήθεσσι λασίοισι διάνδιχα μερμήριζεν,  
 Ἥ ὄγε φάσγανον ὄξυ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ, 190  
 Τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίζοι,  
 Ἥ ἐ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν.

“Semper enim tibi contentioque grata, bellaque, pugnaeque.

“Si valde fortis es, Deus certè tibi hoc dedit.

“Quin domum reversus cum navibusque tuis, et tuis sociis,

“Myrmidonibus impera : te vero ego non moror, 180

“Neque quicquam te aestimo iratum : minabor autem tibi sic ;

“Quoniam à me aufert Chryseida Phoebus Apollo,

“Hanc quidem ego cum navique meâ, et meis sociis

“Mittam : ego autem abducam Briseida pulchram genas,

“Ipse profectus ad tentorium, tuum praemium : ut bene intelligas, 185

“Quanto potentior sim te : timeat verò et alius

“Æqualem se mihi dicere, et comparari contra.

Sic dixit : Pelidae autem dolor ortus est ; et ipsi cor

In pectore furibundo bifariam deliberavit,

Utrum ipsemet, ense acuto stricto à femore,

Hos quidem dimoveret, ipse autem Atridem interficeret ; 190

An iram sedaret, compesceretque furorem.

Ver. 178. Εἰ μάλα—. Οἴκαδ' ἰών.] Vide supra, ad ver. 105.

Ver. 180. Μυρμιδόνεσσιν ἀνασσεῖ.] Similiter Virgilius :

Illà se jactet in aulâ

Æolus, et clauso ventorum carcere regnet. *Æn.* I, 144.

Ver. 184.—Βρῖσηϊδα,—τὸ σὸν γέρας.] Vide infra ver. 566. et β', ver. 690.

Ver. 185. Αὐτὸς ἰών.] Satis ineptum est et puerile, quod de hoc versu annotat Plutarchus ; omnes orationis partes, utique nomen, pronomen, verbum, &c. in hoc uno versu contineri. *Questiones Platonicae, sub finem.*

Ver. 188. Ὡς φάτο· Πηλείωνι δ' ἄχος γένετ'.]

Talibus Aleto dictis exarsit in iras.

*Æn.* VII, 445.

Talibus exarsit dictis violentia Turni.

*Æn.* XI, 576.

Ver. 189. Στήθεσσι λασίοισι διάνδιχα μερμήριζεν.]

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,

In partesque rapit varias.—*Æn.* IV, 285.

Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat versans— *Æn.* V, 701.

Ceterum duo MSS. à Barnesio citati, legunt μερμήριζεν. Plutarchus etiam, in *Coriolano*, citat μερμήριζεν. Quæ fortè verior Lectio.

Ver. 191.—ἐναρίζοι.] *Al.* ἐναρίζοι.

- "Εως ὃ ταυθ' ἄρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν,  
 "Ἐλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος, ἦλθε δ' Ἀθήνη  
 Οὐρανόθεν· πρὸ γὰρ ἦκε Θεὰ λευκάλενος Ἥρη, 195  
 "Ἀμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε, κηδομένη τέ·  
 Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἔλε Πηλείαινα,  
 Οἷῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὄρᾶτο.  
 Θάμβησεν δ' Ἀχιλεὺς, μετὰ δ' ἐτράπετ', αὐτίκα δ' ἔγνω  
 Παλλάδ' Ἀθηναίην, δεινὰ δέ οἱ ὅσσε φάανθεν 200  
 Καί μιν φανήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·  
 Τίπτ' αὐτ', Αἰγιοόχοιο Διὸς τέκος, εἰλήλουθας ;  
 "Ἦ, ἵνα ὕβριν ἴδῃς Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο ;  
 "Ἄλλ' ἐκ τοι ἔρέω, τὸ δὲ καὶ τετελέσθαι οἶῳ,  
 Ἥϊς ὑπεροπλήσι τάχ' ἂν ποτε θυμόν ὀλέσση. 205  
 Τὸν δ' αὖτε προσέειπε Θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·

Dum ille haec agitabat mente et animo,

Trahebat utique è vaginâ magnum ensem ; venit autem Pallas

Coelitus ; praemisera enim Dea ulnis-candida Juno

195

Ambos simul, ex animo amansque, curansque.

Stetit autem à tergo, et flavâ comâprehendit Pelidem,

Soli appares, aliorum verò nullus videbat.

Expavit autem Achilles et retrò conversus est, statimque agnovit

Palladem Minervam, terribilesque ei oculi visi sunt ;

200

Et ipsam compellans, verbis alatis allocutus est :

" Cur huc, Aegiochi Jovis progenies, venisti ?

" An ut injuriam videas Agamemnonis Atridae ?

" Sed tibi edico, quod et perfectum iri puto ;

" Suis superbis citò tandem animum perdet.

205

Hunc autem rursus alloquuta est Dea caesis-oculis Minerva :

Ver. 195. "Εως ὃ.] Pronuntiabatur raptim  
 legentibus, ac si scriptum fuisset, ὥσωνελ ὥστω.

Ibid.—κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.]

—mente animumque. *Æn.* VI, 11.

Ver. 194. "Ἐλκετο δ' ἐκ——, ἦλθε δέ.]  
 Vide suprâ, ad ver. 57.

Ibid.—ἦλθε δ' Ἀθήνη Οὐρανόθεν.] Ἡ φρόνη-  
 σις, Consilium prudentius ; " potior senten-  
 tia," *Æn.* IV, 287.—" ἰφράσθης, καὶ τοι  
 " Ζεὺς ἔμβαλε θυμῷ," *Odys.* ψ', 260.—  
 " ἐνὶ φρεσὶν ἔμβαλε Δαίμων," *Odys.* σ', 10.  
 —Ἐπιγνοὺς δ' εἰς ὄαν κακὸν προκυλισθῆναι πα-  
 ρὰ μὲν ἐμελλεν, ὡς ἠνίοχον εὐλαβήθη τὸν ἰ-  
 φροσάτα Νῆυν' *Heraclid. Pontic.* "Ἐπὶ μὲν τοῦ  
 Ἀχιλλεῖως, τὸν λογιμὸν τῷ θυμῷ μαχόμενον,  
 καὶ ἐν τῇ αὐτῇ βροτῇ διανοούμενον,—τὴν φρόνησιν  
 ἐπικρατούσαν πεπαιγμένην· τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἢ ἐπι-  
 φάνεια τῆς Ἀθηνᾶς βούλεται. *Dionys. Halicarn.*  
 περὶ τῆς Ὀμήρου ποιήσεως, c. 15. Vide infrâ  
 ad β', 169. et ad δ', 92. et ad ζ', 29.

Ver. 197.—κόμης ἔλε Πηλείαινα.]

—refulsit

Alma parens, confessa Deam ; dextrâque  
 prehensum

Continuit——— *Æn.* II, 590.

Ver. 198. Οἷῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις  
 ὄρᾶτο.]

———Ὀδυσσῆϊ φανείσα,

Οὐ δ' ἄρα Τηλέμαχος ἴδεν ἀντίον, οὐδ' ἐνόησεν.

*Odys.* σ', 160.

Ver. 199.—μετὰ δ' ἐτράπετ'.] Notandum  
 hic maximè proprius vocis Mediae usus ; Re-  
 trò se convertit. Vide infrâ ad γ', 141.

Ver. 201.—ἔπεα πτερόεντα.]

———verbis

Quæ tutò tibi magna volant———

*Æn.* XI, 380.

Ver. 202.—Αἰγιοόχοιο Διὸς.] *Ægidem haben-*  
*tis Jovis.* Sunt qui vertant, à caprâ nutriti.  
 Vide *Scherpezealii Notas editas cum Moschopuli*  
*Scholliis in lib. Iliad. á et β'.* Meminit iti-  
 dem et *Eustathius.* Vera autem prior interpre-  
 tatio : Vide infrâ δ', 167. et é, 756, &c.

Ibid.—εἰλήλουθας.] Vide suprâ ad á, 57.

Ver. 205.—ἴδῃς.] *Al. ἴδῃ.* Quod perinde  
 est.

Ver. 206.—γλαυκῶπις Ἀθήνη.] Οὐχ, ὥσπερ  
 ἔνιοι, τῶν Ἑλλήνων ὑπέλαβον, ἀπὸ τοῦ τοῦς ἴου

- Ἦλλον ἐγὰ παύσουσα τεὸν μένος, αἴ κε πίθηαι,  
 Οὐρανόθεν πρὸ δέ μ' ἦκε Θεὰ λευκώλενος Ἥρη,  
 Ἀμφω ὁμῶς θυμῶ, φιλέουσά τε, κηδομένη τε.  
 Ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἔλκεο χειρὶ· 210  
 Ἀλλ' ἦτοι ἔπεσιν μὲν ὀνειδίσον, ὡς ἔσεται περ.  
 Ὡδε γὰρ ἐξέρω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται·  
 Καί ποτέ τοι τρεῖς τόσσα παρέσσεται ἀγλαὰ δῶρα,  
 Ὑβριος εἴνεκα τῆσδε· σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο δ' ἡμῖν.  
 Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς· 215  
 Χρῆ μὲν σφώϊτερόν γε, Θεὰ, ἔπος εἰρύσασθαι,  
 Καὶ μάλα περ θυμῶ κεχολωμένον· ὡς γὰρ ἄμεινον.  
 Ὅσκε Θεοῖς ἐπιπειθήται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.  
 Ἦ, καὶ ἐπ' ἀργυρῆ κᾶπη σχέθε χεῖρα βαρεῖαν·  
 Ἀψ δ' ἐς κούλεὸν ὤσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε 220  
 Μύθῳ Ἀθηναίης· ἧ δ' οὐλυμπόνδε βεβήκει,  
 Δῶματ' ἐς Αἰγιοόχοιο Διὸς, μετὰ δαίμονας ἄλλους.

- “ Veni ego sedatura tuam iram (si modò parueris)  
 “ Coelitus; praemisit autem me Dea candidis-ulis Juno,  
 “ Ambos simul, ex animo diligensque curansque.  
 “ Sed age, quiesce à contentione, neque ensem trahe manu : 210  
 “ At verbis quidem convitiator, sicut acciderit ;  
 “ Sic enim edico, quod et perfectum erit :  
 “ Et aliquando tibi ter tot aderunt splendida dona,  
 “ Injuriae causâ hujus : tu autem cohibe te, obtemperaue nobis.  
 “ Hanc autem respondens allocutus est pedibus velox Achilles : 215  
 “ Oportet quidem vestrum, Dea, verbum observare,  
 “ Quantumvis sim animo iratus : sic enim melius.  
 “ Quisquis utique Diis obtemperaverit, magis et illi exaudiunt ipsum.  
 “ Dixit, et in argenteo manubrio repressit manum gravem ;  
 “ Retróque in vaginam condidit magnum ensem, neque fuit inobediens 220  
 “ Verbo Minervae ; haec autem ad coelum abiit,  
 “ In domos Aegiochi Jovis, ad deos alios.

θαλμοὺς ἔχων γλαυκοῦς· τοῦτο μὲν γὰρ εὐήθης  
 ὑπάρχει· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τὸν ἄερα τὴν πρόσφιν  
 ἔχων ἄγλαυκον. [Editor Rhodomanus conjicit  
 legendum, ἴγλαυκον: Ego γλαυκὸν malim.]  
 Diodor. Sicul. Lib. I. p. 12.

Ver. 207.—τιὸν μένος.] *Al.* τὸ σὸν μένος.

Ver. 211.—ὀνειδίσον.] Vide supra ad  
 ver. 140.

Ver. 214.—πείθεο δ' ἡμῖν.]

—Tu nequa Parentis  
 Jussa time, neu præceptis parere recusa.  
*Æn.* II, 606.

Ver. 216. Χρῆ μὲν.]

Cedamus Phœbo, et moniti meliora se-  
 quamur. *Æn.* III, 188.

Ver. 220.—ὡς μέγα ξίφος.] Ἀλλ' αἰ κοινὰ  
 τῶν λέξεων παρ' αὐτῶ σώζονται τὸ σέμον. *Dion.*  
*Halicarn.*

*Ibid.*—οὐδ' ἀπίθησε Μύθῳ Ἀθηναίης.] Ὅρθῶς  
 σάλλιν καὶ καλῶς· ὅτι, τὸν θυμὸν ἐκκόψαι παν-  
 τάπασι μὴ δυνατοῖς, ὅμως, πρὶν ἀνήκιστόν τι δεῖ-  
 σαι, μετέσσης καὶ κατέσχειν, εὐπειθῆ τῷ Λογισμῶ  
 γινόμενον. *Plutarch. de audiend. Poetis.* Vide  
 supra ad ver. 194.

Ver. 221.—ἧ δ' οὐλυμπόνδε βεβήκει.] Sic  
 π', 751. “ Ὡς εἰπῶν—βεβήκει.” Si βίβηκεν  
 dixisset, jam non constitisset Temporum ra-  
 tio. Simile enim fuisset, ac si quis Anglicè  
 dicat, IS GONE AWAY, pro eo quod est, WAS  
 GONE AWAY. Vide supra ad ver. 37.

Πηλείδης δ' ἔξαυτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν  
 Ἄτρεϊδην προσέειπε, καὶ οὔπω λῆγε χόλοιο·  
 Οἶνοσαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο· 225  
 Οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἄμα λαῶν θάρσηθῆναι,  
 Οὔτε λόχονδ' ἶναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν,  
 Τέτληκας θυμῶν· τὸ δέ τοι κῆρ εἶδεται εἶναι.  
 Ἦ πολὺ λώϊόν ἐστι, κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν  
 Δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι, ὅστις σέθεν ἀντίου εἶποι· 230  
 Δημοβόρος βασιλεὺς, ἐπεὶ οὔτιδανοῖσιν ἀνάσσεις·  
 Ἦ γὰρ ἂν, Ἄτρεϊδῆ, νῦν ὕστατα λαβῆσαιο.  
 Ἄλλ' ἐκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὄρκον ὀμοῦμαι,  
 Ναὶ μὰ τὸδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους

Pelides autem iterum asperis verbis

Atridem alloquutus est, et nondum cessabat ab irâ :

“ Vinolente, canis oculos habens, cor verò cervi ;

225

“ Neque unquam in bellum unâ cum populo armari,

“ Neque ad insidias ire cum primoribus Achivorum,

“ Ausus es animo : hoc utique tibi mors videtur esse.

“ Certè multò melius est, per exercitum latum Achivorum,

“ Dona auferre illius, quicumque tibi contradixerit :

230

“ Populi vorator Rex, quoniam hominibus nullius pretii imperas :

“ Certè enim, Atrida, nunc postremò contumeliam fecisses.

“ Verùm tibi edico, atque insuper magnum juramentum juro,

“ Nae per hoc sceptrum, quod quidem nunquam folia et ramos

Ver. 225. Οἶνοσαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων.] Τί  
 δὲ τὰ τοιαῦτα; ἄρα καλῶς;—εὐ καλῶς. Plato de  
 Republ. lib. 5. Sed vide suprâ, ad ver. 2.

Ver. 226. Οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἄμα.]

—An tibi Mavors

Ventosâ in lingua pedibusque fugacibus istis  
 Semper erit?—Æn. XI, 590.

Cætèrum quâ ratione, πόλεμον, hic ultimam  
 producat; item ἐπὶ, infrâ, ver. 233. vide  
 suprâ, ad ver. 51.

Ver. 228. Τέτληκας θυμῶν.] Audes animo.  
 Respondet enim sequentibus, εἶδεται, et ἐστὶ.  
 Vide suprâ, ad ver. 37.

Ibid.—τὸ δέ τοι κῆρ.] Scholiastes videtur le-  
 gisse (nec quidem hoc in loco malè) τὸ δὲ τοι κῆρ.  
 Nam, Δεικτικώτερον (inquit) καὶ ἀναφορικώτερον.

Ver. 229. 231. 232. Ἦ πολὺ—Δημοβόρος  
 βασιλεὺς.— Ἦ γὰρ ἂν.—] Iratum et fero-  
 cientem mirè decet præfacta hæc et inter-  
 rupta eratio. Vide suprâ, ver. 178.

Ver. 233.—Ἐ ἐπὶ μέγαν ὄρκον ὀμοῦμαι.]  
 Καὶ ἐπὶ, mihi vendendum videtur, non, atque  
 adco, (quod habent Vulgati); sed, atque in-  
 super.

Ver. 234. Ναὶ μὰ τὸδε σκῆπτρον.]

Ut sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam  
 fortè gerebat)

Nunquam fronde levi fundet virgulta nec  
 umbras,

Cùm semel in sylvis imo de stirpe recisum  
 Matre caret, posuitque comas et brachia  
 ferro :

Olim arbos, nunc artificis manus ære de-  
 coro

Incluit, patribusque dedit gestare Latinis.  
 Æn. XII, 206.

Rectè mihi videtur adversus Recentiores  
 quosdam hic annotâsse Poppius, locum hunc  
 Antiquis nullo modo tædium attulisse, cùm  
 eum adèd amplè transcripserit Virgilius. Rec-  
 tè porrò adjicit, adversus Scaligerum; vim  
 hoc in loco et ingenium Homeri, ipsum vix  
 assecutum Virgilius.

Ibid.—τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους.] Videtur  
 mihi hoc, non (ut Eustathio et Recentioribus  
 visum est) eò pertinere, ut Achillis Agamem-  
 nonisque Dissensio ac Discensus, quem utique  
 Achilles hic perpetuum futurum minitetur,  
 cum ligni de stirpe recisi et nunquam repullu-  
 laturi Disjunctionem ab arbore conferatur : Est  
 enim hoc paullo languidius : Sed consimile  
 esse, ac si dixisset; Quemadmodum hoc lignum  
 nunquam repullulabit, ita et Ego penitus dispic-  
 eam, nisi, &c. Vel : quàm certò hoc lignum

- Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λείλοιπεν, 235  
 Οὐδ' ἀναθλήσει· περὶ γὰρ ῥά ἐ χαλκὸς ἔλεψε  
 Φύλλα τε καὶ φλοῖον· νῦν αὐτέ μιν υἴες Ἀχαιῶν  
 Ἐν παλάμῃ φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε Δέμιστας  
 Πρὸς Διὸς εἰρύαται· ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὄρκος·  
 Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἴξεται υἴας Ἀχαιῶν 240  
 Ζύμπαντας· τοῖς δ' οὔτι δυνήσεται, ἀχνύμενός περ,  
 Χραιομεῖν, εὗτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἐκτορος ἀνδροφόνοιο  
 Θνήσκοντες πίπτασι· σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις  
 Χώμενος, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας.  
 Ὡς φάτο Πηλεΐδης· ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ 245  
 Χρυσέοις ἥλοισι πεπαρμένον· ἔζετο δ' αὐτός.  
 Ἀτρεΐδης δ' ἐτέρωθεν ἐμήνιε· τοῖσι δὲ Νέστωρ  
 Ἦδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγύς Πυλίων ἀγορητῆς,

- “ Productet, postquam semel truncum in montibus reliquit, 235  
 “ Neque repullulabit: circum enim ei ferrum delibravit  
 “ Foliaque et corticem: nunc autem ipsum filii Achivorum  
 “ In manibus portant iudices, qui utique leges  
 “ A Jove tuentur: hoc autem tibi erit magnum iuramentum:  
 “ Certè aliquando Achillis desiderium invadet filios Achivorum 240  
 “ Universos: his autem non poteris, dolens licet,  
 “ Prodesse; quando multi ab Hectore homicidâ  
 “ Morientes cadent: tu autem intus animum lacerabis  
 “ Iratus, quòd fortissimum Achivorum non honorârís.  
 Sic dixit Pelides: sceptrumque projecit in terram 245  
 Aureis clavis distinctum: consedit autem ipse.  
 Atrides verò ex alterâ parte irascebatur: His igitur Nestor  
 Suaviloquus surrexit, argutus Pyliorum orator,

nunquam repullulabit, tam certò ingens Mei desiderium Achivos Hectori posthac succumbentes afficiet, neque Tu eis opitulari valebis. Vel: Citius erit, ut repullet hoc lignum, quàm ut Achivi in posterum non indigeant Mei.

Ver. 235.—τομὴν ἐν ὄρεσσι λείλοιπεν.] Fuerunt qui legerint, κόμην ἐν ὄρεσσι λείλοιπεν. Nimirum ex loco Virgillii jam citato, “—po—“ suitque comas et brachia ferro:”) ut rectè conjecit Fulvius Ursinus.

Ver. 238.—δικασπόλοι, οἵτε Δέμιστας.] Κατ' ἀρχὰς μὲν γὰρ ἅπανα πόλεις Ἑλλάδος ἰσασιλεύετο πλὴν οὐχ, ὥσπερ τὰ βάρβαρα ἔθνη, δεσποτικῶς· ἀλλὰ κατὰ νόμους τε καὶ ἰθιμοὺς πατρίους. Καὶ κρείστος ἦν βασιλεὺς, ὁ δικαιοτάτος τε καὶ νομιμώτατος.—δηλοῖ δὲ καὶ Ὅμηρος, δικασπέλους τε καλῶν τοῦ βασιλεῖς, καὶ Δέμιστοπόλους. Dion. Halicarn. Antiq. Roman. lib. 5. Vide supra ad ver. 57.

Ver. 242.—Ἐκτορος.] Mirè admodum Plato in Cratylò: Καὶ τῷ Ἐκτορι αὐτὸς ἔθετο τὸ ὄνομα Ὅμηρος, παραπλησίον τῷ Ἀστυνάκτι.—

Ὁ γὰρ Ἀναξ καὶ ὁ Ἐκτωρ σχεδὸν τι τῶν αὐτῶν σημαίνει.—Οὐ γὰρ ἂν τις Ἀναξ ἦ, καὶ Ἐκτωρ δήπου ἰσθὶ τούτου, δηλὸν γὰρ ὅτι κρατὶ τε αὐτοῦ, καὶ κέκτηται, καὶ ἔχει αὐτό. Vide infra ad ζ', 402. et ad χ', 508.

Ibid.—ἀνδροφόνοιο.] Homicidam Hectorem dixit Horatius, Epod. 17. 12. At vim Græcæ vocis vix assecutus videtur sermo Romanus. Vide Murci Var. Lect. lib. 5. c. 19. Porro, rectè ad hunc locum Scholiastes: τὸν Ἐκτορα ἀνδροφόνου προσηγόρευσε, καὶ οὐ χαλκοκορυστήν ἢ ἰσπόμενον,—πρὸς κατάπληξιν τῶν ἀκούοντων. Εἰώθε δὲ τηρεῖν τὰ ἐπιθέτα ἐυστόχως.

Ver. 244. Χώμενος, ὅτ'.] Quâ ratione χλωμένος, hic ultimam producat, vide supra ad ver. 51.

Ver. 247.—ἐμήνιε.] Pronuntiabatur (credo) ἐμήνι. Nam μηνίω, secundam producit.

Ver. 248.—ἀνόρουσε.] Ut in re magnâ et “periculosâ, non placidè assurgentem facit, sed “prorumpentem Senem quoque.” Ut observavit Camerarius.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέειν αὐδή.  
 Τῷ δ' ἦδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων 250  
 Ἐφθίαθ', οἳ οἳ πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο  
 Ἐν Πύλῳ ἠγαθέη, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσειν  
 Ὅς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπεν  
 ὦ Ω πόποι, ἧ μέγα πένθος Ἀχαιῖδα γαῖαν ἰκάνει,  
 ὦ Ἥ κεν γηθήσαι Πριάμος, Πριάμοιό τε παῖδες, 255  
 Ἄλλοι τε Τρῶες μέγα κεν κεχαροῖατο θυμῷ,  
 Εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθόιατο μαρναμένοισιν,  
 Οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἔστέ μάχεσθαι.  
 Ἄλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεωτέρω ἔστων ἔμεϊο.  
 Ἦδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοισιν, ἥεπερ ὑμῖν, 260  
 Ἀνδράσιν ἀμίλησα, καὶ οὐ ποτέ μ' οἶγ' ἀθέριζον.  
 Οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀέρας, οὐδὲ ἴδαμαι,

Cujus etiam à linguâ melle dulcior fluebat sermo.

Et jam duae quidem aetates articulata-voce-loquentium hominum 250

Defecerant, qui cum ipso antea simul nutriti sunt et vixerunt

In Pylo eximiâ, inter tertios autem jam regnabat :

Qui illis prudens concionatus est, et dixit :

“ O Dii, certè magnus luctus Achivam terram invadit,

“ Certè lactabitur Priamus, Priamique filii, 255

“ Caeterique Trojani valdè gaudebunt animo,

“ Si de vobis haec omnia audiverint decertantibus,

“ Qui quidem consilio Danais antecellitis, et pugnando.

“ Sed persuadeamini : ambo nempe juniores estis me.

“ Jam enim aliquando ego et cum fortioribus, quàm vobis, 260

“ Viris consuetudinem-habui, et nunquam me ipsi parvi-penderunt.

“ Non enim unquam tales vidi viros, neque videbar,

Ver. 249. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης.] “ Videtisne  
 “ ut apud Homerum sæpissimè Nestor de vir-  
 “ tutibus suis prædicet? tertiam enim jam  
 “ aetatem hominum vivebat: nec erat ei ve-  
 “ rendum, nè vera de se prædicans, nimis vi-  
 “ deretur aut insolens aut loquax. Etenim,  
 “ ut ait Homerus, ex ejus linguâ melle dulcior  
 “ fluebat oratio.” Cic. de Senectute. Vide  
 infra ad ver. 260. et ad β', 572.

Ver. 252.—μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσειν.]  
 Nonagenarius circiter existens.

Ver. 255. Ἦ κεν γηθήσαι Πριάμος.] Sic  
 Virgilius :

Hoc Ithacus velit, et magno mercentur

Atridae. Æn. II, 104.

Ver. 259. Ἄλλὰ πίθεσθ'· ἄμφω δὲ νεωτέρω  
 ἔστων ἔμεϊο.]

Tu major; tibi me est æquum parere,  
 Menalca. Virg. Ecl. V, 4.

Sententia eadem: sed apud Homerum con-  
 venientior persona.

Ver. 260. Ἦδη γάρ ποτ' ἐγὼ—Ἀνδράσιν

ἀμίλησα—, Οὐ γάρ πω, &c.] Mirè Senem de-  
 cet jactantia hæc et longitudo orationis. At  
 Scaliger: “ Nestor, inquit, in primo Iliados,  
 “ loquax; in septimo, non minus; in quarto,  
 “ odiosus; in undecimo obtundit; in penul-  
 “ timo, etiam nugatur.” Poetic. lib. 5. A-  
 liter sensit Cicero, loco suprâ citato, ad ver.  
 249. et infra, ad β', 572. Aliter etiam Plu-  
 tarchus: Οὐ μόνον ἀλύτως καὶ ἀνεπιφθόνως, ἀλ-  
 λὰ καὶ χρησίμως, καὶ ὠφελίμως—. “ Ὅσα πρῶ-  
 τον εἰ προτροπῆς ἔνεκα καὶ ζήλου καὶ φιλοτιμίας  
 τῶν ἀκούοντων, αὐτὸν ἂν τις ἐπανίστηεν· ὥσπερ  
 ὁ Νέστωρ τὰς ἑαυτοῦ διηγουμένους ἀριστείας καὶ  
 μάχας—. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ καταπληξίως—  
 ἔνεκα, καὶ τοῦ ταπεινώσαι—τὸν ἀυθάρη—. καθά-  
 περ αὐτὸν πάλιν ὁ Νέστωρ, “ Ἦδη γάρ ποτ' ἐγὼ  
 “ καὶ ἀρείοισιν,” &c. Lib. de Sui Laude.

Ibid.—ἥεπερ ὑμῖν.] Eustathius, ἡμῖν, præ-  
 fert, ut καλλίον, —καὶ ἀνεπαχθέστιστον, διὰ τὸ  
 κοινότερον ἔστι γάρ πως τὸ “ ἡμῖν,” ὅμοιον τῷ,  
 “ οἳ νῦν βροτοὶ ἴσμεν.” Sed Nestoris personam  
 magis decet istud, ὑμῖν.

Οἶον Πειριθόον τε, Δρύαντά τε ποιμένα λαῶν,  
 Καινέα τ', Ἐξάδιόν τε, καὶ ἀντίθεον Πολύφημον,  
 Θησιά τ' Αἰγείδην, ἐπιείκελον ἀθανάτοισι. 265  
 Κάρτιστοι δὴ κείνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν·  
 Κάρτιστοι μὲν ἔσαν, καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο  
 Φηρσὶν ὄρεσκόμοισι, καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσαν.  
 Καὶ μὲν τοῖσιν ἐγὰρ μεθομίλεον ἐκ Πύλου ἔλθων,  
 Τηλόθεν ἐξ Ἀπίης γαίης· καλέσαντο γὰρ αὐτοί· 270  
 Καὶ μαχόμεν κατ' ἐμ' αὐτὸν ἐγὼ· κείνοισι δ' ἂν οὔτις  
 Τῶν, οἳ νῦν βροτοὶ εἰσιν ἐπιχθόνιοι, μαχέοιτο·

“ Qualem Pirithoumque, Dryantemque, ducem populorum,  
 “ Caeneumque, Exadiumque, et divinum Polyphemum  
 “ Theseumque Aegidem, similem immortalibus. 265  
 “ Fortissimi certè illi terrestrium nutriti sunt virosum :  
 “ Fortissimi quidem erant, et cum fortissimis pugnabant  
 “ Centauris monticolis, et terribiliter interfecerunt.  
 “ Et quidem cum illis habebam-consuetudinem è Pylo profectus,  
 “ Procul ex Apîâ terrâ : Evocârunt enim ipsi : 270  
 “ Et pugnabam pro meis quidem viribus ego : cum illis autem nullus  
 “ Eorum, qui nunc homines sunt terrestres, pugnaret :

Ver. 264. Πολύφημον.] Non utique Cyclo-  
 rem illum, sed Lapitharum ducem quandam.

Ver. 265. Θησιά τ'.] Qui rei prosodiacæ student, meritò hîc quærere potuerunt, sit ne hic pes [Θησιά] dactylus, an potius contractè spondæus, ac si scriptum fuisset Θησα. Nam istud α, in Accusativis Atticis (quod haud adverterunt Grammatici) semper producitur.

Τὸν Πηλῆως τιν' οἶσθ' Ἀχιλλεῖᾶ γόνον.  
 Eurip. Helen. 97.

Εὐδαιμονεῖν με Θησιά τε παῖδ' ἐμόν.  
 Id. Supplic. 5.

Κήρυξ πρὸς ἄστν διῆρο Θησιά καλῶν.  
 Ibid. 37.

Τὸν μὲν Διὸς πληγέντα Καπαναῖα περι.  
 Ibid. 954.

Μειοικίᾳ σοῦ πατρὸς αὐτεπάνονον.  
 Id. Phœniss. 776.

Ἐτεοκλῆᾶ τ' αὖ νῦν πόλεως ὑπερμαχίης.  
 Ibid. 1258.

Σίτοις καπήλει', Ὀρφέᾳ τ' ἀνακτ' ἔχων.  
 Id. Hippol. 953.

Ποῖ γῆς ἀνακτα τῆς δὲ Θησιά μολῶν.  
 Ibid. 1153.

Καὶ μὴν δίδορα τόνδε Πηλιᾶ πέλας.  
 Id. Androm. 545.

Ἀχιλλεῖᾶ τεικοῦσα πρώτων Ἑλλάδος.  
 Ibid. 1257.

Λειλεμμένον δὴ βασιλεῖᾳ, καὶ τούδε χερί.  
 Ibid. 1247.

Sequitur nimirum Accusativus iste analogiam Genitivi, in lingua tum Atticâ, tum Ionicâ. Πηλῆος, Πηληῖα; Πηλῆως, Πηληῖα. Ἀχιλλῆος, Ἀχιλλῆᾶ; Ἀχιλλῆως, Ἀχιλλῆᾶ. Βασιλῆος, Βασιλῆᾶ; Βασιλῆως, Βασιλῆᾶ. Similis quædam analogia et in aliis reperitur: Τεθνηκότος, Τεθνηῶτος; Κρονίων, Κρονιόνος; Κρονῖανος; Μετήρος, Μετέρως; Λᾶος, Λαῶς; Ἰλᾶος, Ἰλῆως; Μενεῖᾶος, Μενεῖᾶος.

Permulta ejusmodi, Poetas cum judicio legitibus, à Grammaticis vix observata occurrunt. Sic διακόνος, διακονεῖν, secundam semper producit. Quamobrem absurdissimè vir Doctus Phil. Labbe, Dialect. ling. græc. cap. 7. 16. “ διακόνον (inquit) pro διακόνον;” (Istud enim διακόνον si omninò græcum esset, jam διακονεῖν posset atque etiam necessariò deberet secundam corripere.) Sic ἀνάλισκω, φλυᾶρειν, τάριχος, ἀρεῖδης, λίταρειν, λίταρης, (quod ab aliâ esse videtur origine, ac λίταρος;) semper producuntur. Eurip. Med. 325. Cyclop. 31. Ion. 396. et Supplic. 776. Æschyl. Prometh. 941. Menander apud Athenæum, p. 245. Sophocles apud Athenæum, p. 119. Idem, Trachin. 450. Aristoph. Acharn. Act. 2. Scen. 4. Et passim. Vide quoque infra ad ver. 338.

Ibid. — ἀθανάτοισι.] Vide infra ad ver. 398.

Ver. 271. Καὶ μαχόμεν κατ' ἐμ' αὐτὸν ἐγὼ.] — κατὰ σφίτας γὰρ μαχίσονται, β', 366.

Tum validis flexis incurvant viribus arcus

- Καὶ μὲν μευ βουλείων ζύνιον, πείθοντό τε μύθω.  
 Ἄλλὰ πίθεσθε καὶ ὕμμες, ἐπεὶ πείθεσθαι ἄμεινον.  
 Μῆτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἔων, ἀποαίρεο κούρη, 275  
 Ἄλλ' ἔα, ὡς οἱ πρῶτα δόσαν γέρας υἱέες Ἀχαιῶν.  
 Μῆτε σὺ, Πηλεΐδῃ, Δέλ' ἐριζόμεναι βασιλῆϊ  
 Ἀντιβίην· ἐπεὶ οὐποθ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς  
 Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.  
 Εἰ δὲ σὺ καρτερός ἐσσι, Θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ, 280  
 Ἄλλ' ὄγε φέρτερός ἐστιν, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἀνάσσει.  
 Ἀτρεΐδῃ, σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος· αὐτὰρ ἔγωγε  
 Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον, ὅς μέγα πᾶσιν  
 Ἔρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο.  
 Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων 285  
 Ναὶ δὴ ταυτὰ γε πάντα, γέρον, κατὰ μοῖραν ἔειπες·  
 Ἄλλ' ὄδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων,  
 Πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πάντεσσι δ' ἀνάσσειν,  
 Πᾶσι δὲ σημαίνει· ἄτιν' οὐ πείσεσθαι οἴω.  
 Εἰ δέ μιν αἰχμητὴν ἔβησαν Θεοὶ αἰὲν ἑόντες, 290

“ Et tamen mea consilia audiebant, obtemperabantque verbo.

“ Verùm obedite et vos, quandoquidem obedire melius.

“ Neque tu ab isto, quantumvis praestans, auferas puellam, 275

“ Verùm sine, ut ei primùm dederunt praemium filii Achivorum :

“ Neque tu, Pelide, velis contendere regi

“ Contra : quia nunquam ullus similem, atque hic, sortitus est honorem

“ Sceptryger rex, cui utique Jupiter gloriam dedit.

“ Si autem tu fortior es, Deaque te generavit mater, 280

“ At hic potentior est, quia pluribus imperat.

“ Atride, tu autem compesce tuam iram : verùm ego

“ Precabor Achillem deponere iram, qui magnum omnibus

“ Propugnaculum Achivis est belli mali.

Hunc autem vicissim-alloctus est rex Agamemnon : 285

“ Sanè, haec omnia, senex, convenienter dixisti :

“ Verùm hic vir vult supra omnes esse alios ;

“ In omnes dominari vult, omnibusque imperare,

“ Et omnibus praeesse : quae minimè persuasurum puto.

“ Quòd si ipsum bellicosum fecerunt Dii semper existentes, 290

Pro se quisque viri.— *Æn.* V, 500.

*Ver.* 275. Καὶ μὲν μευ βουλείων ζύνιον, πείθοντό τε μύθω.

Ἄλλὰ πίθεσθε καὶ ὕμμες.] *Auscultate vos mihi seni juvenes, cui etiam Juveni auscultarunt Senes.*

*Ver.* 277. Μῆτε σὺ, Πηλεΐδῃ, Δέλ'.] *Φασὶ γὰρ, inquit Eustathius, μὴ εἶναι παρὰ τῷ Ποιητῇ, τὸ "Θέλειν" δυσυλλάβως, ἀλλὰ "Ἐθέλειν" μιτὰ τοῦ ἰ. Sed hoc leve est.*

*Ver.* 285.—Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν.] *Quâ ratione Ἀχιλλῆϊ, hic ultimam producat, vide suprâ ad ver. 51.*

*Ibid.*—ὄς μέγα πᾶσιν Ἔρκος Ἀχαιοῖσιν.]  
 —pugnae nodumque moramque.

*Æn.* X, 428.

*Simplicior et facilius Homeri elocutio, nec tamen minorem habet vim.*

*Ver.* 286.—ἔειπες.] *Al. ἔειπας. Quod idem est.*



Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνειδέα μυθήσασθαι;

Τὸν δ' ἄρ' ὑποβλήθην ἠμείβετο δῖος Ἀχιλλεύς·

Ἦ γάρ κεν δειλός τε καὶ οὐτιδανὸς καλεοίμην,  
Εἰ δὴ σοι πᾶν ἔργον ὑπείξομαι, ὅ, τι κεν εἴποις·

Ἄλλοισιν δὴ ταῦτ' ἐπιτέλλεο, μὴ γὰρ ἔμοιγε 295

Σήμαιν'· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔτι σοὶ πείσεσθαι οἶω.

Ἄλλο δέ τοι ἔρέω, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσι·

Χερσὶ μὲν οὔτι ἔγωγε μαχήσομαι, εἴνεκα κούρης,  
Οὔτε σοὶ, οὔτε τῷ ἄλλω, ἐπεὶ μ' ἀφέλεσθέ γε δόντες.

Τῶν δ' ἄλλων, ἃ μοι ἐστὶ δοῆ παραὶ νηϊ μελαινῇ, 300

Τῶν οὐκ ἄν τι φέροις ἀνελὼν, ἀέκοντος ἐμεῖο.

Εἰ δ' ἄγε μὲν, πείρησαι, ἵνα γνώωσι καὶ οἶδε·

Διΐφά τοι αἶμα κελαινὸν ἐρωήσει περὶ δουρί.

Ὡς τῷ γ' ἀντιβίοισι μαχεσσαμένα ἐπέεσσιν

Ἀνστήτην· λῦσαν δ' ἀγορῆν παραὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν· 305

Πηλείδης μὲν ἐπὶ κλισίας καὶ νῆας εἴσας

“ An propterea ipsi permittunt contumelias loqui ?

Huic autem interpellato-sermone respondit nobilis Achilles :

“ Certè timidusque et nullius pretii vocari debeam,

“ Si utique tibi in omni re cessero, quamcumque dixeris,

“ Aliis sanè hæc impera; nec enim mihi

295

“ Præcipias; non enim ego amplius me tibi obtemperatum puto.

“ Aliud autem tibi dicam, tu verò in præcordiis tuis conde :

“ Manibus quidem non ego pugnabo, causâ puellæ,

“ Neque tecum, neque cum alio quovis, quum à me auferis quod dedistis :

“ Aliarum autem rerum, quæ mihi sunt velocem apud navem nigram,

300

“ Harum utique nihil auferes abripiens, invito me.

“ Quin age, fac periculum; ut cognoscant et isti :

“ Statim tibi sanguis niger fluet circa lanceam.

Sic hi contrariis contententes verbis

Surrexerunt; solveruntque concionem apud naves Achivorum.

305

Pelides quidem ad tentoria et naves æquales

Ver. 291. Τοὔνεκά οἱ προθέουσιν ὀνειδέα μυθήσασθαι.] Eustathius interpretatur: “ Ideòne sermone[m] ejus etiam prævertunt contumelias?” Alii, προθέουσιν, activè accipiunt: ut sit “ Ideòne ei [προτρέπουσιν] permittunt, [vel, “ ideòne eum impellunt,] ut contumelias effundat?” Reddì tamen potest, etiam simplicissime: “ Ideòne ei [æquum est ut] effundantur contumelias inter loquendum?”

Ver. 296. Σήμαιν' οὐ γάρ.] Fuerunt olim, qui (post vocem, ἔμοιγε, distinguentes) totum hunc versum expungerent. Quod etsi ferri potest, nihil tamen opus videtur.

Ver. 297.—σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῆσι.]

Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.

Virg. Ecl. III, 54.

Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta.

Æn. III, 250.

— Tu condita mente teneto. Ibid. 388.

— Simul hæc animo hauri.

Æn. XII, 26.

Ver. 298.—οὔτι ἔγωγε μαχήσομαι, εἴνεκα κούρης.] Perstringere hîc Achillem Græcos, existimat Poppius, Helenæ causâ bellum gerentes. At verò aliud est, bellum gerere uxoris raptæ gratiâ; aliud, captivâ causâ, vel sorte vel consensu datæ. Οὔτι ἔγωγε μαχήσομαι εἴνεκα κούρης, — ἐπεὶ μ' ἀφέλεσθέ γε δόντες.

Ver. 302. Εἰ δ' ἄγε μὲν.] “ Sin autem—; “ age” &c.

Ver. 304. Ὡς τῷ γ' ἀντιβίοισι.]

Illi hæc inter se dubiis de rebus agebant, Certantes—

Æn. XI, 445.

Ver. 306.—νῆας εἴσας.] Ἰσοτάχους. Schol. ἢ, πορευτικὰς καὶ ταχυαίας, παραὶ τὸ ἵνα. Eustath.

Ἥϊε, σύν τε Μενοιτιάδῃ καὶ οἷς ἐτάροισιν  
 Ἀτρείδης δ' ἄρα νῆα θοὴν ἄλαδὲ πρόεϋρυσεν,  
 Ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν εἰίκουσιν, ἐς δ' ἑκατόμβην  
 Βῆσε Θεῶν· ἀνὰ δὲ Χρυσυγῆδα καλλιπάρῃον  
 310  
 Εἶσεν ἄγαν· ἐν δ' ἀρχὸς ἔβη πολύμητις Ὀδυσσεύς.  
 Οἱ μὲν ἔπειτ' ἀναβάντες ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα.  
 Λαοὺς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν.  
 Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἄλλα λύματ' ἔβαλλον·  
 Ἔρδον δ' Ἀπόλλωνι τελέεσσας ἑκατόμβας  
 315  
 Ταύρων ἠδ' αἰγῶν, παρὰ θῖν' ἀλὸς ἀτρυγέτιοι·  
 Κνίσση δ' οὐρανὸν ἴκινε ἐλισσομένη περὶ καπνῶ.  
 Ὡς οἱ μὲν τὰ πίνοντο κατὰ στρατόν· οὐδ' Ἀγαμέμνων  
 Λῆγ' ἔριδος, τὴν πρῶτον ἐπηπέιλησ' Ἀχιλλῆϊ.

Abiit, cumque Menoetiade et suis sociis:

Atrides autem navem velocem in mare deduxit,

Et in eam remiges elegit viginti, inque eam hecatomben

Imposuit Deo: insuper verò Chryseidem pulchras-genas-habentem

310

Collocavit ducens: dux autem inscendit sapiens Ulysses.

Hi quidem deinde, cum conscendissent, innavigabant humidas vias.

Exercitum autem Atrides lustrari iussit.

Illi igitur lustrabantur, et in mare sordes projiciebant:

Sacrificabantque Apollini perfectas hecatombas

315

Taurorum et caprarum, juxta litus maris infructuosi:

Nidor autem ad coelum ibat circumfusus fumo.

Sic hi quidem haec operabantur per exercitum: neque Agamemnon

Cessabat à contentione, quam primum minatus fuerat Achilli.

Ver. 508. Ἀτρείδης δ' ἄρα νῆα.] Vocula ista, ἄρα, nequaquam supervacanea est; sed vim habet in connectendâ sententiâ cum eo quod præcessit, ver. 141. Νῦν δ' ἄγος, νῆα μίλαιαν, &c.

Ver. 509. Ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν εἰίκουσιν.] Κρίνω non habet priorem ancipitem: sed quam habet analogiam, φαίνω, ἔφαινον, ἔφηναι, φάνῶ, φάσις; eandem sequitur et κρίνω, ἔκρινον, ἐκρίνα, κρίνῶ, κρίσις. Aliaque similiter verba innumera. Vide infra ad ver. 314 et 338.

Ver. 311.—ἐν δ' ἀρχὸς ἔβη.] *Al.* ἐν δ' ἀρχὸς ἔβη.

Ver. 312.—ἐπίπλεον ὑγρὰ κέλευθα.]

—qui per maria humida—

*Æn.* V, 594.

Ver. 313.—ἄνωγεν.] Non ex ἄνωγα, sed ex aoristo ἄνωγον. Vide supra ad ver. 37. et infra ad 3, 322.

Ver. 314.—λύματ' ἔβαλλον.] “Quid cau-  
 “sæ afferri potest, cur?—? immodò (quod mirum  
 “magis) cur λυτὸς, λύσις,—brevientur; pro-  
 “ducantur verò λύτωρ, λυτήρ, λύμα—; cum  
 “tamen ab eisdem origine dimanent omnia?  
 “Fateor me in his Labyrinthis filium Ariadnes

“aliquid sæpè desiderâsse.” Phil. Labbe  
*Prosođ.* p. 65.

Nullus tamen reverà hîc Labyrinthus. Utique Verba innumera, non ἀλόγως, sed certâ quâdam ac constanti ratione, in quibusdam Temporibus vocalem penultimæ semper corripunt, in aliis Temporibus semper producunt. Indeque Derivata, pro eo, à quâ parte fluant, penultimam similiter vel perpetuò corripunt, vel perpetuò producunt. Latini habent, λέγο, λέγι, quasi contractum ex λέλλεγι. Similiter sêdeo sêdi; indeque sêdes, sêdile. Item, πῶνεο, πῶνι; indeque πῶντος, πῶnementum, πῶbilis. Consimili quâdam ratione, apud Græcos fit; φαίνω, φάνῶ, ἔφάνων, et inde φάσις, φάνερός. Κρίνωμαι, κρίνοῦμαι, κέκριμαι, κίκρισαι, κρίσις, κρίτης, κρίτος. Κλίνωμαι, κλινόῦμαι, κίκλιμαι, κλίσις. Δίδωμαι, δάσω, indeque δωτήρ. Δίδωμαι, δίδοσαι, et inde δόσις. Λῶω, λῶσω, indeque λῶτωρ, λῶτήρ, λῶμα. Λίλυμαι, λίλυσαι, et inde λῦσις, λῦτὸς, &c. Vide supra ad ver. 265. 309. et infra ad ver. 338. et ad 3, ver. 454.

Ver. 316.—ἀτρυγέτιοι.] Ἀκαταπονήτου, πολλῆς, ἢ, ὡς ἔνιοι φασι, τῆς ἀκάστου. Schol.

Ἄλλ' ὄγε Ταλθύβιον τε καὶ Εὐρυβάτην προσείπε, 320  
 Τῷ οἱ ἔσαν κήρυκε καὶ ὄτρηνά Δεράποντε·  
 Ἔρχεσθον κλισίην Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,  
 Χεῖροσ ἐλόντ' ἀγέμεν Βρισηΐδα καλλιπάρηον·  
 Εἰ δέ κε μὴ δώῃσιν, ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἔλωμαι,  
 Ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι· τό οἱ καὶ ῥίγιον ἔσται. 325  
 Ὡς εἰπὼν, προΐει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.  
 Τῷ δ' ἀέκοντε βάτην παρὰ Δῖν' ἀλόσ ἀτρυγέτοιο·  
 Μυρμιδόνων δ' ἐπὶ τε κλισίας καὶ νῆας ἰκέσθην.  
 Τὸν δ' εὔρον παρὰ τε κλισίῃ καὶ νηϊ μελαίνῃ  
 Ἥμενον· οὐδ' ἄρα τῷγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς· 330  
 Τὰ μὲν ταρβήσαντε, καὶ αἰδομένω βασιλῆα,  
 Στήτην, οὐδέ τι μῖν προσεφάνεον, οὐδ' ἐρέοντο.  
 Αὐτὰρ ὁ ἔγνω ἦσιν ἐνὶ φρεσὶ, φωνησέν τε·  
 Χαίρετε, κήρυκες, Δίος ἄγγελοι, ἦδ' ἐ καὶ ἀνδρῶν·  
 Ἄσσον ἴτ' οὔτι μοι ὕμμες ἐπαίτιοι, ἀλλ' Ἀγαμέμνων, 335

Sed is Talthybiumque et Eurybatem affatus est, 320  
 Qui ipsi erant praecones et seduli ministri:  
 " Abite ad tentorium Pelidae Achilles,  
 " Manu prehensam adducite Briseida pulchris-genis;  
 " Quòd si non dederit, ego ipse auferam,  
 " Veniens cum pluribus: quod illi et acerbius erit. 325  
 Sic dicens, praemisit; asperum autem sermonem addidit in mandatis.  
 Hi itaque invitaverunt juxta litus maris infructuosi:  
 Myrmidonum verò ad tentoriaque et naves pervenerunt.  
 Illum autem invenerunt apudque tentorium et navem nigram  
 Sedentem: neque sanè hos intuitus laetatus est Achilles. 330  
 Hi quidem perterriti, et reverentes regem,  
 Stabant, neque ipsum alloquebantur, nec interrogabant.  
 Sed is cognovit suis in mentibus, dixitque:  
 " Salvete, praecones, Jovis nuncii, atque etiam hominum:  
 " Propius accedite: nihil mihi vos culpandi, sed Agamemnon, 335

Ver. 322.—Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.] Vide supra ad ver. 1.

Ver. 324.—ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἔλωμαι, Ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι.] Ipse illam, cum exercitu veniens, auferam. Scholiastes legit: ἐγὼ δέ κεν αὐτὸς ἔλωμαι, Ἐλθὼν, σὺν πλεόνεσσι Ipse veniens, et illam auferam, et alia plura. Prior lectio et simplicior multò est, et *Iniqui* minorem habet speciem.

Ver. 330.—οὐδ' ἄρα τῷγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.]

Nec verò Alciden me sum laetatus euntem Accepisse.

En. VI, 592.

Ἡ ἀπόφασις τῇ καταφάσει ποτὲ μὲν τὸ ἴσον δύνανται, ποτὲ δὲ τὸ πλῖον.—Ὅταν λίγη,

[“ ἐπεὶ οὐ μιν ἀφανρότατος βάλ' Ἀχαιῶν,”] μείζον ἢ ἀπόφασις δηλοῖ τῆς καταφάσεως· τὸν γὰρ πᾶν ἰσχυρὸν δεῖξαι δεῖται. Ὁμοίως δὲ ἔχει καὶ τὸ, [“ οὐδ' ἄρα τῷγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς.”] Τὸ γὰρ λίαν λυπεῖσθαι, τῇ ἀποφάσει δεδήλωκεν. Hermogenes περὶ μῆθδου δεινότητος, c. 57.

Ver. 332.—οὐδέ τι μῖν προσεφάνεον.] Silentio isto significantiùs, quàm ullo sermone potuissent, et Agamemnonis honori, et Achilles; et sua etiam ipsorum saluti, consulunt. Ut rectè hic annotavit Poppius; et Domina Dacier.

Ver. 334.—Δίος ἄγγελοι.] Jure gentium Sacrosancti et inviolati.

Ὅς σφῶϊ προΐει Βρισηΐδος εἴνεκα κούρης.  
 Ἄλλ' ἄγε, διογενὲς Πατρόκλεις, ἔξαγε κούρην,  
 Καὶ σφῶϊν δὸς ἄγειν· τὰ δ' αὐτὰ μάρτυροι ἔσταν  
 Πρὸς τε Θεῶν μακάρων, πρὸς τε Διτητῶν ἀνθρώπων,  
 Καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος. Ἔιποτε δ' αὐτε  
 Χρεῖῶ ἐμεῖο γένηται ἀεικέα λοίγον ἀμύνα

340

- “ Qui vos misit Briseidis causâ puellae.  
 “ Verùm age, generose Patrocle, educ puellam,  
 “ Et ipsi trade, ut abducant: ipsi autem testes sint  
 “ Coram Diis beatis, coramque mortalibus hominibus,  
 “ Et coram rege immiti. Sin verò unquam posthac  
 “ Opus me fuerit ad indignam pestem arcendam

540

Ver. 538.—τὰ δ' αὐτὰ μάρτυροι ἔσταν.] *Ipsi autem testes sint.* Plerique vertunt: *Vos autem ipsi testes estote*; nec tamen agnoscunt, quod in uno MS. reperit *Barnesius*, ἔσταν.

Ceterùm, cùm μάρτυροι et μάρτυρες semper corripiantur; mirati sunt *Prosodia* Scriptores, qui factum sit ut μαρτύρομαι secundum producat. “ *Ipsum quoque ἰμαρτύρομαι, quod fortè mirum videbitur, producit v.*” *Phil. Labbe Prosod. p. 45.* Nec tamen hâc in re quidquam miri, cùm sit ex analogiâ generali. Verba nimirum innumera sunt, quæ in præsentibus et imperfectis omnibus, et in aoristis primis activis et mediis, semper producuntur; in futuris autem et aoristis secundis omnibus, semper corripiantur. Φάινω, ἔφαινον, ἔφθια; φᾶνῶ, ἔφᾶνον, ἔφᾶνόμην, indeque φᾶσις, φᾶνερός, &c. Κρίνω, ἐκρίνω, ἐκρίνα; κρίνῶ, indeque κρίσις, κρίτος, κρίτης, &c. Πιραίνω, ἰπείρανον, ἰπείρανα, πειράνῶ, ἰπείρανον.

Ἔχει πειράνας, ἰπείραστασι τάδε.

*Sophocl. Aj. 22.*

Καὶ ξυμπιραῖνα φροντίδ' ἧ φειζούμινθα.

*Eurip. Med. 541.*

Secundum eandem igitur analogiam, μαρτύρομαι, ἰμαρτύρομην, ἰμαρτύράμην, necessario semper producuntur.

Πίστιν μεγίστην καὶ Θεοὺς μαρτύρεται.

*Eurip. Med. 22.*

Ἄλλ' οὖν ἰγὰ μὲν δαίμονας μαρτύρομαι.

*Ibid. 619.*

Μαρτύρομένος δαίμονας ὡς μοι.

*Ibid. 1410.*

Μαρτύρομαι, ξυλλάμβαν' αὐτοῦ τὸ στόμα.

*Aristoph. Acharn. 926.*

Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἰεκίου χύτρας.

*Id. Danaid.*

Κᾶπιτ' ἰπισχῶν ὀλίγον, ἰμαρτύρομαι.

*Id. Nub. 495.*

Μαρτύρομαι τυπτόμενος, ὦν ἰπίκωπος.

*Id. Avib. 1032.*

Futurum autem, μαρτυροῦμαι, semper corripitur; indeque deductum Verbum μαρτύρω, in omnibus ubique temporibus semper corripitur: “ *Ἔσται τὸ λοιπὸν οὐδαμῶ δὲ μαρτύρεῖν.*”

*Aristoph. Eccles. 557.*

Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ καρθευῶν νέκος.

*Sophocl. Antigon. 525.*

Legentibus, perpetuò occurrent exempla. Atque hinc μάρτυρες, μάρτυροι, et similia. In quibus universis, istud *v* nusquam reperitur commune.

Simili analogiâ, κύρω, primam producit; et inde, κύριος. Futurum autem κύρω, corripitur; et inde Verbum κύριω, per omnia omninò tempora semper corripitur. Similiter φιλομαι, φιλάσθαι, primâ productâ; [ἰ, 61 et 117. et κ', 280. et υ', 504.] indeque φιλέμαι, quod primam per omnia tempora necessario corripit. Item πορφύρω, πορφύρω; et inde πορφύρεος. Vide suprâ ad ver. 265. 509. 514. et infrâ, ad ζ', 434.

Ver. 340.—Ἔιποτε δ' αὐτε

Χρεῖῶ ἐμεῖο γίνηται.] *Editi, et quas viderim Versiones, hæc cum superioribus ita connectunt, ut istud (δὲ) prorsus supervacaneum sit. Μάρτυροι ἔσταν πρὸς τοῦ βασιλῆος ἀπηνέος, εἶποτε δ' αὐτε, &c. quod valde durum est. Distingue post vocem ἀπηνέος, eritque illud, Ἔιποτε δ' αὐτε Χρεῖῶ ἐμεῖο γίνηται ἀεικέα λοίγον ἀμύνα τοῖς ἄλλοις—, minatio acerba cum elegantissimâ ἀποσιωπήσει. Vide suprâ ad ver. 155. In aliis itidem Scriptoribus, istiusmodi Aposiopesis non observata, viros etiam doctissimos nonnunquam in fraudem induxit. In indicibus ad optimas Terentii editiones, vox “ *Nisi*” posita dicitur pro “ *Sed*.” *Eunuch. Act. 5. Sc. 4. lin. ult. “ Nisi quicquid est,*” &c. Equidem non crediderim. Neque ululus dubito, quin legendum sit cum Aposiopesi: “ *Nisi—, Quicquid est,*” &c. Similiter, *Adelph. Act. 1. Sc. 2. lin. penult.**

Τοῖς ἄλλοις.—ἧ γὰρ ὄγ' ὀλοῆσι φρεσὶ θυεῖ,  
 Οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω,  
 "Οππας οἱ παρὰ νηυσὶ σοοὶ μαχέοντο Ἀχαιοί.

"Ὡς φάτο· Πάτροκλος δὲ φίλῳ ἐπεπειθεῖθ' ἑταίρῳ, 345

Ἐκ δ' ἀγαγε κλισίης Βρισηΐδα καλλιπάρηον,  
 Δῶκε δ' ἄγειν τὰ δ' αὖτις ἴτην παρὰ νῆας Ἀχαιῶν.

Ἡ δ' ἀέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς  
 Δακρύσας, ἐτάρων ἄφαρ ἔζητο νόσφι λιασθεῖς,  
 Θῖν' ἐφ' ἄλός πολιῆς, ὄρώων ἐπὶ οἴνοπα πόντον. 350

Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ ἠρήσατο, χεῖρας ὀρεγνύς·

Μῆτερ, ἐπεὶ μ' ἔτεκές γε μινυνθαδίον περ ἑόντα,

" Ab aliis:—Certè enim ille perniciosi consiliis furit,

" Neque omnino potest circumspicere simul praesentia et futura,

" Ut sibi apud naves salvi pugnent Achivi.

Sic dixit: Patroclus autem caro paruit sodali,

Eduxitque tentorio Briseida pulchris-genis,

Et tradidit abducendam: illi autem redibant ad naves Achivorum;

Atque invita unà cum his mulier ibat. Sed Achilles

Lachrymans, à sociis statim sedit seorsum separatus,

Littus ad maris cani, inspicens nigrum pontum.

Multa autem matri dilectae supplicavit, manus porrigens:

" Mater, quandoquidem me peperisti brevis aevi existentem,

345

350

Ver. 342.—ἧ γὰρ ὄγ' ] Quà ratione, γὰρ, hic producat, vide suprâ ad ver. 51.

Ibid.—ὄγ' ὀλοῆσι φρεσὶ θυεῖ. ] Cùm versus hic λαγαρός sit, τινὲς (inquit Eustathius) ἐτόλμησαν γράψαι, Ὀλοῆσι. Atque ita editi Barnesius. Quod tamen non factum oportuit, ex merâ conjecturâ. Alii scripserunt, ὀλοῆσι. Sed neque hoc satis firmo nititur fundamento. Orthographiâ non mutatâ, pronuntiabatur fortasse ὀλουῆσι, vel ολουέσι; quo ferè modo οἶνος pronuntiabatur *Winos*. Notatu dignum quod scribit *Athenæus*, lib. 11. c. 5. Οἱ Ἀχαιοὶ [fortè Ἀεχαιοὶ] τῷ ὄ ἀπεχρῶντο, οὐ μόνον ἐφ' ἧς νῦν τάσσεται δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασημαίνει, διὰ τοῦ ὄ μόνον γράφουσι. Sed et in hoc eodem vocabulo versus λαγαρὸν alibi effecit Poeta: χ', 5. Ἐκτορα δ' αὐτοῦ μίνας ὀλοῆ μοῖρ' ἐπίδησεν. Ut fortè consultò factum sit, ad vehementissimum affectum exprimentum. Simili ferè ratione, ac λ', 36. Τῆ δ' ἐπι μὲν Γοργῶ βλοσυρῶπις ἰσοπέφαντο: et, μ', 208. Τρῶες δ' ἠρήγησαν, ὅπως ἴδον αἴλον ὄφιν. Quo utroque in loco versus ipse videtur quasi diriguisse: non sine magno artificio; cùm utique facillimè dicere potuisset, ὅπως ὄφιν αἴλον εἶδον. Vide infrâ ad λ', 36. et ad μ', 208.

Tom. I.

Ver. 344. "Οππας οἱ παρὰ νηυσὶ σοοὶ μαχέοντο Ἀχαιοί. ] *Al. μαχιοίαιτ' Ἀχαιοί.* Caeterum magno hoc cum affectu dictum: *Haud secum animo præcepit Agamemnon, quâ ratione Trojanos classem ipsam Achivorum, simul atque Ego abiero, oppugnaturus repellat.*

Ver. 348.—γυνὴ κίεν. ] "Ὁρα τὸ, " γυνή," ἔμφασιν ἔχον διαθέσεως, ἣν πάσχει ἂν ἄλοχος ἀποσπασμένη φίλου ἀνδρός. *Eustathius.*

Ver. 349.—ἔζητο νόσφι λιασθεῖς. ] *Sedit seorsum.* Editiones pleræque Versionum, et hoc in loco et passim, scribunt ineptè admodum, *seorsim.* *Seorsum*, est *se versus*; eadem analogiâ, ac *sursum*, *deorsum*, *dextrorsum*, *sinistrorsum*, *prorsum*, *retrorsum*, *quorsum*, *eò versus*, *quoquoversum*, et similia.

Ver. 350. Θῖν' ἐφ' ἄλός πολιῆς.—Πολλὰ δὲ μητρὶ φίλῃ.—Μῆτερ, ἐπί μ' ἔτεκές γε. ]

Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis,

Multa querens, atque hâc affatus voce parentem:

Mater, Cyrene, mater, quæ gurgitis hujus Ima tenes; quid me præclarâ stirpe Deorum? &c. *Georg. IV, 319.*

Ver. 352.—μινυνθαδίον περ ἑόντα, *Τιμὴν πτέρ μοι ὄφελεν Ὀλύμπιος.* ]

Vide infrâ, λ', 412. Εἰ μὲν κ' αὖθι μίναν, &c.

C

Τιμὴν πέρ μοι ὄφελλεν Ὀλύμπιος ἔγνωαλίξαι,  
Ζεὺς ὑψιβερέμεττης· νῦν δ' οὐδέ με τυτθὸν ἔτισεν.

Ἦ γάρ μ' Ἀτρείδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων  
Ἦτίμησεν· ἔλων γὰρ ἔχει γέρας, αὐτὸς ἀπούρας. 355

Ὡς φάτο δακρυχέων· Τοῦ δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ,  
Ἥμενη ἐν βένθεσσιν ἀλὸς παρὰ πατρὶ γέροντι·  
Καρπαλίμως δ' ἀνέδυ πολιῆς ἀλὸς, ἧτ' ὀμίχλη·  
Καί ῥα πάροισ' αὐτοῖο καβέζετο δακρυχέοντος, 360  
Χεῖρὶ τέ μιν κατέρεξεν, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζε·

Τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἴκετο πένθος;  
Ἐξαῦδα, μὴ κεῖθε νόω, ἵνα εἶδομεν ἄμφω.

Τὴν δὲ βαρυστενάχων προσέφη πόδας ἄκυσ Ἀχιλλεύς·  
Οἴσθα· τίη τοι ταῦτ' εἰδυίη πάντ' ἀγορεύω; 365

Ὡιχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἥετίωνος,  
Τὴν δὲ διεπράθομέν τε, καὶ ἤγομεν ἐνθάδε πάντα·  
Καὶ τὰ μὲν εὔ δάσσαντο μετὰ σφίσιν υἴες Ἀχαιῶν,  
Ἐκ δ' ἔλον Ἀτρείδῃ Χρῦσηΐδα καλλιπάρηρον·

“ Honorem saltem mihi debebat Olympius tribuere,

“ Jupiter altitonans; nunc autem neque me tantillum quidem honoravit:

“ Certè enim me Atrides latè-dominans Agamemnon 355

“ Contumelià affecit:prehendens enim habet præmium, ipse cùm abstulerit.

Sic dixit lachrymas-fundens. Hunc autem audivit veneranda mater,

Sedens in profunditatibus maris apud patrem senem:

Raptimque emersit è cano mari, velut nebula;

Et ante ipsum sedit lachrymas-fundentem, 360

Manuque ipsum demulsit, et verba fecit, et compellavit:

“ Fili, quid fles? Quis verò tibi mentem invasit moeror?

“ Dic; ne celes animo; ut sciamus ambo.

Hanc autem graviter suspirans allocutus est pedibus velox Achilles:

“ Nòsti: cur tibi hæc scienti omnia dicam? 365

“ Ivimus in Theben sacram urbem Eetionis,

“ Hancque diripuimus, et adduximus huc omnia:

“ Et hæc quidem benè diviserunt inter se filii Achivorum,

“ Elegerunt autem Atridae Chryseida pulchris-genis:

Ver. 356. Ἦτίμησεν] Οἱ νόιοι καὶ οἱ πλοῦσιοι, ἰβρισταί· ὑπερέχουσιν γὰρ ὄντων, ἰβρίζοντες. “Γεραιῶς δὲ, ἀτιμία· Ὁ δὲ ἀτιμάζων, ὀλιγωρεῖ.— Διὸ λέγει ὀλιγίζομενος ὁ Ἀχιλλεύς, “Ἦτίμησεν” &c. *Aristot. Rhetoric. lib. 2. c. 2.*

Ver. 357. Ὡς φάτο δακρυχέων.]

Constitit; et lachrymans,—inquit.

*Æn. I. 463.*

Multa gemens, largoque humectat flumine vultum. *Ibid. 469.*

Sic fatur lachrymans.— *Æn. VI. 1.*

Ver. 361. Χεῖρὶ τέ μιν κατέρεξεν, —

Τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἴκετο πένθος.

—dextrâque prehensum [ore:

Continuit, roseoque hæc insuper addidit

Nate, quis indomitas tantus dolor excitat

iras? *Æn. II, 592.*

Ver. 364. Τὴν δὲ βαρυστενάχων προσέφη.]

—Quærenti, talibus ille

Suspirans imoque trahens à pectore vocem.

*Æn. I, 574.*

Ver. 365. Οἴσθα· τίη τοι ταῦτ'—;]

Scis, Proteu, scis ipse.—*Georg. IV, 447.*

Χρύσης δ' αὖθ' ἱερεὺς ἐκατηβόλου Ἀπόλλωνος 370  
 ἦλθε θεὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν χαλκοχιτάνων,  
 Λυσόμενός τε θυγάτρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,  
 Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἐκηβόλου Ἀπόλλωνος,  
 Χρυσέω ἀνὰ σκήπτρῳ· καὶ ἐλίσσεται πάντας Ἀχαιοὺς,  
 Ἀτρεΐδα δὲ μάλιστα, δῶα κοσμήτορε λαῶν. 375  
 Ἐνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ,  
 Αἰδεῖσθαι δ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα·  
 Ἄλλ' οὐκ Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι ἦνδανε θυμῷ·  
 Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερόν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.  
 Χωόμενος δ' ὁ γέραν πάλιν ἄρχετο· τοιοῦ δ' Ἀπόλλων 380  
 Εὐξάμενου ἤκουσεν, ἐπεὶ μάλα οἱ φίλος ἦεν.  
 Ἦκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος· οἱ δὲ νυ λαοὶ  
 Θῆσκον ἐπασσύτεροι· τὰ δ' ἐπῄχετο κῆλα θεοῖο  
 Πάντη ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν· ἄμμι δὲ μάντις  
 Εὐ εἰδὰς ἀγόρευε θεοπροπίας Ἐκάτοιο. 385  
 Αὐτίκ' ἐγὼ πρῶτος κελόμην Θεὸν ἰλάσκεσθαι·  
 Ἀτρεΐωνα δ' ἔπειτα χόλος λάβεν· αἴψα δ' ἀναστὰς  
 Ἠπεΐλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένον ἐστί.

“ Chryses verò postea sacerdos longè-jaculantis Apollinis 370  
 “ Venit ad veloces naves Achivorum aere-loricatorum,  
 “ Redempturusque filiam, ferensque infinitum pretium-liberationis,  
 “ Infulam habens in manibus longè-jaculantis Apollinis,  
 “ Aureo cum sceptro; et supplex oravit omnes Achivos,  
 “ Atridas verò imprimis, duos duces populorum. 375  
 “ Tunc alii quidem omnes comprobârunt Achivi,  
 “ Reverendumque esse sacerdotem, et splendidum accipiendum pretium :  
 “ At non Atridae Agamemnoni placuit animo ;  
 “ Sed contumeliosè dimisit, et minacem sermonem addebat. 380  
 “ Iratus itaque senex retro abivit : hunc autem Apollo  
 “ Precantem exaudivit, quoniam valdè illi carus erat :  
 “ Misit itaque in Argivos malam sagittam ; populi verò  
 “ Moriebantur alii super alios : ibantque spicula Dei  
 “ Quoquo versus per exercitum latum Achivorum : nobis autem vates 385  
 “ Peritus in concione narrabat vaticinia Apollinis.  
 “ Tum statim ego primus hortabar Deum placare :  
 “ Atridem verò deinde ira cepit ; statimque exurgens  
 “ Minatus est verbum, quod utique et perfectum est.

Ver. 372. Λυσόμενός τε θυγάτρα.] Vide  
 supra, ver. 13. &c.

Ver. 380.—τοιοῦ δ' Ἀπόλλων Εὐξάμενου  
 ἤκουσεν.]

Auditi illa Deus. ————— Æn. X, 424.

Ver. 382.—οἱ δὴ νυ λαοί.] Non supervaca-  
 neum est istud, vñ. Eam enim ferè vim ha-

bet, ac si Latinè dicas, “ Milites verò sta-  
 “ tim,” &c. Ortum habet scilicet, ex vo-  
 cabulo νῦν.

Ver. 386.—κελόμην Θεὸν ἰλάσκεσθαι.]  
 —————orandaque Divæ

Numina conclamant. —————

Æn. II, 252.

Τὴν μὲν γὰρ σὺν νηϊ̄ Δοῦ ἑλίκαπες Ἀχαιοὶ  
 Ἐς Χρύσην πέμπουσιν, ἄγουσι δὲ δῶρα ἄνακτι  
 390  
 Τὴν δὲ νέον κλισίηθεν ἔβαν κήρυκες ἄγοντες  
 Κούρην Βρισηῶς, τὴν μοι δόσαν υἴες Ἀχαιῶν.  
 Ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαι γε, περίσχεο παιδὸς ἔης.  
 Ἐλθοῦσ' οὐλύμπόνδε Δία λίσαι, εἴ ποτε δή τι  
 Ἦ ἔπει ἄνησας κραδίην Διὸς, ἧε καὶ ἔργω.  
 395  
 Πολλάκι γὰρ σέο, πατρός ἐνὶ μεγάροισιν, ἄκουσα  
 Εὐχομένης, ὅτ' ἔφησθα κελαινεφέϊ Κρονίῳ  
 Οἷη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμύαι,  
 Ὅππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤβελον ἄλλοι,

“ Illam quidem enim cum navi veloci nigris-oculis Achivi  
 “ Ad Chrysen deducunt, feruntque donaria Deo :  
 “ At mihi jam nuper è tentorio ìverunt praecones abducentes  
 “ Puellam Brisei, quam mihi dederant filii Achivorum.  
 “ Sed tu, siquidem potes, auxiliare filio tuo.  
 “ Profecta ad coelum Jovem precare, si unquam utique aliquid  
 “ Vel verbo juvisti cor Jovis, vel etiam facto.  
 “ Saepè enim te patris in aedibus audivi  
 “ Gloriantem, quum dicebas, ab atras-nubes cogente Saturnio  
 “ Solam te inter immortales indignam perniciem avertisse,  
 “ Quando ipsum colligare coelestes voluerunt alii,

Ver. 395.—παιδὸς ἔης] Τοῦ σοῦ· οἱ δὲ, ἀγαθῶ. Schol.

Ver. 394.—Δία λίσαι.] Quà ratione vox, Δία, hic ultimam producat, vide suprâ ad ver. 51.

Ver. 395. Ἦ ἔπει—ἧε καὶ ἔργω.] Suggestere mihi videntur hæc verba, versum illum Sophoclis in Trachiniis, 1066.

Ἦ πολλά δὴ καὶ θεῶν καὶ λόγων κακὰ, hoc modo emendari posse,

Ἦ πολλά δὴτ' ἔργω τε καὶ λόγῳ κακὰ, quem et Cicero hoc modo vertit,

O multa dictu gravia, perpessu aspera !

Ver. 396. Πολλάκι γὰρ σέο.] Καὶ δέικνυσιν ἡμῖν ὁ Ποιητὴς, τίς μιν ἂν ἦ ἀπέχου ἀπαιτήσιως τρόπος, τίς δὲ ἐντέχνου. Ὁ Ἀχιλλεύς τῇ μητρὶ λίγει, “ Πολλάκι γὰρ σέο, &c.” Dion. Halicarn. libr. qui inscribitur Τέχνη, cap. 9. quem vide.

Ibid.—πατρός ἐνὶ μεγάροισιν.] In aedibus Patris mei. “ Hoc enim ita solet ferè intelligi—“ gi, cum Pater, aut Mater tantum dicitur :” ut rectè Camerarius. Ἐν τοῖς σοῦ πατρός ΜΟΥ Πηλείως οἴκοις· ἐν Θαλάσση γὰρ Πηλεὺς κατοικεῖν οὐκ ἠδύνατο. Schol.

Ver. 397.—κελαινεφέϊ Κρονίῳ.] Κρονίῳ, ὅτι μιν μακρὸν ἔχει τὸ ἰ, διὰ τοῦ ο μικροῦ κλινεταί ὡς Μαχῆονος, Ἐπειρίονος ὅτε δὲ βραχῦ, διὰ τοῦ ω μεγάλου, ὡς Εὐρυτίωνος. Moscho-

puli Schol. ad hujus libri, ver. 502. Quod quidem quâ analogiâ fiat, vide suprâ ad ver. 265.

Ver. 398. Οἷη ἐν ἀθανάτοισιν.] In vocum quarundam plusquam trisyllabarum pede priori apud Græcos, præsertim cum syllabæ primæ Vocalis sit a vel i, adeo parum in pronuntiando tribrachyn inter dactylumque interest, ut uterque potuerit legitime usurpari. Scilicet in voce, ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀπονεύσθαι, ἀγοράσσει, ἀποδίδωμαι, Πριαιμίδης, et similibus.

Ver. 399. Ὅππότε μιν ξυνδῆσαι.] Verisimillimum est hæc non ab Homero conficta, sed ab antiquis fuisse desumpta Philosophis, qui elementorum mutationes, rerumque naturalium formandarum rationem, sub hujusmodi fabulis soliti sunt docere. Quorum tamen fabularum subtilior et enucleatior explicatio, ad Poetici Ornatûs intelligentiam parum facit. Ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάσσειν καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ὀμηρικόν.—Τὸ δὲ πάντα πλάττειν, οὐδ' Ὀμηρικόν. Strabo, lib. 1. pag. 58 et 45. Al. 20 et 25.

Ibid.—Ὀλύμπιοι ἤβελον ἄλλοι.] Schol. Οἱ Τιτῶνες· καὶ γὰρ ἐν ἄλλοις φησί, —Μάλα γὰρ κε μάχης ἐπέθαντο καὶ ἄλλοι, Οἷπρε νέρτεροὶ εἰσι Θεοὶ, Κρόνον ἀμφὶς ἔοντες. ὁ, 224.



"Ἦρη τ', ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη  
 400  
 Ἀλλὰ σὺ τὸν γ' ἐλθοῦσα, Θεᾶ, ὑπελύσαιο δεσμῶν,  
 "Ὡχ' Ἐκατόγχιρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὀλυμπον,  
 Ὀν Βριάρεον καλέουσι Θεοὶ, ἄνδρες δὲ τε πάντες  
 Αἰγαίων· ὁ γὰρ αὐτε βίη οὗ πατρὸς ἀμείνων.  
 "Ὅς ῥα παρὰ Κρονίῳνι καλέζετο, κύνει γαίῳν  
 405  
 Τὸν καὶ ὑπέδδειςαν μάκαρες Θεοὶ, οὐδέ τ' ἔδησαν.  
 Τῶν νῦν μιν μνήσασα παρέζεο, καὶ λάβε γούνων,  
 Αἰ' κέν πως ἐθέλῃσιν ἐπὶ Τρώεσσιν ἀρῆξαι,  
 Τοὺς δὲ κατὰ πρύμνας τε καὶ ἀμφ' ἄλα ἔλσαι Ἀχαιοὺς  
 410  
 Κτεινομένους, ἵνα πάντες ἐπαύρανται βασιλῆος,  
 Γνῶ δὲ καὶ Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων

" Junoque et Neptunus, et Pallas Minerva : 400  
 " Sed tu eum, quum venisses, Dea, liberasti à vinculis,  
 " Statim Centimanum vocans in excelsum Olympum,  
 " Quem Briareum vocant Dii, homines autem omnes  
 " Aegaeonem : is enim viribus suo patre praestantior.  
 " Qui porro à Saturnium sedebat, gloriâ laetus. 405  
 " Hunc utique exhorruerunt immortales Dii, neque Jovem amplius ligaverunt.  
 " His nunc illi in memoriam revocatis asside, et prehende genua,  
 " Si quo modo velit Trojanis auxiliari,  
 " Ad puppes verò usque et ad mare concludere Achivos  
 " Caesos, ut omnes fruuntur rege ; 410  
 " Sentiat autem et Atrides latè-dominans Agamemnon

Ver. 400. "Ἦρη τ', ἠδὲ Ποσειδάων, καὶ Παλ-  
 λὰς Ἀθήνη.] *Al.* καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων. Cæterum  
 optimo artificio Jovi hic ii memorantur  
 fuisse inimici, qui à partibus jam stabant  
 Achivorum, qui ut plectantur oratum mitti  
 Thetis.

Ver. 402.] "Ὡχ' Ἐκατόγχιρον.]

Et centum-geminus Briareus.—

*Æn.* VI, 287.

*Ægæon* qualis, centum cui brachia dicunt,  
 Centenasque manus.— *Æn.* X, 567.

Ver. 403. Ὀν Βριάρεον.] Similis loquendi ratio,  
*Briæron.* Vide infra ad β', 811.

*Ibid.*—Βριάρεον καλέουσι Θεοὶ, ἄνδρες δὲ τε  
 πάντες Αἰγαίων.] Similis loquendi ratio,  
 β', 813. ὕ, 74. ζ', 291. item *Odys.* κ', 305.  
 Quæ dere, lepidè admodum *Dio Chrysost.* *Orat.*

11. Οὐ μόνον ἕξ ὄνομαζον τὰς ἄλλας γλώτ-  
 τας μιγνύειν τὰς τῶν Ἑλλήνων, καὶ ποτὲ μὲν  
 Διολίζειν, ποτὲ δὲ Δωρίζειν, ποτὲ δὲ Ἰδίζειν,  
 ἀλλὰ καὶ Διαστὶ διαλίγισθαι. Cæterum de hæc  
 loquendi ratione, *Eustathius* sic: Τὸ μὲν ἕλως  
 Κρείττον τῶν ὀνομάτων, Διοῦς δίδωσιν ἢ ποίη-  
 σις, ὡς Δειότερον. *Scholias*tes autem sic: Τῶν  
 διωνύμων, τὸ μὲν προγενέστερον ὄνομα εἰς Διοῦς

ἀναφέρει ὁ Ποιητής, τὸ δὲ μεταγενέστερον εἰς  
 ἀνθρώπους. *Camerarius* similiter: " Quod  
 " ad *Deorum* appellationem nomen refertur,  
 " antiquius putandum; recentius autem, quod  
 " ad *Hominum.*" Mihi sic videtur: quæ  
*Eruditionibus* usitata fuerint nomina, *Diis*  
 tributa; quæ *Vulgo* magis trita, *Homini*bus.  
 Vide infra ad ζ', 402.

Ver. 404.—ὁ γὰρ αὐτε βίη οὗ πατρὸς ἀμεί-  
 νων.] Patre suo *Neptuno* fortior. Cæterum  
 hunc locum olim ita legerunt nonnulli:—ὁ  
 γὰρ αὐτε βίη πολὺ φέριτερος ἢε Πάντων, εἰ ναίουσ'  
 ὑπὸ Τάρταρον εὐρώεντα. Vide *Eustath.* et *Henr.*  
*Stephanum.*

Ver. 405.—παρὰ Κρονίῳνι.] De analogiâ, τοῦ  
*Kronionos* et *Kronionos*, vide supra ad ver. 397.  
 et infra ad β', 818.

Ver. 406.—οὐδέ τ' ἔδησαν.] Neque ad *Jo-*  
*vem* ligandum amplius aggressi sunt. *Al.* οὐδ'  
 ἔτ' ἔδησαν. Quod eodem redit.

Ver. 410.—ἵνα πάντες ἐπαύρανται βασι-  
 λῆος.]

—τῶ κέν μιν ἐπαυρήσθαι ἴω. ζ', 553.

—εἰ αὐτε κακοῖραφίης ἀλιγεινῆς

Πρώτη ἐπαύρηται.—ό, 16.

Ἦν ἄτην, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισε.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα Θέτις, κατὰ δάκρυ χέουσα·

Ἦ μοι, τέκνον ἐμὸν, τί νύ σ' ἔτρεφον αἰνὰ τεκοῦσα;  
 Αἰθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων 415

Ἦσθαι· ἐπεὶ νύ τοι αἴσα μίνυνθά περ, οὔτι μάλα δὴν·

Νῦν δ' ἅμα τ' ἀκύμορος καὶ οἰζυρὸς περὶ πάντων

Ἔπλεο· τῷ σε κακῇ αἴσῃ τέκον ἐν μεγάρουσι·

Τοῦτο δέ τοι ἐρέουσα ἔπος Διὶ τερπικεραύνῃ

Εἴμ' αὐτῇ πρὸς Ὀλυμπον ἀγάννιφον, αἴ κε πίθηται. 420

Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν, νηυσὶ παρήμενος ἀκυπόροισι,

Μῆνι Ἀχαιοῖσιν, πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὀκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας

Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα· Θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἔποντο·

Δωδεκάτῃ δέ τοι αὔθις ἐλεύσεται Οὐλύμπόνδε· 425

“ Suam culpam; quòd fortissimum Achivorum nihil honorârît.

Huic autem respondit deinde Thetis, lachrymas-effundens :

“ Heu! fili mi, cur te enutrivî, quem malo fato peperî?

“ O utinam apud naves sine lachrymis et illaeus 415

“ Sederes; quoniam tibi aevum breve, neque valde diuturnum!

“ Nunc autem simul et citò-moriturus, et aerumnosus supra omnes

“ Es; idcirco te malo fato peperî in aedibus.

“ Hoc tamen dictura verbum Jovi gaudenti-fulmine

“ Vado ipsa in Olympum valde-nivosum, si persuadebitur. 420

“ Sed tu quidem nunc, navibus assidens velocibus

“ Irascere Achivis, bello autem abstine omnino.

“ Jupiter enim in Oceanum ad inculpatos Aethiopus

“ Hesternus abiit ad convivium: Diique simul omnes sequuti sunt;

“ Duodecimâ autem rursus veniet in coelum: 425

Ver. 416.—οὔτι μάλα δὴν.] Quâ ratione  
 μάλα hic ultimam producat; item ἐπι, ver.  
 457. vide suprâ ad ver. 51.

Ver. 422.—πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν.]

Cætera parce, puer, bello.—

Æn. IX, 656.

Ver. 423. Ζεὺς γὰρ ἐπ' Ὀκεανὸν μετ' ἀμύ-  
 μονας Αἰθιοπῆας.]

Ἄλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετικίαιε τηλόθ'  
 ἴόντας,

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ διδάται, ἔσχατοι ἀνδρῶν.

Odyss. α', 22.

Oceani finem juxta, Solemque cadentem,

Ultimus Æthiopum locus est.—

Æn. IV, 480.

Oceanum hic intelligit Strabo, τὸν ὠκεανὸν τὸν  
 καθ' ὄλον τὸ μισμηθερινὸν κλίμα πεσαγμένον  
 lib. 1. Scholasticus autem: ὁ δὲ Ὀκεανὸς, inquit,  
 ποταμός ἐστι, καθ' Ὀμηρον. Item Diodorus  
 Siculus: Τὴν εἰς Αἰθιοπίαν ἐκδημίαν ἐκίθειεν [ἐκ

τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν] αὐτὸν μετεπηκεῖν κατ'  
 ἰνιαυτὸν γὰρ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τὸν νεῖον τοῦ  
 Διὸς περιουῶσθαι τὸν ποταμὸν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ  
 μὴ ἡμέρας τινὰς πάλιν ἐπιστρέφειν, ὡς ἐξ Αἰθιο-  
 πίας τοῦ Θεοῦ παρόντος. Lib. 1. sub finem.

Et paullo superius: Τοὺς Αἰγυπτίους κατὰ τὴν  
 ἰδίαν διάλεκτον Ὀκεανὸν λέγειν τὸν Νεῖλον, p. 86  
 et 88. Cæterum, ἀμύμονας, hic prius signifi-  
 cat, et vivendi ratione simplices. Quanquam  
 alii, ut testatur Eustathius, legunt, κατὰ Μύμ-  
 μονας Αἰθιοπῆας.

Ver. 425. Δωδεκάτῃ δὲ τοι αὔθις.] Macro-  
 bîus, Jovis appellatione Solem intelligens, ad  
 Horarum hoc numerum refert, quæ Hæmi-  
 sphærii superioris exortum metiuntur; vel ad  
 duodecim Signa. Lib. 1. c. 23. Sed multò  
 satius est, Festum hoc aliquod intelligi Æthi-  
 opum, per duodecim dies celebratum. Quod  
 quidem Festum si, quâ parte anni incidere,  
 ex antiquâ aliquâ historiâ colligi posset; ut

Καὶ τότε ἔπειτά τοι εἶμι Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δᾶ,  
Καί μιν γυνάσσομαι, καί μιν πείσεσθαι οἶα.

“Ὡς ἄρα φωνήσασ’ ἀπεβήσατο· τὸν δ’ ἔλιπ’ αὐτοῦ  
Χαόμενον κατὰ θυρὸν, εὐζώνιοιο γυναικὸς,

Τὴν ῥα βίη ἀέκοντος ἀπήρξαν· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς 430

Ἐς Χρυσὴν ἴκανε, ἄγων ἱερὴν ἑκατόμβην.

Οἱ δ’ ὅτε δὴ λιμένος πολυβενθέος ἐντὸς ἴκοντο,

Ἰστία μὲν στείλαντο, Δέσαν δ’ ἐν νηὶ μελαίνῃ·

Ἰστὸν δ’ ἰστοδόκη πέλασαν, προτόνοισι ὑφέντες

Καρπαλίμας· τὴν δ’ εἰς ὄρμον προεβυσσαν ἐρετμοῖς· 435

Ἐκ δ’ εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι’ ἔδησαν·

Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης·

Ἐκ δ’ ἑκατόμβην βῆσαν ἐκὼλόω Ἀπόλλωνι.

Ἐκ δὲ Χρυσηῖς νηὸς βῆ ποντοπόροιο.

“ Et tunc postea vadam Jovis ad aere-fundatam domum,

“ Et ipsius genibus advolvar, et eum persuasum iri puto.

Sic utique locuta abiit: illum autem reliquit ibi

Iratum in animo, propter mulierem eleganter-cinctam,

Quam utique vi ab invito abstulerant. Sed Ulysses

In Chrysen pervenit, ducens sacra hecatomben.

Hi autem quando portum valde-profundum intraverant,

Vela quidem legerunt, posueruntque in navi nigra:

Malum autem receptaculo suo admoverunt rudentibus demissum

Statim: ipsamque in stationem protraxerunt remis,

Anchorasque jecerunt, ac retinacula alligaverunt:

Et ipsi autem exierunt in littus maris:

Et hecatomben exposuerunt longè-jaculanti Apollini.

Dein et Chryseis navi exivit pontigrada.

430

435

adeo quâ parte anni, quæ in Iliade narrantur, contigerint, certò ac præfinitò posset exponi; inde Lucis fortè plurimum, ad hujus Poematis partes quasdam illustrandas, afferri posse arbitratur Poppius. De toto certè liquet, et in universum, tempore verno hæc omnia narrari gesta. Liber enim decimus quartus, ver. 153—348. Veris omninò intelligenda est descriptio.

Ver. 426.—χαλκοβατὲς δᾶ.] Stablem utique, non solidam; ut rectè annotavit Domina Dacier. Quanquam et solidum credebant Veteres cælum.

Ver. 427. Καί μιν γυνάσσομαι.] Vide suprâ ad ver. 140.

Ver. 428, “Ὡς ἄρα φωνήσασ’ ἀπεβήσατο.]

—Sic fatus, nocti se immiscuit atræ.

Æn. IV, 570.

Ver. 434.—πίλασαν] Vide suprâ ad ver. 140.

Ver. 435.—τὸν δ’ εἰς ὄρμον.] Ὀρμος, non rectè vertitur Portus, sed statio in Portu. Nam et jampridem, ver. 432. erat navis in Portu; λιμένος ἐντὸς.

Ver. 436. Ἐκ δ’ εὐνὰς ἔβαλον, κατὰ δὲ πρυμνήσι’ ἔδησαν.]

Anchora de prorâ jacitur, stant Littore puppes

Æn. III, 277.

Ver. 436—439. Ἐκ δ’ εὐνὰς ἔβαλον—.

Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ—.

Ἐκ δ’ ἑκατόμβην—.

Ἐκ δὲ Χρυσηῖς—.]

Mirando admodum artificio Poeta, in rebus minutis narrandis, et hic et aliàs, sententias singulas singulis versibus absolvit. Quod semper in narratione sublimiori longè aliter fit. Vide infrâ ad β’, 102. et ad γ’, 210. 589.

Ver. 439. Ἐκ δὲ Χρυσηῖς νηὸς βῆ ποντοπόροιο.] Et in hoc versu numeri ipsi mulierem tardè cautèque incedentem depingunt.

- Τὴν μὲν ἔπειτ' ἐπὶ βαμὸν ἄγαν πολύμητις Ὀδυσσεύς, 440  
 Πατρὶ φίλῳ ἐν χερσὶ τίθει, καὶ μιν προσέειπεν  
 Ὡ Χρῦση, πρό μ' ἔπεμψεν ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.  
 Παῖδά τε σοὶ ἀγέμεν, Φοίβῳ δ' ἱερὴν ἑκατόμβην  
 ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν, ὅφρ' ἱλασώμεθ' ἀνακτα,  
 Ὅς νῦν Ἀργείοισι πολύστονα κῆδὲ ἐφῆκεν. 445  
 Ὡς εἰπὼν, ἐν χερσὶ τίθει ὁ δ' ἐδέξατο χαίρων  
 Παῖδα φίλην· τοὶ δ' ἅκα Θεῶ κλειτὴν ἑκατόμβην  
 Ἐξείης ἔστησαν εὐδμητον περὶ βαμόν.  
 Χερσίφαντο δ' ἔπειτα, καὶ οὐλοχύτας ἀνέλοντο.  
 Τοῖσιν δὲ Χρῦσης μεγάλ' εὐχετο, χεῖρας ἀνασχῶν 450  
 Κλυθί μιν, Ἀργυρότοξ', ὅς Χρῦσῃ ἀμφιβέβηκας,  
 Κίλλαν τε Ζαθέην, Τενέδοιό τε ἴφι ἀνάσσεις.  
 Ἦδη μὲν ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο·  
 Τίμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴφαο λαὸν Ἀχαιῶν  
 Ἦδ' ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ' ἐπικρήνηνον ἐέλδαρ, 455

Hanc quidem postea ad altare ducens sapiens Ulysses, 440

Patri charo in manibus posuit, et ipsum allocutus est:

“O Chryse, protinus misit me rex virorum Agamemnon,

“Filiamque tibi ut ducerem, Phoeboque sacram hecatomben

“Sacrificarem pro Danais, ut placem Deum,

“Qui modò Argivis acerbissimos dolores immisit.

445

Sic locutus, in manibus posuit. Ille autem accepit gaudens

Filiam dilectam: hi verò confestim Deo splendidam hecatomben

Ordine statuerunt ritè-aedificatum circa altare.

Manusque deinde lavârunt, et molas sustulerunt.

His autem Chryses altâ voce precabatur, manibus sublatis:

450

“Audi me, argenteum-arcum-habens, qui Chrysen tuus,

“Cillamque eximiam, Tenedoque potenter imperas:

“Jam quidem aliquando me antea exaudisti precantem:

“Honorasti quidem me, valdè autem laesisti populum Achivorum,

“Itidem et nunc mihi hoc perforce votum,

455

Ver. 442.—πρό μ' ἔπεμψεν.] Istud πρό, non est nihili. Respondet propè Latino, protinus.

Ver. 444. ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν.] Sic Virgilius:

Cùm faciam vitulâ pro frugibus.—

Ecl. III, 77.

“Cùm faciam” nimirum est, cùm Sacra faciam. Ut planè ineptissimi sint, qui voces, facere et ποιῖν, sacrificales esse contendant etiam tùm, cùm et alium habent sibi conjunctum Accusativum; ut Τούτο ποιῖτι, Hoc facite, et similia.

Ver. 449. Χερσίφαντο δ' ἔπειτα, &c.] Ταῦτα δὲ Ῥωμαῖοις ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ πρᾶττοντας ἐπὶ ταῖς θυσίαις ἰδὼν ἐπίστανται καὶ μιᾷ πίστι 51.

τῆς ἀρκοῦμενος, οὐ βαρβάρους ἐπίσθηον εἶναι τοὺς οἰκιστὰς τῆς Ῥώμης, ἀλλ' ἐκ πολλῶν τόπων συνελλυθότας Ἕλληνας. Dion. Hal. Antiq. Roman. lib. 7.

Ibid.—οὐλοχύτας.] Molâ salsâ. Horat. Serm. lib. 2. Ecl. 3.

Ver. 450.—μεγάλ' εὐχετο, χεῖρας ἀνασχῶν.] —duplices tendens ad sidera palmas.

Æn. I, 97.

Et duplices cum voce manus ad sidera tendit.

Æn. X, 667.

Ver. 451.—ἀμφιβέβηκας.] Vide suprâ ad ver. 37.

Ver. 454.—ἐμὲ, μέγα.] Quâ ratione ἐμὲ ultimam hîc producat, vide suprâ, ad ver.

51.

"Ἦδη νῦν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον.

"Ὡς ἔφατ' εὐχόμενος· τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' εὐξάντο, καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο,

Ἀδ' ἔρυσαν μὲν πρῶτα, καὶ ἔσφαξαν, καὶ ἔδειραν,

Μηρούς τ' ἐξέταμον, κατὰ τε κνίσση ἐκάλυψαν,

Δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ἠμοθέτησαν.

Καίε δ' ἐπὶ σχίζης ὁ γέρον, ἐπὶ δ' αἶθοπα οἶνον

Λεῖβε· νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπάεσσα χερσίν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχχ' ἐπάσαντο,

Μίστυλλον τ' ἄρα τ' ἄλλα, καὶ ἀμφ' ὄβελοῖσιν ἔπειραν,

"Ὡπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα.

" Jam nunc à Danais indignam pestem remove.

Sic dixit orans; hunc verò exaudivit Phoebus Apollo.

Caeterùm postquam peccati sunt, et molas projecerunt, Cervicem retrò egerunt quidem primùm, et jugulârunt, et excoriârunt,

Femoraque exsecuerunt, adipeque cooperuerunt,

Postquam duplicaverant; super ipsius frustra cruda posuerunt.

Adolebat autem in lignis fissis senex, et insuper nigrum vinum

Libabat: juvenesque secus illum, tenebant verua in 5 mucrones fissa manibus.

Tum postquam femora exusta erant, et viscera gustârunt,

Minutatim dein secuerunt caetera, et verubus transfixerunt,

Assâruntque scitè, detraxeruntque omnia.

Ver. 458.—καὶ οὐλοχύτας προβάλοντο.] *Al.* οὐλοχύτας ἀνίλοντο, ex ver. 449. suprâ.

Ver. 459. Ἀδ' ἔρυσαν.] *Resurripârunt.* Vide infrâ, 9', 525. Εἰς τ' οὐπίσω ἀνέκλασαν τὸν τράχηλον. *Schol. Brev.* Ἀνίστρεψαν τὸν τράχηλον τοῦ ἱερίου, ἵνα ἡ κεφαλὴ ἄνω ἀφραξῆ. *Schol. Moschopulî.*

"Ἄνω τρέπαν ἔσφαξαν.—— Sophoc.

*Ibid.*—καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν.]

Illi se prædæ accingunt, natibusque futuris:

Tergora diripiunt costis, et viscera nudant:

Pars in frustra secant, verubusque trementia figunt.

Littore athena locant alii, flammisque ministrant.

Tum victu revocant vires.—*Æn.* I, 214.

Ver. 460. Μηρούς τ' ἐξέταμον.] *Prosecuerunt.* Unde *Prosecta*, vox sacrificalis.

Ver. 461.—ἠμοθέτησαν.] "Ἐκοφαν μικρὸν ἀπὸ παντὸς μέρους, καὶ ἐπίθηκάν ἐπὶ τὰ μέρη. *Schol.*

Ver. 462.—αἶθοπα οἶνον.] " Conjectare me, vinum, quòd semina quædam Caloris in sese haberet, essetque naturâ ignitius; ob eam rem dictum esse ab Homero αἶθοπα οἶνον; non, ut alii putarent, propter Colorem." *Gell. lib.* 17. c. 8. " Num quia Vinum semina quædam in se Caloris habet, et ob eam rem: Homerus dicit αἶθοπα οἶνον; non, ut

" quidam putant, propter Colorem?" *Macrob. lib.* 7. c. 12. *Genosium Vinum.*

Ver. 463.—πεμπάεσσα.] *Schol.* Πέντε δειλούς ἔχοντα ἐκ μιᾶς λαβῆς κρατουμένης τριακονοιδῶς. *Quincuplex veru, craticulæ simile.*

Ver. 464. Αὐτὰρ ἐπεὶ.] Αὐτὰρ, quod est αὐτ' ἄρ, eandem ferè vim habet, ac Latinum " autem," seu " tum deinceps:" et proinde longè aliud est quàm ἀλλά. Nempe αὐτὰρ, ordine disposita atque sequentia connectit; ἀλλά, inter se opposita disjungit. Quod cùm non intelligeret *Barnesius*; sententiam infrâ, 5', 101. penitùs jugulavit, inferciendo αὐτὰρ pro ἀλλά. Vide ad locum.

Ver. 465. Μίστυλλον τ' ἄρα τ' ἄλλα.] Haud scio facetusne sit magis, an ridiculus, quem hinc arripuit *Martialis* jocum:

Si tibi *Mistyllus* coquus, *Æmiliane*, vocatur;

Dicetur quare non *Taratalla* mihi?

*Lib.* I, 51.

Ver. 466. "Ὡπτησάν τε.] Καὶ παρ' Ὀμήρου τὰ γε τοιαῦτα μάθοι ἂν τις. Οἶσθα γὰρ ὅτι ἐπὶ στρατίας ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἐστιασίαισι, οὔτε ἰχθύσιον αὐτοῖς ἐστιᾶ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, οὔτε ἱφθοῖς κρέσιν, ἀλλὰ μόνον ὀπταῖς.—Οὐδὲ μὴν ἡδυσμάτων, ὡς ἡγοῦμαι, Ὀμηρος πάποτε ἐμνήσθη. *Plat. de Republ.* l. 3.

Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα,  
Δαίνοντ'· οὐδέ τι θυμὸς ἐδέετο δαιτὸς εἴσης.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,

Κούροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο·

470

Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν, ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν.

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ Θεὸν ἰλάσκοντο,

Καλὸν αἰδόντες παιήονα, κούροι Ἀχαιῶν,

Μέλποντες Ἐκάεργον· ὁ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων.

Ἥμος δ' ἥελιος κατέδυ, καὶ ἐπὶ κνέφας ἤλθε,

475

Δὴ τότε κειμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός.

Atque ubi cessârunt ab opere, apparârantque convivium,  
Convivati sunt: neque quicquam animus indiguit cibo aequali.

Porro postquam potûs et cibi desiderium exemerant,

Pueri quidem crateras coronabant vino:

470

Distribuebantque omnibus, auspicantes poculis.

Illi igitur totum diem cantu Deum placabant,

Laetum canentes pœana, juvenes Achivorum,

Cantu celebrantes Longè-jaculantem *Apollinem*: ille autem animo delectabatur audiens.

Quando verò sol occidit, et tenebrae supervenerunt,

475

Utique tunc dormiverunt juxta retinacula navis.

Ver. 468.—οὐδέ τι θυμὸς ἐδέετο.] *Nec non abundè erant contenti.* Henr. Stephanus legendum cõtendit, οὐδ' ἔτι. Cui tamen non assentior.

*Ibid.*—δαιτὸς εἴσης.] Ἴσομοῖρον καὶ μεριστῆς. Schol. Brev. Τῆς ἐν καιῇ τραπέζῃ αὐτῇ γὰρ κυρίως τὸ ἴσον, πᾶσιν ὁμοῦ προκειμένη ἰσοτίμως. Schol. Moschopuli. Καὶ τῶν κρεῶν δὲ μοῖραι ἐνίμοντο ὅθεν εἴσας φησὶ τὰς δαΐτας, ἀπὸ τῆς ἰσότητος.—Ἐπίσθη δὲ Ζηνέδοτος, δαΐτα εἴσιν, τὴν ἀγαθὴν λέγεισθαι. *Athenæus*, lib. 1. c. 10.

Ver. 469. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο.]

Postquam exempta fames epulis, mensæque remotæ. *Æn.* I, 220.

Postquam prima quies epulis, mensæque remotæ. *Ibid.* 727.

Postquam exempta fames, et amor compressus edendi. *Æn.* VIII, 184.

—dapes, et plenæ pocula mensæ. *Æn.* XI, 728.

Ver. 470. Κούροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο.]

—et Socii cratera coronant.

*Georg.* II, 528.

Crateras magnos statuunt, ac vina coronant. *Æn.* I, 728.

Ἐπιστέφονται δὲ ποτοῖο οἱ κρητῆρες; ἦτοι ὑπερχειλίς οἱ κρητῆρες ποιοῦνται, ὥστε διὰ τοῦ πο-

τοῦ [*leg.* ποτοῦ] ἐπιστεφανοῦσθαι. *Athenæus*, lib. 1. c. 11. Τὸ δὲ στίφειν, πλήρωσιν τινα σημαίνει. *Id.* lib. 15. c. 5. Sunt tamen qui hoc aliter interpretentur:

—συνάψας καρπίμοις κισσοῦ κλάδοις

Ἔστι φα.—*Alexis* Poeta apud *Athenæum*, lib. 11. c. 6. de cratera *Thericleo*. Sed hoc recentius.

Ver. 471. Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν, ἐπαρξάμενοι δεπάεσσιν.] Vide *Odysse.* β, 185. α', 417. φ', 263. Τὸ "πᾶσιν," οὐ τοῖς ποτηρείοις, ἀλλὰ τοῖς ἀνδράσιν. *Athenæus*, lib. 1. c. 11.

Ver. 472. Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ Θεὸν ἰλάσκοντο.] Θαλήταν τὸν Κρητὰ φασί—διὰ μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην.—Ἀλλὰ καὶ Ὀμηρος τὸν κατασχόντα λοιμὸν τοῖς Ἕλληνας παύσασθαι λέγει διὰ μουσικῆς,—ἐπεὶ φθάσας σὺ τὴν μουσικὴν δύναμιν διὰ τούτων ["Οἱ δὲ πανημέριοι—"] προαπέφθνας ἡμῖν. *Plutarch.* de *Musica*, sub finem.

Ver. 473. Καλὸν αἰδόντες.] Vide infra ad β', 45.

*Ibid.*—αἰδόντες παιήονα.]

—laetum pœana secuti. *Æn.* X, 738.

Ver. 474. Μέλποντες Ἐκάεργον.] Vide supra ad ver. 51,

Ver. 476.—παρὰ πρυμνήσια.] *Juxta Palium*, quem Romani *Tonsillam* appellant.

Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἥως,  
Καὶ τότε ἔπειτ' ἀνάγοντο μετὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν.  
Τοῖσιν δ' ἴκμενον οὐρον ἴει ἐκάεργος Ἀπόλλων.

Οἱ δ' ἰστὸν στήσαντ', ἀνά θ' ἰστία λευκὰ πέτασσαν

480

Ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἰστίον, ἀμφὶ δὲ κῦμα

Στείρη πορφύρεον μεγάλ' ἴαχε, νηὸς ἰούσης·

Ἡ δ' ἔθεεν κατὰ κῦμα διαπρήσσουσα κέλευθα.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἴκοντο κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν,

Νῆα μὲν οἴγε μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν,

485

Υψοῦ ἐπὶ ψαμάθοις, ὑπὸ δ' ἔρματα μακρὰ τάνυσσαν.

Quando autem mane-genita apparuit rosea-digito Aurora,  
Tunc deinde revehebantur ad amplum exercitum Achivorum.  
His porrò secundum ventum misit longè-jaculans Apollo:  
Illi verò malum erexerunt, velaque alba panderunt:  
Ventus autem flatu-implevit medium velum, circumque fluctus  
Carinam ater valdè resonabat, navi eunte:  
Haec itaque currebat per fluctum conficiens vias.  
Ac postquam venerunt ad exercitum latum Achivorum,  
Navem quidem hi nigram in continentem subdixerunt,  
Altè super arenas, phalangesque longas subtenderunt:

480

485

Ver. 477. Ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκ-  
τυλος Ἥως.]

Postera Phœbeâ lustrabat lampade terras,  
Humentemque Aurora polo dimoverat um-  
bram. *Æn.* IV, 6.

Oceanum interea surgens Aurora relinquit:  
It portus jubare exorto — *Ibid.* 129.

Et jam prima novo spargebat lumine ter-  
ras

Tithoni croccum linquens Aurora cubile.  
*Ibid.* 584.

Jamque rubescebat radiis mare, et æthere  
ab alto

Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.

*Æn.* VII, 25.

Aurora interea miseris mortalibus aliam  
Extulerat lucem, referens opera atque la-  
bores. *Æn.* XI, 182.

—cùm primùm crastina celo  
Punicis invecta rotis Aurora rubebit.

*Æn.* XII, 76.

Pulcherrima hæc; nec tamen vocis, ῥοδοδάκ-  
τυλος, vim attingunt. Ἀπὸ τοῦ σχήματος τῶν  
τῆς χειρὸς δακτύλων, παρίστησι τὸ τῶν Ἀκτί-  
νων σχῆμα. Schol. Ἔστι γὰρ ἄλλο ἄλλου κύ-  
ριώτερον, καὶ ὁμοιωμένον μᾶλλον, καὶ οικειότε-  
ρον, τῶ ποιῖν τὸ πῦγμα πρὸ ἡμάτων.—  
Διαφέρει δ' εἰπεῖν οἶον, ῥοδοδάκτυλος Ἥως, μᾶλ-  
λον ἢ φοινικοδάκτυλος, ἢ ἔτι φαυλότερον, ἐν-  
θεοδάκτυλος, *Arist. Rhetoric.* lib. 3. c. 1. Vide  
suprà ad ver. 45. et infrà ad ver. 528.

Ver. 479. Τοῖσιν δ' ἴκμενον οὐρον ἴει.]

Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.  
*Æn.* III, 130.

Vide infrà ad *Odys.* λ', 6.

Ver. 480. Οἱ δ' ἰστὸν στήσαντ'.] *Al.* στήσαν τ'.

Ver. 481. Ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἰστίον.]  
—et auræ

Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus  
Austro. *Æn.* III, 357.

Vela facit tamen, et plenis subit ostia ve-  
lis. *Æn.* V, 281.

Ver. 482. —κῦμα—πορφύρεον.]  
—mare purpureum— *Georg.* IV, 373.

Cæterum, quæ analogiâ à πορφύρεω deducatur  
πορφύρεος; à φαῖνω, φάνερὸς; à κρήνω, κρήτος;  
à κλίνω, κλίτος; à μαρσύρομαι, μαρσύρες; et  
similia: vide suprà ad ver. 309. 314. 338.  
*Barnesius* hic legendum velit, πορφύρον: sed  
nihil opus.

Ver. 485. Ἡ δ' ἔθειν κατὰ κῦμα διαπρήσσουσα  
κέλευθα.]

—maris æquor arandum. *Æn.* II, 780.

—vastumque cavâ trabe currimus  
æquor. *Æn.* III, 191.

Currit iter tutum non seciùs æquore clas-  
sis. *Æn.* V, 862.

*Odys.* β', 429. scriptum est, διαπρήσσουσα  
κέλευθον: quod auribus magis placet.

Ver. 484.—κατὰ στρατὸν.] *Al.* μετὰ στρατὸν.

Ver. 486.—ἐπὶ ψαμάθοις.] *Al.* ἐπὶ ψα-  
μάθων.

Αὐτοὶ δ' ἐσκίδναντο κατὰ κλισίας τε νέας τέ.

Αὐτὰρ ὁ μῆνιε, νηυσὶ παρήμενος ἀκυπόροισι,  
Διογενὴς Πηλέως υἱὸς πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς,  
Οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν παλέσκετο κυδιάνειραν, 490

Οὔτε ποτ' εἰς πόλεμόν γ' ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ,  
Αὔθι μένων, ποθέεσκε δ' αὐτὴν τε πτόλεμόν τε.

Ἄλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐκ τοιοῦ δυαδεκάτῃ γένετ' ἡώς,  
Καὶ τότε δὴ πρὸς Ὀλυμπον ἴσαν Θεοὶ αἰὲν ἔοντες  
Πάντες ἅμα, Ζεὺς δ' ἤρχε· Θέτις δ' οὐ λήθετ' ἐφετμέων 495

Παιδὸς ἐοῦ, ἀλλ' ἦγ' ἀνεδύσατο κῆμα θαλάσσης,

Ἐρείη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν, Οὐλύμπόν τε·

Εὖρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἄτερ ἡμενον ἄλλαν

Ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο.

Καὶ ῥα πάροιδ' αὐτοῖο καθέζετο, καὶ λάβε γούνων 500

Σκαιῆ· δεξιτερῇ δ' ἄρ' ὑπ' ἀθερσεῶνος ἐλοῦσα,

Λισσομένη προσέειπε Δία Κρονίωνα ἄνακτα·

Ipsi autem sparsi sunt per tentoriaque navesque.

Verùm iram fovit, navibus assidens velocibus,

Generosus Pelei filius pedibus velox Achilles,

Neque unquam in concione versabatur illustres-viros-habente, 490

Neque unquam in praelio: sed macerabat suum cor,

Illic manens; desiderabat autem clamoremque pugnamque.

At quando jam ex illo duodecimus erat dies,

Tum utique ad Olympum ibant Dii semper existentes

Omnes simul, Jupiterque praeibat: Thetis autem non oblita est mandatorum 495

Filii sui, sed emersit ex undâ maris,

Matutinaque conscendit in magnum coelum, Olympumque:

Invenit autem latè-sonantem Saturnium seorsum sedentem ab aliis

In summo vertice multa-cacumina-habentis Olympi.

Et ante ipsum sedit, et prehendit genua

Sinistrâ: dexterâque mento prehenso, 500

Supplicans allocuta est Jovem Saturnium regem:

Ver. 488. Αὐτὰρ ὁ μῆνιε, νηυσί.] Quoniam  
μηνίῳ secundam producit, verisimillimum est  
(licet id non necessariò sequatur,) pronuntia-  
tum fuisse contractè, Αὐτὰρ ὁ μῆνι, νηυσί.—  
Vide β', 769 et 772.

Ver. 489. Διογενὴς Πηλέως υἱός.] Pronuntia-  
batur Πηλῶς. Alii scribunt, Πηλῖος: quod  
ferri quoque potest, et pronuntiabatur Πηλοῦς.  
Barnesius edidit Πηλῶς: et ipsum quoque  
non malè; cùm υἱός priorem et alias corripi-  
at, et Πηλῶς praesertim sit dictio Ionica.

Ver. 491.—φθινύθεσκε] οὐκ ἔφερε τὴν σχο-  
λὴν, ἀλλὰ “φθινύθεσκε” ἔσ. Plutarch. in  
Pyrrho. Ἐκείνου οὐδὲν ἤεσκε τῶν μαλακῶν,

ἀλλὰ “φθινύθεσκε” ἔσ. Id. in Agide et Cleo-  
mene. Ἐνίους δὲ καὶ μὴ πράσσειν, αὐτὸ πολ-  
λάκις εἰς ἀθυμίαν καθίστησιν ὡς——“ἀλ-  
“λὰ φθινύθεσκε” ἔσ. Id. de Tranquill. ani-  
mi; sub initio. Cæterum de hujus vocis  
prosodiâ, vide infra ad β', 45.

Ver. 498.—εὐρύοπα.] Alii exponunt: latè  
prospicientem; alii: voce latè sonantem, latè  
tonantem.

Ver. 500. Καὶ ῥα πάροιδ' αὐτοῖο καθέζετο,  
καὶ λάβε γούνων.]

——genua amplexus, genibusque vo-  
lutans

Hærebat—— Æn. III, 607



- Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δὴ σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα,  
 "Ἡ ἔπει, ἢ ἔργω, τόδε μοι κρήνον ἐέλδαρ.  
 Τίμησόν μοι υἱόν, ὃς ἀκυμοζάτατος ἄλλων 505  
 "Ἐπλετ'· ἀτάρ μιν νῦν γε ἀνάξ' ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων  
 'Ἡτίμησεν· ἐλάν γὰρ ἔχει γέρας, αὐτὸς ἀπούρας.  
 'Ἀλλὰ σύ περ μιν τίσον, Ὀλύμπιε, μητίετα Ζεῦ·  
 Τόφρα δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ  
 Υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν, ὀφέλλωσιν τέ ἐ τιμῇ. 510  
 "Ὡς φάτο· τὴν δ' οὔτι προσέφη νεφεληγερέτα Ζεὺς,  
 'Ἀλλ' ἀκέων δὴν ἦστο· Θέτις δ', ὡς ἠΐατο γούνων,  
 "Ὡς ἔχετ' ἐμπεφυυῖα, καὶ ἤρετο δεύτερον αὐθις·  
 Νημερτές μὲν δὴ μοι ὑπόσχεο, καὶ κατάνευσον,  
 "Ἡ ἀπόειπ'· ἐπεὶ οὐ τοι ἔπι δέος· ὄφρ' εὔ εἰδῶ, 515  
 "Ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη Θεός εἰμι.  
 Τὴν δὲ μίγ' ὀχθήσας προσέφη νεφεληγερέτα Ζεὺς·  
 "Ἡ δὴ λοίγια ἔργ', ὅτ' ἐμ' ἐχθοδοπῆσαι ἐφήσεις  
 "Ἡρη, ὅταν μ' ἐρέθῃσιν ὄνειδείους ἐπέεσσιν.

" Jupiter pater, si unquam reverà te inter immortales juvi,

" Vel verbo, vel opere; hoc mihi perfice votum:

" Honora mihi filium, qui brevissimae vitae prae caeteris 505

" Est: sed ipsum nunc rex virorum Agamemnon

" Contumelià affecit: Ereptum enim habet praemium, ipse abripiens.

" At tu ipsum honora, Olympie, sapientissime Jupiter:

" Tamdiu autem Trojanis adjice victoriam, donec Achivi 510

" Filium meum honorent, augeantque eum honore.

Sic dixit. Hanc autem nihil allocutus est nubes-cogens Jupiter,

Sed tacitus diu sedit. Thetis verò, ità ut apprehenderat genua,

Sic tenebat inhaerens, et rogabat secundò iterum:

" Verè jam mihi promitte, et annue,

" Vel abnue; quoniam non tibi inest timor: ut benè sciam, 515

" Quanto ego inter omnes inonoratissima Dea sim.

Hanc autem gravitèr suspirans allocutus est nubes-cogens Jupiter:

" Sanè perniciosum facinus, quum me in offensioem impellis

" Junonis, quando me irritet contumeliosis verbis.

Ver. 505.—εἴ ποτε δὴ σε μετ' ἀθανάτοισιν ὄνησα,

"Ἡ ἔπει, ἢ ἔργω.] Vide suprà ver. 395. 398. 399. ξc. Τὸ μὲν ὀνειδίξειν ἀφήσει, τὸ δὲ ὑπομνήσκειν ἐπιμελῶς πραγματεύεται. Τὸ μὲν ἔργον οὐκ εἴπει, (vide ver. 399. ξc.) τὴν δὲ ἀνάμνησιν εὐπρεπῶς ἰσοῦσατο.—Καὶ τὰ μίτρα τῶν ἰσχυρατισμένων λόγων παιδείῃ ἡμῶς ὁ "Ὀμηρος, ὅτι οὐ τῆς εὐπρεπείας διῆται, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν χρεῖα συντομίας. [Legendum fortassè, οὐ μόνον τῆς εὐπρεπείας, ξc.] Dionys. Halicarnas. lib. qui inscribitur Τέχνη. c. 9.

Ver. 508. Ἀλλὰ σύ περ μιν τίσον.] Si alii eum contumelià afficiunt, at Tu eum honora. Istam scilicet vim habet vocula, πέρ.

Ver. 510.—ὀφέλλωσιν τέ ἐ τιμῇ.] Al. ὀφέλλωσιν τέ ἐ τιμῆν.

Ver. 514. Νημερτές μὲν δὴ μοι.] Verè jam mihi, quæso, ξc. Non enim hîc vacat istud, δὴ.

Ver. 515.—ἔπι δέος.] Vide suprà ad ver. 51.

Ver. 517.—νεφεληγερέτα.] Vide suprà ad ver. 175.

Ver. 518. "Ἡ δὴ λοίγια ἔργ'.] Al. "Ἡδη λοίγια ἔργ'.

Ver. 519.—ὄνειδείους ἐπέεσσιν.] Al. ὄνειδείους ἐπίεσσιν. Magis arridet, ὄνειδείους· quia ὄνειδείους penultimam corripit.

Ἦ δὲ καὶ αὐτὸς μ' αἰεὶ ἐν ἀθανάτοισι Θεοῖσι 520  
 Νεικεῖ, καὶ τέ με Φησὶ μάχῃ Τρώεσσιν ἀρῆγειν.  
 Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖθις ἀπόστιχε, μὴ σε νόση  
 Ἦρη· ἐμοὶ δέ κε ταῦτα μελήσεται, ὄφρα τελέσω.  
 Εἰ δ' ἄγε, τοὶ κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθης.  
 Τοῦτο γὰρ ἐξ ἐμέθεν γε μετ' ἀθανάτοισι μέγιστον 525  
 Τέκμων· οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν,  
 Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅ, τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω.  
 Ἦ, καὶ κυανέησιν ἐπ' ὄφρυσί νῦσε Κρονίων·

“ Haec autem et temerè mecum semper inter immortales Deos 520  
 “ Contendit; atque me dicit in pugna Trojanis auxiliari.  
 “ Sed tu quidem nunc recede, ne te videat  
 “ Juno: mihi autem haec erunt curae, ut perficiam.  
 “ Verùm age, jam tibi capite annuam, ut fidem habeas.  
 “ Hoc enim à me inter immortales maximum 525  
 “ Signum: non enim *Promissum* meum revocabile, neque fallax,  
 “ Neque infectum, quodcunque capite annuero.  
 Dixit, et nigris superciliis annuit Saturnius:

Ver. 520.—ἀθανάτοισι.] Vide suprâ ad ver. 398.

Ver. 522. Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν αὖθις ἀπόστιχε, ἐμοὶ δέ κε ταῦτα μελήσεται.]

Cede locis; ego, si qua super—, Ipsa regam.—Æn. VII, 559.

Ver. 524. Εἰ δ' ἄγε.] *Sin dubitas; ecce, &c.*

Ver. 526.—οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ' ἀπατηλὸν,

Οὐδ' ἀτελεύτητον] *Promissum meum, neque per levitatem, neque per fraudem, neque per impotentiam irritum erit; ut rectè observavit Eustathius, alliique.*

Ver. 528.—κυανέησιν ἐπ' ὄφρυσί.] Quia *Cæli* nimirum color cæruleus. Simili de causâ *Neptunus* itidem, *κυανοχαίτης*. Vide suprâ ad ver. 45 et 477.

*Ibid.*—ἐπ' ὄφρυσί νῦσε Κρονίων· Ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαιταὶ ἐπερρώσαντο ἄνακτος,

Κρατὶς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλίλιξεν Ὀλυμπον.]

*Ambrosiæque comæ.*—Æn. I, 407. Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. Æn. X, 115.

Terrificam capitis concussit terque quaterque

*Cæsariem: cum quâ terram, mare, sidera movit.* Ovid. *Metam.* I, 179.

\* Ἀπορημονεύουσι δὲ τοῦ Φειδίου, διότι πρὸς τὸν Πάναγον εἶπε πυνθανόμενον, πρὸς τί παράδειγμα μέλλει ποιῆσαι τὴν εἰκόνα τοῦ Διός,

ὅτι πρὸς τὴν Ὀμήρου, δι' ἐπῶν ἐκπεπίσταν τούτων “ Ἦ, καὶ κυανέησιν” &c. εἰρησθαὶ γὰρ μάλα δοκεῖ καλῶς. Strabo, lib. 8. p. 543. Edit. Amst. 1707. “ Phidias, cum Jovem Olympium fingeret, interrogatus de quo exemplo divinam mutaretur effigiem, “ respondit, archetypum Jovis in his se tribus Homeri versibus invenisse.” Macrob. lib. 5. c. 15.

Porro, libet hic obiter annotare, quàm fœdè corruerit linguam Romanam *Sanctius*; qui [*de causis linguæ latinæ, lib. 4. cap. 6.*] ex loco *Ovidii* jam citato, et similibus quibusdam, arrepta occasione; *ablativum* (quem appellant) *Instrumenti*, cum prepositione [*Cum*] conjungi posse contendit: cum, è contrario, ex plurimis manifestum sit exemplis, prepositionem, à quâ (*plerumque suppressâ*) pendet iste *Ablativus*, utique non esse, cum; sed, ab. Citat ipse ex *Ovidio*: “ *Pectora*—*trajectus* “ ab ense,” hoc est, ense *trajectus*: “ *Defendar* ab armis,” hoc est, armis *defendar*: “ *Fallere* ab arte viros,” hoc est, arte *fallere*: quibus adde, “ *Tunicâque amicitur* ab albâ,” hoc est, *albâ tunicâ amicitur*. Quæ in alteram partem exempla adduxit *Sanctius*, inseruitve deinceps *Scioppius*, vel in Notis suis tandem addidit *Perizonius*; eorum omnium exemplorum, nè unum quidem rem attingit. “ *Cæsariem* cum quâ *terram movit*,” non est, quâ *terram movit*; sed, simul cum quâ *terram movit*. “ *Ipse dedit letho* cum quibus ante *feras*,” non de *instrumento* dictum

Ἄμβροσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερράσαντο ἄνακτος,  
 Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο· μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὀλυμπον. 530  
 Τά γ' ὡς βουλευσάντε διέτμαγεν· ἡ μὲν ἔπειτα  
 εἰς ἄλλα ἄλτο βαθεῖαν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου·  
 Ζεὺς δὲ ἐὼν πρὸς δῶμα. Θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέστην  
 Ἐξ ἐδέων, σφοῦ πατρὸς ἐναντίον· οὐδὲ τις ἔτλη  
 Μείναι ἐπερχόμενον, ἀλλ' ἀντίοι ἔσταν ἅπαντες. 535  
 Ὡς ὁ μὲν ἔνθα καθέζετ' ἐπὶ θρόνου· οὐδέ μιν Ἥρη  
 Ἠγνοίησεν ἰδοῦσ', ὅτι οἱ συμφράσσατο βουλὰς  
 Ἀργυρόπεζα Θέτις, θυγάτηρ ἀλίοιο γέροντος·  
 Αὐτίκα κερτομίοισι Δία Κρονίωνα προσηύδα·

Ambrosiae verò comae concussae sunt regis  
 A capite immortalī; ac magnum tremefecit Olympum. 530  
 Illi utique re sic deliberatā discesserunt: haec quidem deinde  
 In mare desiliit profundum è splendido Olympo:  
 Jupiter autem rediit in suam domum. Dii verò simul omnes assurrexerunt  
 Ex sedibus, sui patris in occursum: neque quisquam sustinuit  
 Exspectare venientem, sed obvii steterunt omnes. 535  
 Sic hic quidem illic resedit in solio: neque ipsum Juno  
 Ignoravit, conspicata, quòd contulerat cum eo consilia  
 Argenteos-pedes-habens Thetis, filia marini senis:  
 Statim itaque convitiis Jovem Saturnium allocuta est:

est, sed de sociis. "Verrebat rarò cum pectine  
 "pratum," et, "cirri cum quibus venan-  
 "tur;" utrumque et ipse agnoscit aliter esse  
 scriptum; et, vera si sit ista lectio, possit tam-  
 en utrobique Ablativus iste non instrumenti  
 esse, sed Adjuncti. "Imperator cum sa-  
 "gittà saucius;" non est, sagittà sauciatius;  
 sed, Imperator cum sagittà infixà. "Gladium  
 "quicum se percusserat;" nuperi est Auc-  
 toris, non Latini. "Sufficit fruges cum  
 "vomere tellus;" est, tellus cum agricul-  
 turà. "Cum armis confligere;" non est,  
 armis confligere, sed, armatos confligere. "Istà  
 "cum linguà lingere," non est, linguà lin-  
 gere; sed sarcasticè, Tu cum istà linguà, &c.  
 "Pacem cum precibus petere:" "Cum maxi-  
 "mo labore expugnare." "Facere cum tantis  
 "minis." "Investigare cum animo." "Ju-  
 "vare cum fide." "Benevolentiam cum singu-  
 "lari:" "Vestro cum Beneficio:" non uti-  
 que Instrumentum denotat, sed Adjunctum.  
 "Instructus cum conjuratorum manu:" "Ver-  
 "avi cum omnibus meis copiis:" "Quibus  
 "cum [scilicet quorum operà] filiam inveni:"  
 itidem non instrumentum significant, sed so-  
 cios. Denique, "aggrediuntur cum funibus,"  
 non est, funibus aggrediuntur; sed, manibus  
 aggrediuntur, funibus armati. Et, Macedo-  
 num animos sibi conciliavit cum Heraclide,"

(eo quod Heraclidem scilicet in vincula con-  
 jecerat;) non utique Ablativus est Instru-  
 menti, sed Adjuncti.

Ver. 531.—διέτμαγεν.] *Al.* διέτμαγον.

Ver. 533.—Θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἀνέστην.]

—viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.

*Virg. Ecl. VI, 66.*

Ver. 535.—ἐπερχόμενον, ἀλλ'.] Quà rati-  
 one hic ἐπερχόμενον, et τίτληκας, infra ver.  
 545. ultimam producant, vide supra ad ver.  
 51.

*Ibid.*—ἔσταν ἅπαντες.] Ἔσσαν, ultimâ bre-  
 vi, ex ἔστησαν vel ἔστασαν· simili analogiâ, ac  
 τύπην, τράφην, et similia, ex ἐτύπησαν, ἐτρέ-  
 φησαν, &c.

Ver. 536.—οὐδέ μιν Ἥρη Ἠγνοίησεν.]

Nec latuere doli fratrem.—*Æn. I, 134.*

Ver. 537.—ἰδοῦσ', ὅτι.] Quamvis, "neque

"ignoravit quòd contulerat," vel, "conspicata  
 "quòd contulerat," non dicatur latinè; quod  
 est utique, "conspicata conferentem," aut,  
 "sentiens contulisse;" tamen, nè verbum  
 verbo non responderet, versionem hîc non  
 mutavi. Sunt qui legant, ἰδοῦσ' ὅτις.

Ver. 538. Ἀργυρόπεζα Θέτις.] Vide supra  
 ad ver. 43. 47 et 528.

Ver. 539. Αὐτίκα—προσηύδα.] De hujus-  
 modi Asyndeto, vide supra ad ver. 105.

Τίς δ' αὖ τοι, δολομήτα, Θεῶν συμφρέσασατο βουλάς; 540  
 Αἰεὶ τοι φίλον ἐστὶν ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἔοντα,  
 Κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν· οὐδέ τι πῶ μοι  
 Πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος, ὅ, ττι νοήσεις.

Τὴν δ' ἡμείβετ' ἔπειτα πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε  
 Ἥρη, μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους 545

Εἰδῆσειν· χαλεποί τοι ἔσοντ', ἀλόχῳ περ' εὔουση.  
 Ἄλλ' ὄν μὲν κ' ἐπιεικὲς ἀκούεμεν, οὔτις ἔπειτα  
 Οὔτε Θεῶν πρότερος τόνγ' εἴσεται, οὔτ' ἀνθρώπων·  
 Ὅν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε Θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι,  
 Μῆτι σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο, μηδὲ μετὰλλα. 550

Τὸν δ' ἡμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη·  
 Αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον εἵπας;  
 Καὶ λῖην σε πάρος γ' οὔτ' εἶρομαι, οὔτε μεταλλῶ·  
 Ἄλλὰ μάλ' εὐκηλος τὰ φράζειαι, ἄσσ' ἐθέλησθα.  
 Νῦν δ' αἰνῶς δεῖδοικα κατὰ φρένα, μὴ σε παρεῖπη 555  
 Ἀργυρόπεζα Θέτις, θυγάτηρ ἀλίοιο γέροντος·

“ Quis verò tecum, dolose, Deorum contulit consilia? 540

“ Semper tibi gratum est, à me seorsum existenti,

“ Clandestina consilia ineuntem statuere: neque unquam mihi quicquam

“ Lubens sustines dicere verbum, quod cogitaveris.

Huic autem respondit deinde pater hominumque Deorumque:

“ Juno, nè (quaeso) omnia mea sperato consilia 545

“ Te scituram: difficilia tibi erunt, uxor quamvis mea sis:

“ Sed quod quidem par fuerit audire, nullus utique

“ Neque Deorum prior hoc sciet, neque hominum:

“ Quod autem ego seorsum à Diis voluero animo concipere,

“ Nè tu haec singula interroga, neque perscrutare. 550

Huic autem respondit postea magnos-oculos-habens veneranda Juno:

“ Severissime Saturnie, quale verbum dixisti?

“ Et omnino te antea neque interrogavi, neque perscrutor:

“ Sed valdè quietus ea consultas, quaecunq; vis.

“ Nunc autem valdè timeo animo, nè te seduxerit 555

“ Argenteos-pedes-habens Thetis, filia marini senis:

Ver. 542.—οὐδέ τι πῶ μοι Πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν.] Nunquam mihi lubens dicis. Coniunctum est enim τέτληκας, cum præcedente, φίλον ἐστίν, tempore presentis. Vide suprâ ad ver. 37.

Ver. 543.—ὅ, ττι νοήσεις.] Al. ὅ, ττι νοήσης.

Ver. 544.—πατὴρ ἀνδρῶν τε Θεῶν τε.]

Divum pater atque hominum Rex.

Æn. I, 69.

—hominum sator atque Deorum.

Æn. XI, 725.

Ver. 549. “Ὀν δ' ἂν ἐγὼν.] Al. “Ὀν δὲ κ' ἐγὼν.

Ver. 551.—βοῶπις πότνια Ἥρη.] Oris majestatem indicat. Vide suprâ ad ver. 43. 58. 477 et 528. “Ὀμηρος ἐνδείξασθαι βουλόμενος, ὡς εἴσαν ὀφθαλμοὶ τῆ Ἥρα καλοῖ τε μεγάλοι τε, “βοῶπις” αὐτὴν ἐκάλεσε. Liban. Progm. Vide Moschopuli Scholia; et Grævium ad Hesiodi Θεογονίαν, ver. 355.

Ver. 555.—μὴ σε παρεῖπη.] Nè te blanditiis persuaserit.

Ἡερίη γάρ σοί γε παρέζετο, καὶ λάβε γούνων.

Τῇ σ' οἶα κατανεῦσαι ἐτήτυμον, ὡς Ἀχιλῆα  
Τιμήσης, ὀλέσης δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα Ζεὺς· 560

Δαιμονίη, αἰεὶ μὲν οὔτεαι, οὐδέ σε λήθω

Πρηξῆσαι δ' ἔμπης οὔτι δυνήσεται, ἀλλ' ἀπὸ θυμοῦ

Μᾶλλον ἐμοὶ ἔσειαι· τὸ δέ τοι καὶ ῥίγιον ἔσται.

Εἰ δ' οὔτω τοῦτ' ἐστίν, ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι.

Ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο, ἐμῷ δ' ἐπιπέθειο μύθῳ· 565

Μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν, ὅσοι Θεοὶ εἰς' ἐν Ὀλύμπῳ,

“ Matutina enim tibi assedit, et prehendit genua.

“ Cui te suspicor annuisse certè, fore ut Achillem

“ Honores, perdas autem multos ad naves Achivorum.

Huic autem respondens dixit nubes-cogens Jupiter :

560

“ Improbæ, semper quidem suspicaris, nec te lateo :

“ Proficere tamen nihil poteris, sed animo ingrata

“ Magis eris meo : hoc autem tibi acerbius erit.

“ Si verò ità hoc est, mihi gratum erit.

“ Verùm tacita sede, meoque obedi verbo ;

565

“ Nè tibi non depellant, quotquot Dii sunt in Olympo,

Ver. 559.—ὀλέσης δὲ πολέας.] Enuntiabatur ac si scriptum fuisset πολέας. Vide infrà ad β', 811.

Ver. 560.—νεφεληγερέτα.] Vide suprà, ad ver. 175.

Ver. 565. Ἀλλ' ἀκέουσα κάθησο.] Τὸ [Κάθησον] τοῦ [Κάθησο] διαφέρειν φημί—τῶ, τὸ μὲν πρὸς τὸν ἐστῶτα λέγεσθαι, τὸ Κάθησον τὸ δὲ πρὸς τὸν καθιζόμενον, ἥσο, —ἀντὶ τοῦ, Μένε καθιζόμενος. Lucian. Pseudolog. sub finem. Vide infrà ad β', 191.

Ver. 566. Μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν, ὅσοι Θεοὶ εἰς' ἐν Ὀλύμπῳ,

Ἔσσον ἰόνθ', ὅτε κεν τοι ἀάπτους χεῖρας ἴφθιω.] Editores quos viderim omnes, ἄσσον ἰόνθ', intelligunt ἄσσον ἰόντες, propiùs accedentes ; quod mihi quidem ferri non posse videtur. Quamvis enim verum sit, quod ait Eustathius, pag. 55. ἰστίον, ὅτι ἔθος Ὁμήρῳ ἀδιαφορεῖν ἐν τοῖς Δυϊκοῖς καὶ τοῖς Πληθυντικοῖς· καὶ ποτὶ μὲν Πληθύνειν τὰ Δυϊκὰ, ποτὶ δὲ Δυϊξύν τὸ Πλήθος· at Utrumque tamen ità esse verum existimo, si de Duobus sit sermo. Omnī nimirum Substantivo duali, rectè adjungi potest Adjectivum plurale ; quia omne Duale est necessariò Plurale. Substantivo itidem plurali, rectè adjungi potest Adjectivum duale ; non quidem omni, sed ità si de Duobus sermo sit. Nam Plurale non utique omne, est Duale ; sed tum, quum sermo sit de Duobus. Quare istud, ἄσσον ἰόνθ', cum illo, ὅσοι Θεοὶ εἰς' ἐν Ὀλύμπῳ, malè mihi videtur cohærere. Vide

infrà ad β', 228. et ad ε', 487. De Enallage (quam vocant) numeri, personæ, temporis, sive (quæ Antiptosis dicitur) casuum ; equidem hoc Portenti quid sibi velit, minimè intelligo. Nam siquis usquam gentium, in linguâ suâ vernaculâ, simile quid unquam tentaverit ; quam sit id planè absurdum, statim sentiet. Meliùs igitur Eustathius, de hoc loco : δύναται (inquit) καὶ κυρίως εἶναι δυϊκόν, διὰ τὸ διγενῆς τῶν τε θειαινῶν καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἄρρῆνων. Quod tamen et ipsum in hujusmodi sententiâ, ubi de sexu nihil videtur interesse, satis est inficuum. Siquid mutare ausim, legerem equidem isto modo :

Μή νύ τοι οὐ χραίσμωσιν, ὅσοι Θεοὶ εἰς' ἐν Ὀλύμπῳ,

Ἔσσον ἰόνθ' ὅτε κεν τοι ἀάπτους χεῖρας ἴφθιω. Quin et, sine ullâ mutatione, istud ἰόνθ', (scilicet ἰόντα,) ad Jovem ipsum quominus referri possit, nihil video. Ut adeò sententiâ sit : “ Nè te nihil juvent quotquot in celo sunt “ Dii adversus Me propiùs accedentem, quando tibi invictas manus injiciam.” Judicet Lector eruditus. Certè aliis in locis, et istud ἄσσον ἰόνθ', militantis est ; et illud χραίσμωσιν, similem sibi adjunctum habet Accusativum :

Ἥ ἔτι μιν μέμαριν κατακαυσίμεν, ἄσσον ἰόντες, ὁ, 105.

Ἀλλ' ὄγε μίμν' Ἀχιλῆα πελώριον, ἄσσον ἰόντα. χ', 92.

Τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατὰ μεγαλήτορα θυμόν,

Ἄσπον ἰόνθ', ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω.

Ἦς ἔφατ'· ἔδδειςεν δὲ βοῶπις πότνια Ἥρη·  
καί ῥ' ἀκίευσσα καθῆστο, ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ.

Ἦχθησαν δ' ἀνά δῶμα Διὸς Θεοὶ οὐρανίανες.

Τοῖσιν δ' Ἥφαιστος κλυτοτέχνης ἦρχ' ἀγορεύειν,

Μητρὶ φίλῃ ἐπίηρα φέρον λευκωλένω Ἥρη·

Ἦ δὴ σφῶ ἔνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ᾧδε,  
Ἐν δὲ Θεοῖσι κολῶν ἐλαύνετον· οὐδέ τι δαιτὸς

Ἐσθλῆς ἔσσειται ἦδος, ἐπεὶ τὰ χερεῖονα νικᾷ.

Μητρὶ δ' ἐγὼ παράφημι, καὶ αὐτῇ περ νοεούσῃ,

Πατρὶ φίλῃ ἐπίηρα φέρειν Διὶ, ὄφρα μὴ αὐτε

Νεικείῃσι πατῆρ, σὺν δ' ἡμῖν δαῖτα ταράξῃ.

Εἴπερ γὰρ κ' ἐθέλησιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητῆς,

Ἐξ ἐδέων στυφελίξαι· ὁ γὰρ πολὺ φέρτατός ἐστιν.

570

575

580

“ Propè accedentem, quando tibi invictas manus injiciam.

Sic dixit: timuit autem magnis-oculis veneranda Juno;

Et tacita sedit, inflexo suo corde.

Ingemuerunt autem, per domum Jovis, Dii coelicolae.

Hisce autem Vulcanus inclytus-artifex incepit concionari,

Matri dilectae gratificans, candidas-ulnas-habenti Junoni:

“ Certè pestifera facta haec erunt, nec ampliùs tolerabilia,

“ Si quidem vos gratià mortalium contenditis hoc modo,

“ Interque Deos tumultum excitatis: neque ulla convivii

“ Boni erit voluptas, quoniam pejora vincunt.

“ Matrem autem ego admoneo, et ipsam licet intelligentem,

“ Patri caro obsequium praestare Jovi; nè iterum

“ Jurget pater, et nobis convivium conturbet.

“ Si enim vult Olympius fulminator,

“ Ex sedibus omnia deturbare——: Is enim longè potentissimus est.

570

575

580

Ἄσπον ἰόν, ἕξος ἔξω ἱερυσάμενος παρὰ  
μητροῦ,

Οὐτάμηναι πρὸς στήθος.

————— Odyss. i, 500.

————— ὄθ' ἄρ' οὐ κορήνη οἱ δλιθρον

Χρασίμε σιδηρεῖη.————— Iliad. ἡ, 144.

Ἦς ἄρα τοῖς οὔτις δύνατο χραισμηῆσαι ὄλι-  
θρον.

Νήπιος, οὐδὲ τί οἱ χραισμηῆσαι λυγρὸν ὄλι-  
θρον.

Ver. 568.—βοῶπις.] Vide suprâ ad ver.  
551.

Ver. 569.—ἐπιγνάμψασα φίλον κῆρ.]  
Iram suam invitè cohibens ac sedans.

Ver. 572.—λευκωλένω Ἥρη.] Vide suprâ  
ad ver. 45. 58. 477. 528 et 551.

Ver. 575.—οὐδ' ἔτ' ἀνεκτά.] Al. οὐδὲ σ'  
ἀνεκτά.

Ver. 576.—ἐπεὶ τὰ χερεῖονα νικᾷ.]

—————ἔλιξε γὰρ τις, ὡς τὰ χεῖρονα

Πλείω βροτοῖσιν ἰστί τῶν ἀμεινόνων.

Eurip. Suppl. 196.

Ver. 580. Εἴπερ γὰρ κ' ἐθέλησιν————

Ἐξ ἐδέων στυφελίξαι.] Si στυφελίξαι Modi

Infinitivi hic intelligatur, elegans erit Ἀπο-  
σιώσησι: Si vult Jupiter è sedibus Omnes de-  
turbare; —poterit sanè: Vide suprâ ad ver.

155. Sin στυφελίξαι Modi Optativi accipiatu-  
rum sententia erit plena: Si velit Jupiter,

utique Omnes è sedibus suis deturbaverit. Prior  
ratio placuit Eustathio, posterior Henrico Ste-  
phanano in Annotat. ad Xenophontem, pag. 39.

Ἄλλὰ σὺ τόνγ' ἐπέεσσι καθάπτεσθαι μαλακοῖσιν  
 Αὐτίκ' ἐπεὶ ἴλαος Ὀλύμπιος ἔσσεται ἡμῖν.

“Ὡς ἄρ' ἔφη, καὶ ἀναίξας, δέπας ἀμφικύπελλον  
 Μητρὶ φίλῃ ἐν χερσὶ τίθει, καὶ μιν προσέειπε· 585

Τέτλαθι, μήτηρ ἐμῆ, καὶ ἀνάσχεο, κηδομένη περ,  
 Μή σε, φίλῃν περ εἴουσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδαμαι  
 Θεινομένην· τότε δ' οὔτι δυνήσομαι, ἀχνύμενός περ,  
 Χραιομεῖν· ἀργαλέος γὰρ Ὀλύμπιος ἀντιφέρεσθαι.

Ἦδη γὰρ με καὶ ἄλλοτ' ἀλεξέμεναι μεμαῶτα, 590

Ῥίψε, ποδὸς τεταγών, ἀπὸ βηλοῦ δεσπεσίοιο·  
 Πᾶν δ' ἤμαρ φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι  
 Κάππεσον ἐν Λήμνω· ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν·

Ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα.

“Ὡς φάτο· μεῖδῃσεν δὲ Θεὰ λευκώλενος Ἥρη· 595

“ At tu hunc verbis demulceto mollibus :

“ Statim deinde placidus Olympius erit nobis.

Sic dixit : et surgens, poculum duplex rotundum

Matri dilectae in manibus posuit ; et ipsam allocutus est :

585

“ Tolera, mater mea, et sustine, moesta quamvis sis ;

“ Nè te, tam caram *mihi* existentem, *his* oculis videam

“ Verberatam : tunc utique non potero, quamvis dolens,

“ Juvare : difficilis enim Olympius, cui resistatur.

“ Jam enim me et aliàs adjuvare studentem

590

“ Dejecit, pede prehensum, de limine divino :

“ Totam autem diem ferebar ; unâque cum sole occidente

“ Decidi in Lemno ; parùm autem jam animae inerat ;

“ Ibi me Sinties viri statim exceperunt cadentem.

Sic dixit : risit autem Dea candidas-ulas-habens Juno :

595

Ver. 584.—[δέπας ἀμφικύπελλον.] Schol. ἀμφοτέρωθεν κοῖλον. P. Victorius, *Variar. Lect. lib. 34. c. 22.* eruditè ex *Aristotele* ostendit, poculum hoc esse duplex ; fundo in mediâ sui parte, quod sit utrique poculo, et e-recto et inverso commune. Quod et notavit *Eustathius*. Alii poculum utrinque ansatum intingunt.

Ver. 586. Τέτλαθι. Τέτλας, καὶ (κατὰ μεταπλασμὸν) Τέτλαθι, ὡς Δίδιθι. Εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ Τλῆθι ἰγένετο κατ' ἀναδιπλασιασμὸν εἶχεν ἂν τὴν παραλήγουσαν μακράν. Schol. *Moschoruli*.

Ver. 587. Μή σε, φίλῃν περ εἴουσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδαμαι Θεινομένην.] Vis particulæ πρὸς hoc in loco ea est, ut sententia sit : “ Nè te, quam omnium maximè amo, cogar videre ” *varulantiem.*”

Ver. 590.—[μεμαῶτα.] Vide infra ad β', 818.

Ver. 591.—[ποδὸς τεταγών.] Pede prehensum et circumrotatum.

Ver. 593. Κάππεσον ἐν Λήμνω.] In insulâ nimirum sulphurosâ, et igne subterraneo fertâ. Cæterùm, decidere aliquo in loco, vel *aliquem in locum*, non unum idemque est. Nimirum qui erat in Lemno tum, cùm in Lemnum deciderat ; æquè rectè dicitur is, sive in Lemno decidisse, sive in Lemnum. At qui in lapillum deciderit, non utique et is itidem rectè dicitur decidisse in lapillo. Similitèr, qui humi sedet, æquè rectè dicitur sive in terram consedisse, sive in terrâ : At qui in flosculum consederit, non item rectè dicitur consedisse in flosculo. Qui in his et similibus loquendi rationibus, vocabulum alterum esse contendunt pro altero positum ; planè ineptiunt. Vide quæ Nos hæc de re ad *Cæsaris Commentar. de Bello Gallico, lib. 4. § 9.* Item infra, ad β', 156.

Ver. 594.—[κομίσαντο πεσόντα.] Vide supra, ad ver. 140.

Μειδήσασα δὲ, παιδὸς ἐδέξατο χεῖρὶ κύπελλον.

Αὐτὰρ ὁ τοῖς ἄλλοισι Θεοῖς ἐνδέξια πᾶσιν

Ῥινοχόει, γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσαν.

Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνώρητο γέλωσ μακάρεσσι Θεοῖσιν,

Ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δάματα ποιπνύοντα.

600

Ὡς τότε μὲν πρόπαν ἤμαρ ἐς ἥλιον καταδύντα

Δαίνυντ'· οὐδέ τι θυμὸς ἐδύετο δαιτὸς εἴσης,

Οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ' Ἀπόλλων,

Μουσᾶων δ', αἰ ἄειδον, ἀμειβόμεναι ὀπί καλῆ.

Αὐτὰρ ἐπεὶ κατέδυ λαμπρὸν φάος ἡλείοιο,

605

Οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστος,

Ἡΐχι ἐκάστω δᾶμα περικλυτὸς ἀμφιγυθείς

Ἥφαιστος ποίησ' εἰδυίησι πραπίδεσσι·

Ζεὺς δὲ πρὸς ὃν λέχος ἦι Ὀλύμπιος ἀστεροπητῆς,

Ἔνθα πάρος κοιμᾶθ', ὅτε μιν γλυκὺς ὕπνος ἰκάνοι·

610

Ἔνθα κἀθευδ' ἀναβάς· παρὰ δὲ, χρυσόθρονος Ἥρη.

Subridensque à filio accepit manu poculum.

At ille caeteris Diis à-dextrâ-exorsus omnibus

Fundebat dulce nectar ab craterè hauriens.

Immensus autem excitatus est risus beatis Diis,

Ut viderunt Vulcanum per aedes ministrantem.

600

Sic tunc totum diem usque ad solem occidentem

Convivabantur; neque quicquam animus indiguit dapibus aequalibus,

Nec citharâ perpulchrâ, quam tenebat Apollo,

Musisque, quae canebant, alternantes voce pulchrâ.

Caeterùm postquam occidit splendida lux solis,

605

Hi quidem decubitari abierunt domum unusquisque,

Ubi singulis domum inclytus utroque-pede-claudus

Vulcanus fecerat solertibus praecordiis:

Jupiter autem ad suum lectum abiit Olympius fulgurator,

Ubi antea dormiebat, quando ipsum dulcis somnus invaderet:

610

Illic dormiuit cum ascendisset; juxtaque, aureum-solium-habens Juno.

Ver. 599. Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνώρητο γέλωσ.] Vituperat hic Plato, non locutionem Poeticam, quae est pulcherrima; sed Rem ipsam.

Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ φιλογλωτᾶς γε ἴδι εἶναι. — Ὅστε ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου, κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἂν τις ποιῆ, ἀποδεικνύον· πολλὸν δὲ ἦσαν, ἴαν Θεοῦς. — Οὐκοῦν Ὁμήρου οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἀποδεικνύει περὶ Θεῶν, “Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνώρητο γέλωσ.” De Republ. lib. 5.

Ver. 600.—ποιπνύοντα.] Pincernam agentem, sed et claudè. Mirifici sunt hujus versus numeri, ad rem ipsam quasi depingendam. Vide infrâ ad γ', 365.

Ver. 602.—οὐδὲ τι θυμὸς.] Al. οὐδ' ἔτι θυμὸς.

Ibid.—δαιτὲς εἴσης.] Vide suprâ ad ver. 468.

Ver. 604.—καλῆ.] Vide infrâ ad β', 45.

Ver. 606.—ἔβαν οἰκόνδε.] Quâ ratione, ἔβαν, hic ultimam producat, vide suprâ ad ver. 51. et infrâ ad δ', 229.

Ver. 608.—ποίησ' εἰδυίησι πραπίδεσσι.] Eustathius testatur, Antiquos hoc modo scripsisse: —ποίησεν ἰδυίησι πραπίδεσσι.

Ver. 611. Ἔνθα κἀθευδ'.] Eustathius et Scholiastes scribunt: Ἔνθα καθευδ'. Nè scilicet, Modi esse Imperativi videretur. Quod sanè nihil opus.

Ibid.] Notat Scholiastes, Poetam in toto hoc primo libro nè unquam quidem inseruisse Similitudinem. Quod itidem doctissima Domina Dacier, et de primo *Odyssea* libro observavit. Narrationem nimirum inchoantem, paullo simplicior decuit et minùs sublimis oratio.



## ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ΡΑΨΩΔΙΑ ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Β΄.

Ἵπόθεσις τῆς Β΄. ΟΜΗΡΟΥ Ἵραψωδίας.

**ΖΕΥΣ** Ὀνειρον ἐπιπέμψας Ἀγαμέμνονι, παρακελεύεται τοὺς Ἕλληνας ἐξάγειν ἐπὶ τὸν πόλεμον· ὁ δὲ, πρότερον μὲν τῶν ἀρίστων συνέδριον συνήγαγεν· ἔπειτα δὲ ἐκκλησίαν ποιητάμενος, ἀποπειρᾶται αὐτῶν, παρακελευσάμενος φύγειν εἰς τὰς πατρίδας. Κατέχει δὲ αὐτοὺς Ὀδυσσεὺς Ἀθηναῖς προνοίᾳ, καὶ Νέστορ βεβαίῳ δημηγορήσας. Ἐῖτα τροφὴν ἀνιλόμενοι, ἐξοπλίζονται αὐτοὶ τε, καὶ οἱ ἡγεμόνες· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ Τρῶες, Ἰριδος αὐτοῖς ἀπαγγελιάσας. Κατάλογον δὲ ὁ Ποιητὴς ἐποίησε τῶν στρατευμάτων, καὶ τῶν νεῶν.

Α Λ Λ Ω Σ.

**ΖΕΥΣ**, ἐμίμητο γὰρ τῆς Θέτιδος ἱκεσίας, τῶν ἄλλων Θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ὕπνα σχολαζόντων, πρὸ ὀφθαλμῶν ποιούμενος τιμῆσαι τὸν τοῦ Πηλέως, Ὀνειρον Ἀγαμέμνονι πέμπει, κελύων αὐτῷ ἐκβάλλειν πάντας τοὺς Ἕλληνας εἰς τὴν μάχην, συμβουλεύων αὐτῷ δηλαδὴ καὶ τὸν Ἀχιλλεῖα παρακαλέσαι· ὁ δὲ, οὐ συνεῖς τὸ ὄναρ, ταῖς ἀριστεύουσιν αὐτὸ διηγεῖται· καὶ μετὰ τοῦτο εἰς ἐκκλησίαν ἀθροίσας πάντας Ἕλληνας, ὑπόπτως πρὸς αὐτοὺς διακειμένος, διὰ τὸ ἡγεῖσθαι τὸν Ἀχιλλεῖα ἐπιτιθέμενον αὐτοῦ τῇ ἀρχῇ, προσοικειοῦσθαι τὰ πᾶν πλῆθος, πειράζαν, φύγειν αὐτοὺς εἰς τὰς πατρίδας κελύει· οἱ δὲ οὐ συνέντες, ἐπὶ τὸ καθέκειν τὰς καῦς, καὶ εἰς τὰς πατρίδας ἀπαλλάττεσθαι χαροῦσιν. Ὀδυσσεὺς δὲ, ὑποθεμένης αὐτῷ Ἀθηναῖς, τοὺς μὲν ἀρίστους πειθοῖ κατέχει, τῶν δὲ στρατιωτῶν πικρῶς καθάπτεται· παίνει δὲ καὶ Θερσίτην, ἀμούσας πρὸς τὸν βασιλεῖα στασιάζοντα· καὶ τοὺς Ἕλληνας μείναι, καὶ τὴν Ἴλιον ἐλεῖν προτρέπει. Συμβουλεύσαντος δὲ καὶ Νέστορος τὰ αὐτὰ, Ἀγαμέμνονι θυσας τῷ Διὶ τοὺς γέροντας ἐστιᾶ· καὶ προτρέψάμενος τοὺς Ἕλληνας, ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐξάγει πάντας. Ἐξῆς ἐστὶν ὁ κατάλογος τῶν νεῶν, ἐφ' ὧν ἦλθον οἱ Ἕλληνες, καὶ τῶν ἡγεμόνων αὐτῶν, καὶ τῶν Τρῶων, καὶ τῶν ἐπικούρων.

## Ἐπιγραφαί.

"Ονειρος, καὶ Καταλογος, ἢ Βοιωτία.

" Ἄλλως.

Βῆτα δ' "Ονειρον ἔχει, ἀγορὴν, καὶ ἦσας ἀριθμεῖ.

" Ἄλλοι μὲν ῥα Θεοὶ τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ  
 Εὐδον παννύχιοι. Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος,  
 Ἄλλ' ὄγε μερμηρίζε κατὰ φρένα, ὡς Ἀχιλλῆα  
 Τιμήσῃ, ὀλέσῃ δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.  
 " Ἦδε δὲ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνεται βουλή,  
 Πέμφαι ἐπ' Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι οὐλον "Ονειρον  
 Καί μιν φωνήσας, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα:

5

CAETERI quidem Diique et homines bellatores-equestres  
 Dormiebant totam noctem; Jovem autem non tenebat dulcis somnus,  
 Verùm is anxie cogitabat animo, ut Achillem  
 Honoraret, perderetque multos ad naves Achivorum.  
 Hoc autem ei in animo optimum visum est consilium,  
 Mittere ad Atridem Agamemnonem perniciosum Somnium:  
 Et id compellans, verbis alatis allocutus est:

5

Ver. 1. " ἌΛΛΟΙ μὲν ῥα.] Zenodotus legit,  
 " Ἄλλοι. Quod est, οἱ ἄλλοι. Istud autem, ῥα,  
 vim habet in connectendâ sententiâ cum eo  
 quod præcessit, ἄ, 606. οἱ μὲν κακκείοντες  
 ἔσαν.

Ibid.—ἱπποκορυσταί.] Γελοῖος ὁ Ἀπίων ἱπ-  
 ποκορυστὰς ἀπέδωκε, τοὺς κόρυθας ἔχοντας ἱπ-  
 πείαις θρεῖζ' κικκομημένας. Εἰ γὰρ παρὰ τὴν  
 κόρυθ' συνέκλιτο, ἱπποκόρυθος ἂν ἐλίγητο. Νῦν  
 δὲ σημαίνει τὸν ἔφιππον ὀπλίτην κορυστὴν γὰρ  
 ἀπὸ μέρους ὁ ὀπλίτης καὶ μαχητής.—" Ἄνδρα  
 " κορυστήν." Porphyr. Quæstion. Homeric. § 15.

Ver. 2. Εὐδον παννύχιοι. Δία δ' οὐκ ἔχε  
 νήδυμος ὕπνος.]

—Somno positæ sub nocte silenti

Lenibant curas, et corda oblita laborum;

At non infelix animi Phœnissa; neque  
 unquam

Solvitur in somnos, oculisque aut pectore  
 noctem

Accipit. ————— ÆN. IV, 527.

Fuerunt inter Veteres, teste Eustathio, qui  
 hic legerent, ἔχιν νήδυμος ὕπνος. Fuerunt  
 porro, qui hoc, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπ-  
 νος, cum isto, ἔνθα καθυδ' ἀναβάς, in fine  
 præcedentis libri, rignare existimarent. In-  
 eptè admodum. Nam et istic (quod obser-

vavit Eustathius) καθυδὶν rectè dicitur is,  
 qui ad somnum captandum decumbit; et hic  
 (quod annotavit Scholiastes) de eo qui parùm  
 admodum dormierit, non minùs rectè dici-  
 tur, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.

Ver. 3. Ἄλλ' ὄγε μερμηρίζε κατὰ φρένα.]

—animum nunc huc celerem, nunc di-  
 vidit illuc;

In partesque rapit varias, perque omnia  
 versat. ————— ÆN. IV, 285.

Ver. 4.—ἔλιση δὲ πολέας.] Enuntiaba-  
 tur, ac si scriptum fuisset πολέας. Vide infrâ  
 ad ver. 811.

Ver. 5. " Ἦδε δὲ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνεται  
 βουλή.]

Hæc alternanti potior sententiâ visa est.

————— ÆN. IV, 287.

Ver. 6. Πέμφαι ἐπ' Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονι  
 οὐλον "Ονειρον.] Ἄ. ἐπ' Ἀτρεΐδῃ Ἀγαμέμνονα.  
 Porro et hic vituperat Homerum Plato: Διὶ  
 περὶ θεῶν καὶ λόγων καὶ ποιῶν, ὡς μήτε αὐτοὺς  
 γόητας τῶν μεταβάλλειν ἑαυτοῦς, μήτε ἡμᾶς  
 ψεύδεισι παραγγεῖν ἐν λόγῳ ἢ ἔργῳ.—Πολλὰ  
 ἄρα Ὁμήρου ἱστανούντες ἄλλα, τοῦτο οὐκ ἱσταν-  
 σόμεθα, τὴν τοῦ ἑνυσπίου πομπὴν ὑπὸ Διὸς τῶν  
 Ἀγαμέμνονι. De Republ. lib. 2. sub finem.  
 Sed vide infrâ ad ver. 12.

Βάσκι' ἴθι, οὐλε "Ονειρε, Δοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν	
Ἐλθὼν ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο,	
Πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορευέμεν, ὡς ἐπιτέλλω	10
Θωρηξῆαί ἐ κέλευε καρηκομῶντας Ἀχαιοὺς	
Πανσυδίη· νῦν γάρ κεν ἔλοι πόλιν εὐρυάγυιαν	
Τρώων οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες	
Ἀθάνατοι φεράζονται ἐπέγναμψεν γὰρ ἅπαντας	
"Ἡρη λισσομένη Τρώεσσι δὲ κῆδ' ἐφήπται.	15
"Ὡς φάτο· βῆ δ' ἄρ' "Ονειρος, ἐπεὶ τὸν μῦθον ἄκουσε·	
Καρπαλίμως δ' ἴκανε Δοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν	
Βῆ δ' ἄρ' ἐπ' Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα· τὸν δ' ἐκίχανεν	
Εὐδοντ' ἐν κλισίῃ, περὶ δ' ἀμβρόσιος κέχυθ' ὕπνος.	
Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, Νηληϊῶν υἱὶ ἰοικῶς,	20

" Vade, age, perniciosum Somnium, celeres ad naves Achivorum :

" Ingressum in tentorium Agamemnonis Atridae,

" Omnia valdè accuratè nuncia, sicut mando :

10

" Armare ipsum jube comatos Achivos

" Cum-omnibus-copiis; nunc enim capiat urbem latas-vias-habentem

" Trojanorum : non enim amplius diversè coelestes domos habentes

" Immortales sentiunt; inflexit enim omnes

" Juno supplicans : Trojanis autem mala impendent.

15

Sic dixit : ivit autem Somnium, postquam sermonem audivit ;

Protinusque pervenit celeres ad naves Achivorum :

Ivit utique ad Atridem Agamemnonem : hunc verò deprehendit

Dormientem in tentorio ; circumque dulcis fusus erat somnus.

Stetit autem supra caput, Neleio filio similis,

20

Ver. 8. Βάσκι' ἴθι.]

Vade, age, nate :— *Æn.* IV, 225.

" Cæterum, quis tam obtuso ingenio est,

" quin intelligat, βάσκι', ἴθι, verba duo idem

" significantia, non frustrà posita esse ex

" παραλλήλου, ut quidam putant; sed hor-

" tamentum esse acre imperatæ celeritatis?"

*Gell. lib. 13. cap. 23.*

Ver. 10.—ἀτρεκέως ἀγορευέμεν.] *Vcrè* ;

non ad narrationis sententiam, sed ad verbo-

rum narrationem : Ut rectè annotavit *Spon-*

*danus*. Quare meliùs latinè vertitur, *accu-*

*ratè*, quàm *verè*.

Ver. 11.—καρηκομῶντας.] *Crinitos*.

—*Crinitus* *Iopas*. *Æn.* I, 744.

Ver. 12. Πανσυδίη· νῦν γάρ κεν ἔλοι πόλιν.]

*Al. πασσυδίη*. Cæterum quas hic minutias

*Macrobius* (in *Sonn. Scip. l. 1. c. 7.*) aliique

commenti sunt, quo minùs in errorem *ne-*

*cessariò* inductus fuerit hoc somnio *Agamem-*

*non*; meræ sunt nugæ. Tota hæc Poetica

machinatio, id unum narrat; *Agamemno-*

*nem*, postquam discessisset *Achilles*, sibi ta-

men assentatum, sibi somniasse, sibi temerè

finxisse; urbem se Trojam, illo absente, posse

nihilominus expugnare. *Infrà ver. 57. Φῆ*  
*γὰρ ὅγ' αἰεθήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κίεην,*  
*Νήπιος.*

Ver. 15.—οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς.] " Quid est

" quod dicit, consensisse in excidium Trojæ

" omnes Deos, precibus motis Junonis?

" quod sequens historia manifestè refellit :

" Hoc igitur satis liquidè et planè falsum et

" fictum est." Ita *Vir Doctissimus, Came-*

*rarius*. Verùm, quàm supervacanea sit hæc

annotatio, vide *suprà ad ver. 12.*

Ver. 15.—Τρώεσσι δὲ κῆδ' ἐφήπται.] *He-*

*misticlium* hoc desumptum videtur ex se-

quente *ver. 32*. Olim hoc in loco legebatur,

*δίδομεν δὲ οἱ εὖχος ἀρῆσθαι*, vel, ut alii malue-

*runt, δίδομεν δὲ οἱ εὖχος ἀρῆσθαι. Aristot. Poet.*

*c. 23. et alibi*. Cæterum, quibus de causis

factæ fuerint hæc mutationes, meræ sunt in-

eptiæ : Vide *suprà ad ver. 12.*

Ver. 20. Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς.]

Devolat, et supra caput astitit.—

*Æn.* IV, 702.

*Ibid.*—*Νηληϊῶν υἱὶ ἰοικῶς.*]

Omnia *Mercurio* similis, vocemque colo-

remque. *Æn.* IV, 558.

Νέστορι, τὸν ῥα μάλιστα γερόντων τῷ Ἀγαμέμνων·  
 Τῷ μιν εἰσάμενος προσεφώνεε θεῖος Ὀνειρος·  
 Εὐδεις, Ἀτρείος υἱέ, δαΐφρονος, ἵπποδάμοιο ;  
 Οὐ χρεὴ παννύχιον εὔδειν βουληφόρον ἄνδρα,  
 ὦν λαοὶ τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε. 25  
 Νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα· Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,  
 Ὅς σευ, ἀνευθεν ἑὼν, μέγα κήδεται, ἧδ' ἐλαιρίζει·  
 Θωρηξάει σε κέλευσε κερηκομόωντας Ἀχαιοὺς  
 Πανσυδίη· νῦν γάρ κεν ἔλοις πόλιν εὐρυάγυιαν  
 Τρώων· οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς ὀλύμπια δάματ' ἔχοντες 30  
 Ἀθάνατοι φράζονται· ἐπέγναμψεν γὰρ ἅπαντας  
 Ἥρη λισσομένη· Τρώεσσι δὲ κήδ' ἐφῆπται  
 Ἐκ Διός· ἀλλὰ σὺ σῆσιν ἔχε φρεσὶ, μηδὲ σε λήθη  
 Αἰρείτω, εὖτ' ἂν σε μελίφρων ὕπνος ἀνήη.  
 Ὡς ἄρα φωνήσας ἀπεβήσατο· τὸν δ' ἔλιπ' αὐτοῦ 35  
 Τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμὸν, ἃ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλε·

Nestori, quem maximè senum honorabat Agamemnon.

Huic se cum assmilavisset, eum ita alloquebatur divinum Somnium :

“ Dormais, Atræi filii bellicosi, equum-domitoris ?

“ Non oportet per totam noctem dormire consiliarium virum,

“ Cui populi sunt commissi, et tanta curae sunt. 25

“ Nunc verò mihi mentem adhibe ocyùs ; Jovis enim tibi nuncius sum,

“ Qui de te, *quanquam* distans, valdè sollicitus est, et miseratur :

“ Armare te jussit comantes Achivos

“ Cum-omnibus-copiis ; nunc enim capias urbem latas-vias-habentem

“ Trojanorum : non enim amplius diversè coelestes domos habentes 30

“ Immortales sentiunt : inflexit enim omnes

“ Juno supplicans : Trojanis autem mala impendent

“ A Jove. Sed tu tuo tene animo, neque te oblivio

“ Capiat, quando te dulcis somnus dimiserit.

Sic quum dixisset, abiit ; illumque reliquit ibi 35

Ea cogitantem animo, quae non perfecta erant futura :

Ver. 22. Τῷ μιν εἰσάμενος.] Vide infra ad γ', 389.

Ver. 23. Εὐδεις, Ἀτρείος υἱέ.]

— potes hoc sub casu ducere somnos ?

Æn. IV, 560.

Ibid. — ἵπποδάμοιο.]

Picus, equum domitor. — Æn. VII, 189.

Lausus, equum domitor. — 651.

At Messapus equum domitor. — 691.

Ver. 24. Οὐ χρεὴ παννύχιον εὔδειν.] Quà ratione, παννύχιον, hic ultimam producat ; item γὰρ, ver. 39. vide supra ad á, 51.

Ver. 25. — ἐπιτετράφαται, — μέμηλε.]

Vide supra ad á, 37.

Ver. 27. Ὅς σευ, ἀνευθεν ἑὼν, μέγα κήδεσαι, ἧδ' ἐλαιρίζει.]

Imperio Jovis huc venio, qui —

— cælo tandem miseratus ab alto est.

Æn. V, 726.

Ver. 29. Πανσυδίη.] *Al.* Πανσυδίη.

Ver. 35. — ἀπεβήσατο.] Sic infra ver.

48. προσεβήσατο.] Editi hic plurimi habent, ἀπεβήσατο : a verbo ficto, βήσομαι. Vide infra ad í, 109.

Ibid. Ὡς ἄρα φωνήσας ἀπεβήσατο.]

— Sic fatus, nocti se immiserat atræ.

Æn. IV, 570.

Φῆ γὰρ ὄγ' αἰρήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κείνῳ,  
 Νήπιος· οὐδὲ τὰ ἤδη ἅ ῥα Ζεὺς μῆδετο ἔργα.  
 Θήσειν γὰρ ἔτ' ἐμέλλεν ἐπ' ἄλγέα τε στόναχάς τε  
 Τρωσί τε καὶ Δαναοῖσι διὰ κρατερὰς ὑσμίνας.  
 Ἔγρετο δ' ἐξ ὕπνου· θεῖή δέ μιν ἀμφέχουτ' ὀμφή·  
 Ἐξετο δ' ὀρθωθείς· μαλακὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα,  
 Καλὸν, νηγάτεον· περὶ δ' αὖ μέγα βάλλετο φᾶρος·

40

Putavit enim capturum se Priami urbem die illo,  
 Stultus; neque ea sciebat, quae Jupiter scilicet moliebatur opera.  
 Erat enim insuper impositurus doloresque suspiriaque  
 Trojanisque et Danais per acres pugnas.  
 Exspectatus igitur est somno; divinaque ei adhuc circumfusa erat vox:  
 Sedit autem arrectus, mollemque induit tunicam,  
 Pulchram, novam; circaque magnum sibi jecit pallium:

40

Ver. 57. Φῆ γὰρ ὄγ'.] Vide suprâ ad ver.  
 12.

Ver. 58. Νήπιος.]

Demens, qui ——— AEn. IX, 728. et  
 alibi.

Ibid. ——— ἅ ῥα Ζεὺς.] Vide suprâ ad ἄ, ver.

56.

Ver. 41. Ἔγρετο δ' ἐξ ὕπνου.]

Tum verò Æneas ———

Corripit è somno corpus — AEn. IV, 571.

Ibid. ——— θεῖή δέ μιν ἀμφέχουτ' ὀμφή.]

Qui hoc in alium sermonem convertere vol-  
 let, is demum, quæ sit horum vocabulorum  
 Vis et ἐνέργεια, sentiet. Domina Dacier non  
 male: "Il lui sembla que la voix divine ré-  
 pandit tout autour de lui, rétentissoit encore  
 à ses oreilles."

Ver. 42. Ἐξετο δ' ὀρθωθείς· μαλακὸν δ' ἔνδυνε  
 χιτῶνα.]

Consurgit senior tunicâque inducitur ar-  
 tus. AEn. VIII, 457.

Ver. 45. Καλὸν, νηγάτεον.] Occurrit hæc  
 vox, καλὸς, in Iliade et Odysseâ, amplius  
 ducenties et septuagies: Et his omnibus in lo-  
 cis priore semper product. Unde sequentes  
 mihi videor Observationes colligere, à ne-  
 mine, quod sciam, occupatas.

Primò. Poeticam, quam appellant, Licen-  
 tiam, non utique eam esse, quæ vulgò existi-  
 matur. Nam casu et fortuitò evenire omninò  
 non potuit, ut vox toties usurpata, syllabam  
 priorem nè SEMEL quidem corripere.  
 Vide suprâ ad ἄ, ver. 51. Pauca admodum,  
 imò paucissima sunt vocabula, quæ penulti-  
 mam habent ancipitem; ut ὕδωρ, &c.

Secundò. Homerum non Dialectis omnibus  
 promiscuè et ἀλόγως, sed eâ solummodò usum  
 esse, quæ inter Suos erat Ionico-Poetica: Ex  
 variis quidem illa Dialectis existens, non  
 communiter et universè, sed certâ quâdam

et constanti ratione, Poetis Ionicis (ut cre-  
 dere æquum est) usitatâ. In sermone At-  
 tico, vox καλὸς, Sophocli, Euripidi et Ari-  
 stophani, innumeris in locis (nescio annon in  
 Omnibus) corripitur. Atque hæc quidem  
 loquendi ratio, ignota erat Homero; Quem-  
 admodum ista Ionica-Poetica, καλῆιν, ἔμμι-  
 ναι, ἀγορεύειν, et similia, scriptoribus At-  
 ticis, Tragicis Comicisque non erant licita.  
 In linguâ Doricâ, vox καλὸς; itidem corripit-  
 tur: Ideòque apud Theocritum, qui dialecto  
 Ionicâ et Doricâ promiscuè usus est, sæpè  
 legitur correpta, sæpè producta; nonnun-  
 quam etiam uno eodemque in versu; ut,  
 ——— ᾧ Πολύφραμε, τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέ-  
 φανται. Quâ licentiâ Homerus nusquam est  
 usus; sicuti nec τᾶς, αὐτᾶς, βύλλᾶς, μούσᾶς, et  
 similibus.

Tertiò. Hinc mihi videor colligere, Hym-  
 num istum in Venerem, et Epigrammata quæ-  
 dam, Homero vulgò ascripta; non utique  
 Homeri esse, sed recentioris cujusdam Poete.  
 Legitur nimirum, Hymn. in Venerem, ver.  
 29.

Τῆδε πατήρ Ζεὺς δάκε ΚΑΛΟΝ γέρας, ἀντὶ  
 γάμοιο. Et ver. 622. Καί τε μετ' ἀθανάτοι-  
 σι ΚΑΛΟΝ χόρον ἠρώσαντο. (Licet poste-  
 rior iste versus sanari quidem possit, si legas,  
 ἀθανάτοις.) Similiter, Epigramm. 47. ver.  
 4.

Φρυγῆναί τε ΚΑΛΩΨ, καὶ τιμῆς ὄνον ἀρεσ-  
 θαι. Certè hæc ab Homero profecta nemo cre-  
 diderit, qui vocem istam in Iliade et Odysseâ  
 propè trecenties productam legerit, correptam  
 nè SEMEL quidem.

Quartò. Hinc mihi novo argumento con-  
 firmari videtur, Hesiodum non æqualem fuisse  
 Homeri, (nisi si fortè per longa regionum  
 intervalla linguis loquebantur planè diversis,) sed  
 recentiore multò: (Quod et aliunde

Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα·  
 Ἄμφι δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον 45  
 Εἴλετο δὲ σκῆπτρον πατρώϊον ἀφθιτον αἰεῖ,  
 Σὺν τῷ ἔβη κατὰ νῆας Ἀχαιῶν χαλκοχιτῶνων.  
 Ἦώς μὲν ῥα Θεὰ προσεβήσατο μακρὸν Ὀλυμπον,  
 Ζηνὶ φῶως ἐρέουσα καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν·  
 Αὐτὰρ ὁ κηρύκεσσι λιγυφθόβοισι κέλευε, 50  
 Κηρύσσειν ἀγορήνδε κερηκομώντας Ἀχαιοὺς·

Pedibus item sub nitidis ligavit pulchra calceamenta ;  
 Circumque humeros suspendit ensem argenteis-clavis ;  
 Acccepit autem sceptrum paternum incorruptum semper,  
 Cum quo ivit ad naves Achivorum aere-loricatorum.  
 Aurora quidem Dea descendit magnum Olympon,  
 Jovi lumen nunciatura et aliis immortalibus ;  
 Sed is praecones argutis-vocibus jussit,  
 Convocare ad concilium comantes Achivos : 45

censuit Cicero : “ *Homerus, inquit, multus, ut mihi videtur, ante saeculis fuit.*” lib. de Senectute.) *Hesiodus* nimirum, ut priorem in voce *καλός*, sæpè *producit*, [*Ἐργ. καὶ Ἠμέρ. lib. 1. ver. 196. Theogon. ver. 8. 17. 22. et alibi;*] ita eandem sæpè quoque *corripit* : [*Ἐργ. καὶ Ἠμέρ. lib. 1. ver. 65. Theogon. ver. 585 et 903.*] Neque hoc solum ; verum etiam, more *Dorico, ultimam* in vocibus *τροπᾶς, δεινᾶς, κούρας, Ἀρπυίας, μεταναίετας, βουλάς*, (quietiam et *λαγός* in accusativo plurali) *corripit* : [*Ἐργ. καὶ Ἠμέρ. lib. 2. ver. 182. 281. 295. Ἀσπίς Ἡρακλ. ver. 302. Theogon. ver. 60. 267. 401. 534. 654.*] Cujusmodi *Exempla* apud *Homerum* neutquam occurrunt. Similiter vocem *ὄπωρην*, cujus penultimam *Homerus* semper *producit*, *Hesiodus* recentiore pronuntiandi more *corripit* : [*Ἐργ. καὶ Ἠμέρ. lib. 2. ver. 33.*]

*Quintō*. Itaque rem minùs attigerunt *Proso- diae* *Scriptores*, qui vocem, *καλός*, priorem habere *communem* universè docent. “ *Καλός* “ *primam* habet *ancipitem*, sicque *passim* occur- rit.” *Phil. Labbe, Thesaur. Prosod. pag. 81.* Similem et in aliis vocibus errorem cre- rârunt. *Τίνω* apud *Homerum*, linguâ *Ionicâ* scilicet, priorem *producit* : Hinc idem vir doctus ; “ *Τίνω* (inquit) *primam* *producere* “ *debet, quamvis Euripides* alicubi *videatur* “ *corripuisse.*” *Prosod. pag. 127.* Immo verò non *videtur* *corripuisse*, sed (*Attico* videlicet *ero* *prologuens*) manifestò *corripuit* :

*Δικας τίνουσα τῆς ἐν Ἀδελίδι σφαγῆς. Iphig. in Taur. ver. 539. et alibi. Similiter φθίνω, φθάνω, et similia quædam, apud Homerum semper *producantur* ; quæ *Tragici* *Scriptores Attici* *corripuerunt* :*

*Νίω φθίνοντων, μίζῳν ἄρνευμαι κλέος.*

*Eurip. Alcest. ver. 56.*

*Ζητῶν φθίνει γὰρ καὶ μαραινεται νόσῳ.*

*Ibid. 201.*

*Τοὶ γὰρ φυτεύων παιδᾶς οὐκ' ἔτ' ἂν φθάνοις.*

*Ibid. 662.*

*Χωρεῖ τρίμουσα κῶλα, καὶ μόλις φθάνει.*

*Medea, 1169.*

Nihilo tamen minus, et apud *Homerum*, in linguâ utique *Ionicâ*, semper *corripuntur*, [*φθίνος*], ἀφθίτος, φθίνουσιν, ἀ φθίω ; φθάμενος, ἀ φθάνω ; et similia : Eâdem nimirum analogiâ, quæ ex *φαίνω* deducitur ἔφανεν, φάνερος, φάνερούμαι ; ex *μαρτύρομαι*, μαρτυρέομαι ; ex *κῆρυξ*, κῆρύξω ; ex *κρίνω*, κρίτος, ἀκρίτος, &c. Vide suprâ ad *α*, 309. 314. 338. et infrâ ad *ζ*, 434.

*Ver. 44. Ποσσὶ δ' ὑπαὶ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα.*

*Ἄμφι δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον.*

Et *Tyrrhena* pedum circumdat vincula plantis :

Tum lateri atque humeris *Tegeæum* subligat ensem.

*Æn. VIII, 458.*

*Ver. 48. Ἦώς μὲν ῥα Θεά.]* Vide suprâ ad *α*, 477.

*Ver. 49.—ἀθανάτοισιν.]* Vide suprâ ad *α*, 398.

*Ver. 51. Κηρύσειν ἀγορήνδε—, ἠγείραντο μάλ' ὄκα.]*

Ergo concilium magnum, primosque suorum

Imperio accitos, alta intra limina cogit.

Olli convenère, fluuntque ad regia plenis

Tecta viis. ——— *Æn. XI, 234.*

Οἳ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὄκα.

Βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἴζε γερόντων,

Νεστορέη παρὰ νηὶ Πυληγενέος βασιλῆος·

Τοὺς ὄγε συγκαλέσας, πυκινὴν ἤρτυνετο βουλὴν·

55

Κλῦτε, φίλοι, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν Ὀνειρος,

Ἀμβροσίην διὰ νύκτα· μάλιστα δὲ Νέστορι δίω,

Εἰδός τε, μέγεθός τε, φυὴν τ', ἀγχιστα ἑώκει.

Στῆ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς, καί με πρὸς μῦθον ἔειπεν·

Εὐδεις, Ἀτρέος υἱὲ, δαΐφρονος, ἵπποδάμοιο;

60

Οὐ χρὴ πανύχιον εὐδῆιν βουληφόρον ἄνδρα,

Ὡς λαοὶ τ' ἐπιτετράφαται, καὶ τόσσα μέμηλε.

Νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὄκα· Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,

Ὅς σευ, ἀνευθεν ἔαν, μέγα κήδεται, ἢδ' ἑλεαίρει·

Θωρηξάϊ σε κέλευσε καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς

65

Πανσυδίη· νῦν γὰρ κεν ἔλοις πόλιν εὐρυάγυιαν

Τρώων· οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες

Ἀθάνατοι φράζονται· ἐπέγναμψεν γὰρ ἅπαντας

Hi quidem convocârunt, illi autem frequentes affuerunt valdè celeriter. Consultationem verò primùm magnanimorum sedere jussit Senatorum, Nestoream apud navem Pylo-nati regis :

Quos ille cum cœgisset, prudentem struebat consultationem :

55

“ Audite, amici, divinum mihi in somnis venit Somnium,

“ Dulcem per noctem : maximè verò Nestori nobili,

“ Formâque, staturâque, corporisque habitu, simillimus erat.

“ Stetit autem supra caput, et ad me verba fecit :

“ Dormis, Atrœi fili, bellicosi, equùm-domitoris ?

60

“ Non oportet totam noctem dormire consiliarium virum,

“ Cui populique commissi sunt, et tanta curæ sunt.

“ Nunc verò mihi mentem adhibe ocyùs ; Jovis enim tibi nuncius sum,

“ Qui de te, *quantum* distans, valdè sollicitus est, et miseratur :

“ Armare te jussit comantes Achivos

65

“ Cum-omnibus-copiis ; nunc enim capias urbem latas-vias-habentem

“ Trojanorum : non enim ampliùs diversè coelestes domos habentes

“ Immortales sentiunt ; inflexit enim omnes

Ver. 55. Βουλὴν—ἴζε.] Veterum nonnulli legebant : Βουλῆ—ἴζε.

Ver. 57.—μάλιστα δὲ Νέστορι δίω, Εἰδός τε μέγεθός τε.] De isto, τί, vide ad α, 51,

Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque,

Et crines flavos, et membra decora juven-tæ. Æn. IV, 557.

Omnia longævo similis, vocemque coloremque,

Et crines albos, et sæva sonoribus arma.

Æn. IX, 650.

Ver. 65—70. Θωρηξάϊ σε κέλευσε, &c.—“ Ὄς ὁ μὲν εἶπεν.] Zenodotus, teste Eustathio, ad evitandam ταυτολογίαν, versus hosce (id quod Veteres tamen non approbârunt) hoc modo contraxit :

Ἦνώγει σε πατὴρ ἰψίζυγος, αἰθερι ναίων, Τρωσὶ μαχήσασθαι πρὸς Ἴλιον· Ὄς ὁ μὲν εἶπεν, &c.

Ver. 66. Πανσυδίη.] ΑΙ. Πασσυδίη.

Ἦρη λισσομένη· Τρώεσσι δὲ κήδ' ἐφῆπται	
Ἐκ Δίος· ἀλλὰ σὺ σῆσιν ἔχε φρεσίν. Ὡς ὁ μὲν εἰπὼν	70
Ὡίχετ' ἀποπτάμενος· ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὕπνος ἀνήκεν.	
Ἄλλ' ἀγέτ', αἰ' κέν πως θωρήξομεν υἱας Ἀχαιῶν·	
Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἧ θέμις ἐστί,	
Καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήϊσι κελεύσω	
Ἵμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν.	75
Ἦτοι ὄγ' ὡς εἰπὼν, κατ' ἄρ' ἔζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη	
Νέστωρ, ὅς ῥα Πύλοιο ἀναξ ἦν ἡμαθόεντος,	
Ὅς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν·	
ὦ φίλοι, Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες,	
Εἰ μὲν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἐνισπε,	80
Ψεῦδός κεν φαῖμεν, καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον·	
Νῦν δ' ἴδεν, ὅς μὲγ' ἀριστος ἐνὶ στρατῶν εὐχεται εἶναι.	
Ἄλλ' ἀγέτ', αἰ' κέν πως θωρήξομεν υἱας Ἀχαιῶν.	
Ὡς ἄρα φωνήσας, βουλῆς ἐξῆρχε νέεσθαι.	
Οἱ δ' ἐπανέστησαν, πείθοντό τε ποιμένοι λαῶν,	85
Σκηπτοῦχοι βασιλῆες· ἐπεσσεύοντο δὲ λαοί.	
Ἦύτε ἔθνεα εἴσι μελισσῶν ἀδινάων,	

“ Juno supplicans : Trojanis verò mala impendent	
“ A Jove : Sed tu tuo tene animo. Sic illud loquutum	70
“ Abiit avolans ; meque jucundus somnus reliquit.	
“ Verùm agite, si quo modo armemus filios Achivorum.	
“ Primùm autem ego verbis tentabo, quatenus fas est,	
“ Et fugere cum navibus multorum-transtrorum jubebo :	
“ Vos autem aliunde alius cohibete verbis.	75
Ille quidem sic loquutus, consedit. His autem surrexit	
Nestor, qui Pyli rex erat arenosae,	
Qui ipsis prudens concionatus est, et dixit :	
“ O amici, Argivorum ductores et principes,	
“ Siquidem aliquis somnium Achivorum alius dixisset,	80
“ Mendacium diceremus, et aversarem magis :	
“ Nunc autem vidit is, qui se longè praestantissimum in exercitu gloriatur esse.	
“ Verùm agite, si quo modo armemus filios Achivorum.	
Sic loquutus, concilio inceptit excedere.	
Hi autem surrexerunt, parueruntque pastori populorum,	85
Sceptrigeri reges : accurrebant autem interea populi.	
Sicut gentes eunt apum confertarum,	

Ver. 71.—ἀποπτάμενος· ἐμὲ δέ.] Vide supra ad 4, ver. 51.

Ver. 75. Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι.] Ἴνα πείραν τῆς ἀρετῆς αὐτῶν λάβῃ, καὶ μὴ ἱσπαχθῆς ἧ, πολυεμεῖν ἀναγκάζων ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Dion. Hal. περὶ τῆς Ὀμηροῦ ποιήσεως, cap. 20. Veritus nimirum nè, discessu Achillis, mili-

tum à se voluntates alienàsset. Vide infrà ad ver. 110.

Ver. 87.—95. Ἦύτε ἔθνεα εἴσι μελισσῶ-  
ων.— Ὡς τῶν ἔθνεα—ἰλαδὸν εἰς ἀγορήν.]  
Qualis apes æstate novâ per florea rura  
Exercet sub sole labor, cùm gentis adultos  
Educunt foetus, aut cùm liquentia mella



Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἔρχομενάων,  
 Βοτρυδὸν δὲ πέτονται ἐπ' ἀνθεσιν εἰαρινοῖσιν,  
 Αἰ μὲν τ' ἔνθα ἄλις πεποτήαται, αἰ δέ τε ἔνθα. 90  
 "Ὡς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων  
 Ἡΐονος προπάροιδε βαθείης ἐστιχώοντο  
 Ἰλαδὸν εἰς ἀγορῆν· μετὰ δὲ σφισιν Ὀσσα δεδήει,  
 Ὀτρύνουσι ἴναι, Διὸς ἄγγελος· οἱ δ' ἀγέροντο·  
 Τετρήχει δ' ἀγορῆ, ὑπὸ δ' ἐστοναχίζετο γαῖα, 95  
 Λαῶν ἰζόντων, ὄμαδος δ' ἦν ἐννέα δέ σφειας  
 Κήρυκες βοῶντες ἐρήτυον, εἴποτ' αὐτῆς

E petrâ cavâ semper recens venientium,  
 In modum racemi autem volant super floribus vernis,  
 Et aliae hâc affatim volant, aliae illâc: 90  
 Sic horum gentes multae à navibus et tentoriis  
 Littus ante immensum procedebant ordine  
 Turmatim ad concionem; interque ipsos Fama accendebatur,  
 Incitans ire, Jovis nuncia: Hi itaque congregati erant:  
 Tumultuabatur autem concio, subtusque gemebat terra, 95  
 Populis sedentibus; clamorque inconditus erat: novem autem ipsos  
 Praecones vociferantes cohibebant, si quando à clamore

Stipant, et dulci distendunt nectare cellas,  
 Aut onera accipiunt venientium, aut ag-  
 mine facto  
 Ignavam fucos pecus à praesepibus arcent:  
 Fervet opus, redolentque thymo fragrantia  
 mella. *Æn.* I, 455.  
 Ac veluti in pratis, ubi apes aestate serenâ  
 Floribus insidunt variis, et candida cir-  
 cum  
 Lilia funduntur; strepit omnis murmure  
 campus. *Æn.* VI, 707.  
 In hâc Similitudine, suam habet Pulchritu-  
 dinem sua utriusque Poetae loquendi ratio.  
 Τὸν ἀθροισμὸν, καὶ τὴν πολυπλήθειαν μετ' εὐ-  
 σαφείας, ἀπείκασε μελίσσαις. *Dionys. Halic.*  
 περὶ τῆς Ὀμήρου ποιήσεως, cap. 10. Atque  
 eâ quidem tenus, comparatio Utrique com-  
 munitis. *Macrobii* (lib. 5. c. 11.) *Virgiliūm*  
 hoc in loco praefert: "Vides descriptas apes  
 à Virgilio *Opifices*, ab Homero *vagas*?  
 "alter discursum, et solam volatūs varieta-  
ἔχοντες." *Secundò*, ὅτι οὐκ οἶδεν λινοῖς θῶρεσσι χρωμένους τοὺς Ἕλληνας ὁ ποιητής. *Tertio*, ψεῦδος καὶ τὸ, Ἐρχεῖθ' ἰκέαστο πανέλληνας. Verum hæc omnes rationes, admodum sunt futiles. *Primò* enim, istud, ἴσον θυμὸν ἔχοντες, nihil impedit quominus *Statuta* fuerit Alter Altero minor. *Secundò*; Quamvis Græcos in universum appellet Poeta χαλκοχιτώνας, tamen nihil intercedit quominus *Ajax* iste fuerit λινοθήρηξ, quemadmodum *Adrastus* et *Amphius* inter Trojanos, *infra*, ver. 850. *Præcipuè* cùm et, notante Scholiaste, οἱ τοξόται λινοῦς θώρακας φοροῦσιν. *Tertio*; Istud, ἐρχεῖθ' ἰκέαστο πανέλληνας, non necessariò indicat, hunc planè et omnino Omnibus superiorem fuisse, sed Hastæ mittendæ peritiā inter Omnes eximium: Certè Scholiastes in *Thucydidem*, lib. 1. sub *initio*, videtur legisse,———ἰκέαστο ἄν' Ἕλληνας καὶ Ἀχαιοῦς. Multo majoris momenti est, quod ex *Zenodoto* affert *Eustathius*:

Ἄλλὰ πολὺ μείων ὀλίγος μὲν ἔην, λινοθώρηξ,  
 Ἐγχείη δ' ἐκέαστο πανέλληνας καὶ Ἀχαιοὺς.  
 Οἱ Κῦνόν τ' ἐνέμοντ', Ὀπόεντά τε, Καλλιάρον τε,  
 Βῆσσαν τε, Σκάρφην τε, καὶ Αὐγείας ἑρατεινάς,  
 Τάρφην τε, Θρόνιον τε, Βοαργίου ἀμφὶ ῥέεθρα·  
 Τῶ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιнай νῆες ἔποντο  
 Λοκρῶν, οἱ ναίουσι πέρην ἱερῆς Εὐβοίης.

530

535

Οἱ δ' Εὐβοίαν ἔχον μένεα πνεύοντες Ἄβαντες,  
 Χαλκίδα τ', Εἰρέτριάν τε, πολυστάφυλον δ' Ἰστίαίαν,

Sed multò minor: Parvus quidem erat, lineum-thoracem-gestans,  
 Hastae autem peritiâ eximius erat inter omnes Graecos et Achaivos.)  
 Quî Cynumque colebant, Opœntaque, Calliarumque,  
 Bessanque, Scarphenque, et Augias amoenas,  
 Tarphenque, Throniumque, Boagrii circa fluenta:  
 Hunc autem simul quadraginta nigrae naves sequebantur  
 Locrensiûm, qui habitant ultra sacram Euboeam.  
 Quî autem Euboeam tenebant, robur spirantes Abantes,  
 Chalcidaque, Eretriamque, abundantemque uvis Histiaeam,

530

535

Οὐ λέγει, φησὶν, "Ἕλληνας ὁ Ποιητής· ἀλλ' Ἀργείους, Δαναοὺς, Ἀχαιοὺς· διότι οὐδὲ Ἑλλάδα φησὶν τὴν οἰκουμένην ὑπὸ Ἑλλήνων χωρῶσαν, ἀλλὰ μίαν τινὰ πόλιν Θεσσαλικήν, καὶ τοὺς ἐπιπέδην Ἕλληνας. Et ex Thucydidæ Barnesius: "Ὀμηρος οὐδαμῶς τοὺς ζῦμπαντας ἀνόμασεν Ἕλληνας, οὐδ' ἄλλους ἢ τοὺς μετ' Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος, οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνας ἦσαν. Δαναοὺς δὲ ἐν τοῖς ἔσσι, καὶ Ἀργείους, καὶ Ἀχαιοὺς ἀνακαλεῖ. Lib. I. sub ἠηλίο. Hæc quantum habeant ponderis, judicet Lector eruditus.

Vcr. 529. Ἄλλὰ πολὺ μείων.] Vide suprâ ad α', 51.

Vcr. 537. — πολυστάφυλον δ' Ἰστίαίαν.] Fuerunt qui legerent, Ἰτῖαιαν. Sed nihil opus. Nihil enim usitatius, quàm syllabam Vocali brevi constantem, sequentibus duabus consonantibus à quibus syllaba inchoari possit, corripî. Ut Διγυῖσπας, Ἠλέκτρωνος, ἀστράκτυλίδες, ἀγρῦπνος, ῥυθμός, πύκνοι, τρύχνα, ὄκητρον, δάφνη, ἀρίστηποι, μᾶστέων, κᾶπνους, δᾶκνει, ἴχνος, τέκνον, τέκμαρ, δυστέκμαρτον, κύκνος, ἰκνοίμαι, στᾶθμός, τροσπῆνῶ, δρᾶκμη, ἄκμη, ἐρίτμος, τέχνη, πῶτμος, ὕπνος, λῦχος, λέκτρον, &c. Iliad. 1, 532. Odys. δ', 83. 127. 229. ζ', 265. 286. Hesiod. Ἄσπ. 5. 16. 35. 82. 86. Theocrit. 4, 52. 24, 104. 26, 25. 22, 126. 10, 37. 24, 35. 1, 115. 14, 48. Euripid. Phœniss. 419. Hippolyt. 954. Sophocl. Philoctet. 1351. Et pessim. Notandum tamen, in Poemate Epico, ubi oratio grandis et sublimis esse debet, et à sermone vulgari quàm maximè distare; hu-

jusmodi syllabas multò rariùs correptas occurrere, quàm apud alios Poetas.

Similiter apud Latinos, Quintilianus docet, "Agrèstem," syllabam mediam corripere, nisi quatenùs propter positionem produci potest. Lib. 4. c. 9. Item Gellius, vocem "dictito" primam corripere; et, "quiesco," apud nonnullos, corripere secundam. Lib. 9. c. 6. et Lib. 6. c. 15. Quin et apud Comicos scriptores, (qui celerem loquendi rationem vulgo in sermonis consuetudine usitatam exhibent; "iste, istic, istuc," et similia, syllabam priorem persæpè corripunt.

Quinimò et, quod magis mirandum, vocalem brevem observârunt veteres, sequentibus etiam istiusmodi consonantibus duabus, à quibus syllaba inchoari non possit; tamen raptim enuntiarî, et (ut ex scriptoribus Comicis liquet) nonnunquam syllabam efficere correptam. "Indoctus" dicimus, brevi primâ literâ; "insanus," productâ; "inhumanus" brevi, "infelix" longâ. Et, nè multis: Quibus in verbis ea prima litera sunt, quæ in "Sapiente" atque "Felice," productâ dicuntur; in cæteris verò omnibus breviter. Cicero apud Gellium, lib. 2. cap. 17.

Cæterùm hæc omnia (ut dixi) ita sunt intelligenda, si Vocalis sit brevis. Nam quibus in syllabis Vocalis naturâ sit Longa, (nisi si fortè Comicorum excipiendæ erunt festivitates nonnullæ, quæ non sunt hujus loci;) hæc ut corriperebantur syllabæ, si vel una sequatur Consonans, (ut arare, simulare;

Κήρινθόν τ' ἔφαλον, Δίου τ' αἰπὺ πολίεθρον,  
 Οἳ τε Κάρυστον ἔχον, ἧδ' οἳ Στύρα ναιετάασκον·  
 Τῶνδ' αὖθ' ἠγεμόνευ' Ἐλεφώνωρ, ὄζος Ἄρηος,  
 Χαλκωδοντιάδης, μεγαθύμων ἀρχὸς Ἀβάντων 540  
 Τῶ δ' ἄμ' Ἄβαντες ἔποντο Δοῖι, ὄπιθεν κομόωντες,  
 Αἰχμηταί, μεμαῶτες ὄρεκτῆσι μελίησι  
 Θώρηκας ῥήξειν δῆϊων ἀμφὶ στήθεσσι·  
 Τῶ δ' ἄμα τεσσαράκοντα μέλαινα νῆες ἔποντο. 545  
 Οἳ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον, εὐκτίμενον πολίεθρον,

Cerinthumque maritimam, Diique altam urbem,  
 Quique Carystum tenebant, et qui Styra habitabant :  
 Horum utique dux erat Elephenor, ramus Martis, 540  
 Chalcodontiades, magnanimorum princeps Abantum :  
 Hunc autem simul Abantes sequebantur veloces, occipite comantes,  
 Bellatores, docti porrectis hastis fraxineis  
 Thoraces dirumpere hostium circa pectora :  
 Hunc autem simul quadraginta nigrae naves sequebantur. 545  
 Qui porro Athenas tenebant, benè-aedificatam urbem,

τιμῆ, νῆα, ψυχῆ; μαρτυρομαι, κρῖνομαι, in presentibus scilicet et imperfectis;) multò magis si binæ sequantur Consonantes, (ut arātrum, simulāchrum, ἰᾶτρος, θεᾶτρον, et similia;) Hæc, inquam, syllabæ ut corripereunt, nullâ unquam licuit Licentiâ.

Pessimè igitur Vir doctissimus, *Phil. Labbeus*, (Dialect. Ling. Græc. cap. 9. § 2.) "*Vocales LONGÆ* (inquit) *corripi possunt in Carmine, per solam Systolam puramque Licentiam; cùm palam et apertè LONGA brevatur; ut secunda in λιγύφθογγος.*" Pessimè (inquam) hallucinatus est Vir doctissimus. Non enim *Longa* est *Vocalis* ista, sed *Brevis*; ut liquet in vocibus, λιγύφθογγος, *Odys.* γ', 176. *Iliad.* τ', 350. Et quòd λιγύφθογγος secundam nonnunquam producat, *positioni soli* debetur; sicuti *tenebræ, volucris*, et similia, apud Latinos.

Denique hinc intelligi potest, quâ ratione de sententiâ istâ *Demosthenis*, [Τούτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε τῆ πόλις περιστάτα κίνδυνον παρελθεῖν ἐποίησεν ὡςπερ νέφος,] dixerit *Longinus*, § 58. "Ὅλον τε γὰρ ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν εἰρηται βυθμῶν. Rectè enim dispartitis syllabis, [Τούτο τὸ | ψήφισμα | τὸν τότε | τῆ πόλις | περιστάτ | τα κίνδυ | νον παρελ | θεῖν ἐπὶ | ηεν ὡς | περ νέφος,] liquet totam sententiam ex *Dactylis* constare septem, *Anapaestis* (qui et ipsi sunt βυθμοὶ dactylīci) *Duobus* et *Cretico* (qui et ipse generis est dactylīci) uno tantum. Nempe ψήφισμα dactylus est, ut liquet ex futuro ψήφισσω. Τῆ πόλις, pro dactylo haberi potest; quia diphthongus ei ex *Vocalibus* brevibus composita, quasi *Positione solâ* (quæ in oratione prosaicâ

raptim pronuntianti quodammodo evanescit) producit. Τα κίνδυ, *Anapaestus* est: Nam syllaba δν producit, et κίν (*positione tantum longa*) pronuntiabatur correpta. — Non παρελ, *Dactylus* est, quomodo suprâ est explicatum. Et, θεῖν ἐπὶ, *Dactylus* est propter sequentem *Vocalem*. Et, ηεν ὡς, *Unicus* est *Creticus* sive *Anphimacer*.

*Ver.* 559.—*ναιετάασκον.*] Non à verbo, *ναιετάασκω*; quod nullum est, ut rectè annotavit *Scholastes*: Sed à *ναιετάω*.

*Ver.* 545.—*μεμαῶτες ὄρεκτῆσι μελίησι.*] Οἳ μὲν τηλεβόλοι χρωῖνται, καθάπερ οἱ ποζόται καὶ οἱ σφινδοῆται, καὶ ἀκοντισταί· εἰ δ' ἀγχεμάχοις, καθάπερ οἱ ἕψοι καὶ δορασι τῶ ὄρεκτῶ χρωῖνται. Διττῆ γὰρ ἡ τῶν δοράτων χρεῖσις.—καὶ γὰρ συστάδην χρωῖμεθα, καὶ ποσοβολοῦντες.—Οἳ δ' εὐδοεῖς ἀγαθὸ ὑπῆρξαν πρὸς μάχην τὴν σταδίαν, ἢ καὶ συστάδην λέγεται, καὶ ἐκ χειρὸς. Δόρασι δὲ χρωῖνται τοῖς ὄρεκτοῖς, ὡς φησὶ ὁ ποιητὴς, "Αἰχμηταί" *μεμαῶτες ὄρεκτῆσι μελίησι.*" *Strab.* lib. 10. Alii legunt ὄρεκτῆσιν. Sed perinde est: Vide suprâ ad α', 51. De voce, *μεμαῶτες*, vide infrâ ad *ver.* 818.

*Ver.* 544.—*δηϊων.*] *Veteres*, ut testatur *Eustathius*, legebant *δηων*.

*Ver.* 545.—*μέλαινα νῆες ἔποντο.*] Vide suprâ ad *ver.* 494.

*Ver.* 546. Οἳ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον, εὐκτίμενον πολίεθρον.] Quàm absurdū sint, quī Ἀθήνας hic in genitivo, semidoricè scilicet, ab *Homero* positum esse posse existimārint; videas in *Actis Erudit.* *Lipsiens.* ad *Jun.* 1712. pag. 511.

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη  
Θρέψε, Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ Ζεΐδωρος Ἄρουρα,  
Κὰδ δ' ἐν Ἀθήησ' εἴσεν, ἑῷ ἐνὶ πῖονι νηῷ.

Ἐνθάδε μιν ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἰλάονται 550

Κοῦροι Ἀθηναίων, περιτελλομένων ἑνᾶυτῶν·

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ', υἱὸς Πετεῶο, Μενεσθεύς.

Τῷ δ' οὔπας τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ,

Κοσμηῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας·

Νέστωρ οἶος ἔριζεν· ὁ γὰρ προγενέστερος ἦεν 555

Τῷ δ' ἄμα πεντήκοντα μέλαινα νῆες ἔποντο.

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

Στῆσε δ' ἄγων, ἴν' Ἀθηναίων ἴσταντο φάλαγγες.

Civitem Erechthei magnanimi, quem olim Minerva

Nutrivit, Jovis filia, (peperit verò alma Tellus,)

Et Athenis collocavit, suo in pingui templo :

Illic ipsam tauris et agnis placant

550

Fili Atheniensium, circumvolutis annis :

His utique praeerat filius Petei Menestheus.

Huic haud quisquam similis inter terrestres fuit vir,

In instruendis equis et viris scutatis :

Nestor solus contendebat : hic enim aetate grandior erat :

555

Hunc autem simul quinquaginta nigrae naves sequebantur.

Ajax autem ex Salamine ducebat duodecim naves,

Constituitque ducens, ubi Atheniensium stabant phalanges.

Ver. 547. Δῆμον Ἐρεχθῆος.] Δῆμος, hoc in loco, idem ferè est quod latinè *Civitas*. Quo de vocabulo Gellius, ex Verrio Flacco; (lib. 18. c. 7.) "*civitatem dici et pro loco, et pro oppido, et pro jure quoque omnium, et pro hominum multitudine.*" Inter Recentiores itidem Vir doctissimus Joann. Davisius, in *Curis secundis ad Caesaris lib. 3. 15. de Bello Civili*, pag. 474. (citatis verbis istis ex lib. 3. c. 20. [al. 21.] de Bello Gallico; "*Tolosa, Carcasone, et Narbone, quæ sunt Civitates Gallia Provincia finitimæ;*") *Per Civitates*, inquit, *necessariò denotantur Urbes*. Reprehenditque quæ nos alicubi de vocabulorum istorum usu *Cæsareano* annotāramus. Atqui *Tolosa, Carcaso, et Narbo*, quidni tam et *civitates* esse potuerant, quàm *urbes*? Certè, quòd et è *lib. 1. c. 22.* [al. 21.] *de Bello Civili* affert, "*ex civitate expulsos;*" significat, non *ex urbe* modò, sed et *ex civitate* expulsos. Quodque ibidem *lib. 1. c. 1.* dicitur, *Referunt Consules de Rep. in Civitate;*" et ipse à *Librario* arbitratur insertum.

Ver. 548. ——— τέκε δὲ Ζεΐδωρος Ἄρουρα.] Erat nimirum αὐτόχθων, non *Advena*.

ΤΟΜ. I.

Ver. 549. ——— ἐνὶ πῖονι νηῷ.] Vide suprà ad *á, 40.*

Ver. 550. Ἐνθάδε μιν ——— ἰλάονται.] Αὐτὸν, τὸν Ἐρεχθῆα Schol. Quod est mirum valdè. *Eustathius*, τὴν Ἀθηναίων ἰλάσκονται. Cæterum *Alii* hîc, pro *ἐνθάδε*, legunt *ἐνθα δὲ*.

Ver. 551. ——— περιτελλομένων ἑνᾶυτῶν.] Κατὰ πενταετηρίδα. *Eustath.*

———volventibus annis. *Æn. I, 258.*

Ver. 555. Τῷ δ' οὔπας τις ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ.]

———quo non præstantior alter,

Ære ciere viros. ——— *Æn. VI, 164.*

Cæterum *Alii* hîc legunt, οὔπας. Item *Alii*, ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν, et, ἐπιχθονίος γένετ' ἀνὴρ. Quæ omnia eodem redeunt.

Ver. 556. ——— μέλαινα νῆες ἔποντο.] Vide suprà ad *ver. 494.*

Ver. 558. Στῆσε δ' ἄγων, ἴν' Ἀθηναίων ἴσταντο φάλαγγες.] Refert *Demosthenes*, cùm *Salamis* ab *Atheniensibus* descivisset, *Solonem*, compositis (etiam cum capitis sui periculo) *elegiacis* versibus, populares suos commovisse vehementer, et, ut provincia ista recipe-retur, effecisse. Ἐκείνος μὲν γὰρ, ἀφιστηκίας Σαλαμῖνος Ἀθηναίων, καὶ θάνατον ζημίαν ψη-  
G

<p>Οἳ δ' Ἄργος τ' εἶχον, Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν,          Ἑρμιόνην, Ἀσίνην τε, βαθὺν κατὰ κόλπον ἐχούσας,          Τροϊζῆν', Ἠϊόνας τε, καὶ ἄμπελόεντ' Ἐπίδραρον,          Οἳ τ' ἔχον Αἴγινα, Μάσητά τε, κοῦροι Ἀχαιῶν·          Τῶνδ' αὖθ' ἠγεμόνευε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης,          Καὶ Σθέnelος, Καπανῆος ἀγακλειτοῦ φίλος υἱός·          Τοῖσι δ' ἄρ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν ἰσόθεος φῶς,          Μηκιστέως υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἀνακτος.          Συμπάντων δ' ἠγεῖτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης·          Τοῖσι δ' ἄρ' ὀδῶνκοντα μέλαιναί νῆες ἔποντο.          Οἳ δὲ Μυκῆνας εἶχον, ἔυκτίμενον πτολίεθρον,          Ἀφνειὸν τε Κόρινθον, ἔυκτιμίνας τε Κλεωνάς,</p>	<p>560</p> <p>565</p> <p>570</p>
--	----------------------------------

<p>Qui autem Argosque tenebant, Tirynthaque benè-munitam,          Hermionem, Asinemque, profundum sinum habentes,          Troezena, Eionasque, et vitibus-cositam Epidaurum,          Quique tenebant Aeginam, Masetaque, juvenes Achivorum:          His porro praeerat bello strenuus Diomedes,          Et Sthenelus, Capanei inelyti dilectus filius:          Cum his verò simul Euryalus tertius ibat similis-deo vir,          Mecistei filius Talaïonidae regis:          Universis autem praeerat bello strenuus Diomedes:          Hosque simul octoginta nigrae naves sequebantur.          Qui autem Mycenae tenebant, benè-aedificatam urbem,          Opulentamque Corinthum, benèque structas Cleonae,</p>	<p>560</p> <p>565</p> <p>570</p>
---	----------------------------------

Φισαρέων, ἂν τις εἴπῃ κομίζεσθαι τὸν Ἴδιον κίνδυνον ὑποθεῖς, ἐλεγεία ποιήσας ἧδ'· καὶ τὴν μὲν χώραν ἔσωσε τῇ πόλει, τὴν δ' ὑπάρχουσαν ἀισχύνην ἀπέλλαξεν. *De falsâ legatione*, pag. 552. edit. Francofurt. 1604. Alii Scriptores ferè omnes, *Homeri* insuper auctoritate usum *Solonem* testantur; citatis duobus hisce versibus, Ἀίας δ' ἐκ, &c.

Ἀθηναῖοι Ὀμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο περὶ Σαλαμῖνος.

*Aristot. Rhetor. lib. 1. cap. ult.*

Ἔνιοι δὲ φασὶ καὶ ἰγγράφαι αὐτὸν [Σόλωνα] εἰς τὸν κατάλογον τοῦ Ὀμήρου (μετὰ τὸν, "Ἀίας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγειν δυοκαίδεκα νῆας,") Στήσι δ' ἄγων ἢ Ἀθηναίων ἴσαντο φάλαγγες. *Laert.* in vitâ *Solonis*. Quem locum *Latinus Interpres*, quoniam παρεμβόσεις signa adjecta non essent, minimè intellexit. Verba *Laertii* aliter emendant *Is. Casaubonus* et *Menagius*, ex conjecturâ: sed sententia eadem est.

Καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον. Τὸ δὲ παλαιὸν περὶ Μεγαρέας ὁπῆξεν αὐτοῖς ἔξω περὶ αὐτῆς καὶ φασιν οἳ μὲν Πισισσάων, οἳ δὲ Σόλωνα παραγραφάαντα ἐν τῷ νῶν καταλόγῳ, — Στήσι δ' ἄγων, &c. *Strabo*, lib. 9.

Addit idem Scriptor, *Megaraeos* è contrario, versus *Homeri* isto modo legisse:

Ἀίας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγειν νῆας, ἐκ τε Πολίχνης,

"Ἐκ τ' Ἀίγιουρέουσι, Νισαίης τε, Τροϊδῶν τε ἂ ἴστι χωρία Μεγαρεῖκά. *Ibid.*

Neque est ignobile exemplum, *Megaraeos* ab *Atheniensibus*, cùm de *Salamine* "contenderent, victos *Homeri* versus; qui tamen ipse non in omni editione reperitur, "significans *Ajacem* naves suas *Atheniensibus* "junxisse. *Quincillian. lib. 5. c. 11.*

Οἳ μὲν οὖν πολλοὶ τῷ Σόλῳ συναγωνίσασθαι λίγουσι τὴν Ὀμήρου δόξαν ἐμβάλλοντα γὰρ αὐτὸν ἔπος εἰς νῶν κατάλογον, &c. — Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἰονταί φλυαρίαν εἶναι, &c. *Plutarch.* in vitâ *Solonis*.

Eadem videas apud *Ulpianum*, in Enarratione Orationis *Demosthenis* de falsâ Legatione: et apud *Eustathium*, pag. 199 et 215.

*Ver. 561.* — Ἠϊόνας τε.] *Al.* Ἠϊόνην τε,

et, Ἠϊόνα τε.

*Ver. 562.* — Οἳ τ' ἔχον Αἴγινα.] Γεράφουσι τινὲς, Νηϊὸν τ' Αἴγινα. *Strabo*, lib. 8.

*Ver. 568.* — μέλαιναί νῆες ἔποντο.] Vide suprâ ad ver. 494.

- Ὀρνεϊάς τ' ἐνέμοντο, Ἀραιθυρέην τ' ἐρατεινήν,  
 Καὶ Σικυῶν, ὅλ' ἄρ' Ἀδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευεν·  
 Οἳ δ' Ὑπερησίην τε καὶ Αἰπεινήν Γονόεσσαν,  
 Πελλήνην τ' εἶχον, ἠδ' Αἴγιον ἀμφενέμοντο,  
 Αἰγιάλόν τ' ἀνά πάντα, καὶ ἀμφ' Ἐλίην εὐρεΐαν. 575  
 Τῶν ἑκατὸν νηῶν ἤρχε κρείων Ἀγαμέμνων,  
 Ἀτρείδης· ἅμα τῶ γε πολὺ πλείστοι καὶ ἄριστοι  
 Λαοὶ ἔποντ'· ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσατο νόροπα χαλκόν,  
 Κυδίῳαν, ὅτι πᾶσι μετέπρεπεν ἠρώεσσι·  
 Οὐνεκ' ἄριστος ἔην, πολὺ δὲ πλείστους ἄγε λαούς. 580  
 Οἳ δ' εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν,  
 Φάρην τε, Σπάρτην τε, πολυτρήρανά τε Μέσσην,  
 Βρυσειάς τ' ἐνέμοντο, καὶ Αὐγείας ἐρατεινάς,  
 Οἳ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον, Ἐλος τ' ἔφαλλον πτολιέθρον,  
 Οἳ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο· 585

Orniasque colebant, Araethyreamque amoenam,  
 Et Sicyona, ubi Adrastus primùm regnavit :  
 Quique Hyperesiamque et Excelsam Gonoëssam,  
 Pellenamque tenebant, et Aegium incolebant,  
 Et per omnem oram maritimam, et circa Helicen spatiosam : 575  
 Horum centum navibus imperabat rex Agamemnon,  
 Atrides : simul hunc longè plurimae et praestantissimae  
 Copiae sequebantur : atque ipse induebat splendidum aes,  
 Gloria exultans, quòd omnes inter elucebat heroas :  
 Quoniam maximus erat ; longèque plurimas ducebat copias. 580  
 Qui autem tenebant montibus clausam Lacedaemona magnam,  
 Pharemque, Spartamque, abundantemque columbis Messam,  
 Brysiasque habitabant, et Augias amoenas,  
 Quique Amyclas tenebant, Helosque maritimam urbem,  
 Quique Laan tenebant, et Oetylum circumhabitabant : 585

Ver. 575.—Γονόεσσαν.] Pausanias, lib. 7. c. 26. scribit Γονόεσσαν. Ipse tamen alibi habet, Γονούσας et Γονούσας; lib. 2. c. 4. et lib. 5. c. 18.

Ver. 574.—εἶχον ἠδ'.] Vide ad α, 51.

Ver. 578.—ἐδύσατο.] Al. ἐδύσσατο. Sed nihil opus. Nam ἐδύσατο antepenultimam naturā producit.

Ibid.—νόροπα χαλκόν.] Mira sunt, (nè dicam planè ridicula, ad Homerum quidem explicandum) quæ hîc affert Plutarchus, Symposiac. lib. 5. sub finem. Καὶ τοὺς γε διατρέποντας ἐν τοῖς χαλκωρεχίσις ἰστοροῦσιν ὠφελίσις τὰ ἕμματα, &c. Quæ Latine sic vertit Macrobius : "Qui in Metallo æris morantur, semper oculorum sanitate pol-  
 " lent ; et quibus antè palpebræ nudate

" fuerant, illic convestiuntur. Aura enim  
 " quæ ex ære procedit, in oculos incidens,  
 " haurit et exsiccat quod malè influit. Un-  
 " de et Homerus modò εὐνόρα, modò νόροπα  
 " χαλκόν, has causas secutus appellat." Lib.  
 7. cap. 16.

Ver. 581.—Λακεδαίμονα κητώεσσαν.]  
 Γραφόντων δὲ τῶν μὲν, Λακεδαίμονα κητώεσσαν  
 τῶν δὲ, κητώεσσαν ζητοῦσι τὴν κητώεσσαν τίνα  
 δέχισθαι χρῆς, εἴτε ἀπὸ τῶν κητῶν, εἴτε μιγά-  
 λην, ὅπερ δοκεῖ πιθανότερον εἶναι. Τὴν τε κη-  
 τώεσσαν, οἳ μὲν καλαμινώδη δέχονται, οἳ δὲ ὅτι  
 οἳ ἀπὸ τῶν σισμῶν βωχμοὶ καιτοὶ λίγονται.  
 Καὶ Καιάδας [Al. ὁ Καιίτας] τὸ δισμοτήριον  
 ἐντεῦθεν, τὸ παρὰ Λακεδαίμονις σπήλαιόν τι.  
 Strabo, lib. 8.

Ver. 585.—εἶχον, ἠδ'.] Vide suprâ ad α, 51.

- Τῶν οἱ ἀδελφεὸς ἦρχε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος  
 Ἐξήκοντα νεῶν, ἀπάτερθε δὲ Δωρῆσσαντο.  
 Ἐν δ' αὐτὸς κίεν ἥσι προθυμίησι πεποισῶς,  
 Ὀτρύνων πόλεμόνδε· μάλιστα δὲ ἴετο θυμῷ  
 Τίσασθαι Ἑλένης ὀρμήματά τε στοναχάς τε. 590
- Οἱ δὲ Πύλον τ' ἐνέμοντο, καὶ Ἀρῆνην ἔρατεινήν,  
 Καὶ Θρύον Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ εὐκτιτον Αἴπυ,  
 Καὶ Κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον,  
 Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἑλος, καὶ Δώριον· ἔνθα τε Μοῦσαι  
 Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρηῖκα παῦσαν ἀοιδῆς, 595  
 Οἰχαλίηθεν ἰόντα, παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.  
 Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος νικησέμεν, εἶπερ ἂν αὐταὶ  
 Μοῦσαι ἀεῖδοιεν, κοῦραι Διὸς αἰγίοχοιο·  
 Αἰ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν· αὐτὰρ ἀοιδῆν  
 Θεσπεσίην ἀφέλονται, καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν. 600

Horum ejus frater praeerat praelio strenuus Menelaüs

Sexaginta navibus; seorsum verò armabantur:

Inter eos et ipse ibat suâ animosâ virtute fretus,

Adhortans ad bellum: maximè verò cupiebat animo

Ulcisci Helenae raptumque gemitusque.

590

Qui autem Pylumque colebant, et Arenen amoenam,

Et Thyrum Alphaei vadum, et benè-aedificatum Aepy,

Et Cyparisseenta, et Amphigeniam habitabant,

Et Pteleum, et Helos, et Dorion: ubi etiam Musae

Occurrentes Thamyrim Threïcium spoliârunt cantu,

595

Ex Oechaliâ venientem, ab Euryto Oechaliensi:

Asserebat enim gloriabundus se relaturum-victoriam, si vel ipsae

Musae canerent, filiae Jovis Aegiochi:

At illae iratae caecum fecerunt, sed et tantum

Divinum ademerunt, et oblivisci-fecerunt artem-pulsandi-citharam.

600

Ver. 586.—βοὴν ἀγαθός.] Vide suprâ ad ver. 408.

Ver. 587.—ἀπάτερθε.] Vide suprâ ad á, 349.

Ver. 589.—μάλιστα δὲ ἴετο θυμῷ.] Ipse enim Sui, cæteri Ipsius causâ, bellum inferebant.

Ver. 590.—Ἑλένης ὀρμήματά.] Vide suprâ ad ver. 356.

Ver. 597. Στεῦτο γὰρ εὐχόμενος.]

Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus.

Nec Linus.

Pan etiam, Arcadiâ mecum si judice certet;

Pan etiam, Arcadiâ dicat se judice victum.

Ecl. IV, 55.

—cavâ dum personat æquora conchâ

Demens, et cantu vocat in certamina Divos.

Æn. VI, 172.

Cæterum de hoc Ἐπισηδῶν, ita Macrobius.

“Uterque [Homerus et Virgilius] in Catalogo

“ suo, post difficilium rerum vel nominum

“ narrationem, infert fabulam cum versibus

“ amœnioribus, ut Lectoris animus recre-

“ etur. Homerus, inter enumeranda regio-

“ num et urbium nomina, facit locum fa-

“ bulis quæ horrorem satietatis excludant.

“ —ἔνθα τε Μοῦσαι Ἀντόμεναι Θάμυριν

“ τὸν Θρηῖκα παῦσαν ἀοιδῆς.—Στεῦτο γὰρ

“ εὐχόμενος νικησέμεν, —et reliqua quibus

“ protraxit jucunditatem. Virgilius in hoc

“ secutus auctorem; —et sic amœnitas inter-

“ texta, fastidio narrationum medetur.” Lib.

5. c. 16.



Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευε Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ·

Τῶ δ' ἐνεθήκοντα γλαφυραὶ νέες ἐστιχῶντο.

Οἱ δ' ἔχον Ἀρκαδίην, ὑπὸ Κυλλήνης ὄρος αἰπύ,

Αἰπύτιον παρὰ τύμβον, ἵν' ἀνέρες ἀγχιμαχηταί·

Οἱ Φένεόν τ' ἐνέμοντο καὶ Ὀρχομενὸν πολύμηλον,

605

Ῥίπην τε, Στρατιήν τε, καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην,

Καὶ Τεγέην εἶχον, καὶ Μαντινίην ἔρατεινήν,

Στύμφηλόν τ' εἶχον, καὶ Παρράσιην ἐνέμοντο·

Τῶν ἤρχ' Ἀγκαίιοι πάϊς κρείων Ἀγαπήνωρ

Ἐξήκοντα νεῶν πολέες δ' ἐν νηὶ ἐκάστη

610

Ἀρκάδες ἄνδρες ἔβαινον ἐπιστάμενοι πολέμοιο.

Αὐτὸς γάρ σφιν δῶκεν ἀναξ ἄνδρῶν Ἀγαμέμνων

Νῆας εὐσσέλμους, περᾶν ἐπὶ οἴνοπα πόντον,

Ἀτρείδης· ἐπεὶ οὐ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει.

Οἱ δ' ἄρα Βουπράσιόν τε καὶ Ἴλιδα δῖαν ἔβαινον,

615

His porro praerat Gerenius eques Nestor;  
Cum eo autem nonaginta cavae naves ordine proficiscebantur.  
Qui autem tenebant Arcadium, sub Cyllenes montem altum,  
Aegyptium prope monumentum, ubi viri cominus-pugnantes:

Qui Pheneumque incolebant, et Orchomenum pecorosum,

605

Ripenque, Stratiemque, et ventosam Enispen,  
Et Tegeam tenebant, et Mantineam amoenam,

Stymphalumque tenebant, et Parrhasien colebant:

Horum imperabat Ancaei filius rex Agapenor  
Sexaginta navibus: multi autem in navem unamquamque

610

Arcades viri conscenderant, periti rei-militaris.

Ipsae enim eis dederat rex virorum Agamemnon  
Naves bene-transtratas, ut transfretarent super nigrum pontum,

Atrides: quoniam non ipsis marina opera erant curae.  
Qui autem Buprasiumque et Elida nobilem habitabant,

615

Ver. 601.—[ἱππότα Νέστωρ.] Et ver.  
628. ἱππότα Φυλεύς. Vide supra ad α, 175.

Ver. 611.—[ἐπιστάμενοι πολέμοιο.] Al.  
ἱπιστάμενοι πολέμοιο.

Ver. 612. Αὐτὸς γάρ σφιν δῶκεν——  
Νῆας.] Ἀγαμέμνων——ναυτικῶ——ἐπὶ  
πλέον τῶν ἄλλων ἰχθύσας, τὴν στρατιάν——  
ξυναγαγών.——Φαίνεται γὰρ ναυτοί τε πλεί-  
σταίς αὐτὸς ἀφικόμενος, καὶ Ἀρκάσι προστα-  
ρασῶν, ὡς Ὀμηρος τοῦτο διδῆλκωκεν. Καὶ ἐν  
τοῦ σκῆπτρου ἅμα τῇ παραδόσει, εἶρηκεν αὐτὸν  
“Πολλῆσι νῆοισι καὶ Ἀργεῖ παντὶ ἀνάσειν.”

Ὅτε ἂν οὖν νῆσων, ἔξω τῶν περιουκίδων (αὐταὶ  
δὲ οὐκ ἂν πολλαὶ εἴησαν,) ἠπιωρώτης ἂν, ἐ-  
κράτει, εἰ μή τι καὶ ναυτικὸν εἶχεν. Thucyd. id.  
lib. 1. p. 7.

Ver. 614.—[ἐπὶ οὐ σφι θαλάσσια ἔργα

μεμήλει.] Livius, lib. 35. c. 26. de Philo-  
pœmene: “Prator Achaorum, sicut terres-  
trium certaminum arte quemvis clarorum  
“Imperatorum vel usu vel ingenio æquabat,  
“ita rudis in re navali erat: Arcas, mediter-  
“raneus homo, &c.” Similiter Pausanias:  
“Ὁ Φιλοσοφῆν,——ἅπε ἰς ἅπαν ἀπειρώς  
θαλάσσης ἔχων, τριήρους ἔλαβεν ἐπιβὰς ρεύσεως.  
“Ὡστε καὶ ἰσθλὲς Ῥωμαῖους——μνήμη τῶν  
ἐπῶν, ἂν ἐν Καταλόγῳ πεποιήκην Ὀμηρος ἐπὶ  
τῇ Ἀρκάδων ἀμαθίᾳ τῇ ἐς θάλασσαν. Lib. 8.  
cap. 50.

Ibid.—[μεμήλει.] Si μέμηλε dixisset, jam  
non constitisset temporum ratio. Simile e-  
nim esset, ac si quis Anglicè dicat, THEY  
HAVE NO SKILL; pro eo quod est, THEY HAD  
NO SKILL. Vide supra ad α, 57.

<p>“Ὅσον ἔφ’ Ὑρμίνη καὶ Μύρσινος ἔσχατόωσα,          Πέτρη τ’ Ὠλενίη, καὶ Ἀλείσιον ἐντὸς ἔεργει,          Τῶν αὖ τέσσαρες ἀρχοὶ ἔσαν, δέκα δ’ ἀνδρὶ ἐκάστω          Νῆες ἔποντο θοαί, πολέες δ’ ἔμβαινον Ἐπειοί.          Τῶν μὲν ἄρ’ Ἀμφίμαχος καὶ Θάλπιος ἠγησάσθην,          Ὑῖες, ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δὲ Εὐρύτου Ἀκτορίωνος·          Τῶν δ’ Ἀμαρυγκείδης ἤρχε κρατερός Διάρης·          Τῶν δὲ τετάρτων ἤρχε Πολύξεινος Θεοειδῆς,          Ὑῖος Ἀγασθένεος Αὐγηϊάδαο ἀνακτος.          Οἳ δ’ ἐκ Δουλιχίου, Ἐχινάων δ’ ἱεράων          Νήσων, αἱ ναίουσι πέρην ἀλός, Ἥλιδος ἄντα,          Τῶν αὖθ’ ἠγεμόνευε Μέγης, ἀτάλαντος Ἀρηΐ,          Φυλειδῆς, ὃν τίκτε Διὶ φίλος ἱππότη Φυλεὺς,          Ὅς ποτε Δουλιχίονδ’ ἀπενάσασατο πατρὶ χολαθείς·          Τῶ δ’ ἄμα τεσσαράκοντα μέλαινα νῆες ἔποντο.</p>	<p>620</p> <p>625</p> <p>630</p>
--	----------------------------------

Quantum agrī Hyrmīne et Myrsinus extrema,  
 Petraque Olenia, et Alisium intus continet,  
 Horum utique quatuor duces erant, decem verò virum unumquemque  
 Naves sequebantur veloces, multique eas conscenderant Epei.  
 His quidem Amphimachus et Thalpius praeerant,  
 Filii, alter quidem Cteati, alter autem Euryti Actorionis :  
 Istis verò Amaryncides imperabat fortis Diorea :  
 Quartisque praeerat Polyxenon deo similis,  
 Filius Agasthenis, Augēiadae regis.  
 Qui autem venerunt ex Dulichio, Echinadibusque sacris  
 Insulis, quae sitae sunt trans mare, Elidis è regione ;  
 His utique praeerat Meges, aequalis Marti,  
 Phylides, quem genuit Jovi dilectus eques Phyleus,  
 Qui olim in Dulichium migraverat patri invisus :  
 Hunc autem simul quadraginta nigrae naves sequebantur.

620

625

630

Ver. 621.—δ μὲν Κτεάτου, ὁ δὲ Εὐρύτου.]  
 Simplicissima videtur haec emendatio. *Vulgg.*  
 ὁ μὲν Κτεάτου, ὁ δὲ Εὐρύτου: Quae est Licentia  
 Homero non usitata. *Barnesius* edidit, ex  
 conjecturâ, neque id quidem malè, ὁ μὲν Κτεά-  
 τοιο, ὁ δὲ Εὐρύτου.

Ver. 625.—Θεοειδῆς.] Ἀποβλέπειν πρὸς  
 τὸ φῶσι δίκαιον καὶ καλὸν καὶ σωφρον, καὶ  
 πάντα τὰ τοιαῦτα, καὶ πρὸς ἐκείνο αὖ ὃ ἐν  
 τοῖς ἀνθρώποις ἐμποιοῖν, ἐμμιγνύντες τε καὶ  
 κεραινύντες ἐκ τῶν ἱστιθημάτων, τὸ “Ἀν-  
 “δρείκιλον” ἀπ’ ἐκείνου τεκμαίρομενοι, ὃ δὴ καὶ  
 “Ὀμηρος ἐκάλειεν, ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐγγιγνόμενος,  
 “Θεοειδῆς” τε καὶ “Θεοίκιλος.” *Plato de*  
*Republ. lib. 6.*

Ver. 626. Νήσων, αἱ ναίουσι.] *Ità Sophocles*  
*in Ajaxe, ver. 602.*

Ω κλεινὰ Σαλαμίς, σὺ μὲν πού  
 Ναιῖς ἀλίπλοαγκτος εὐδαίμων,

Πᾶσιν περίφαντος αἰεὶ.

Ver. 627.—ἀτάλαντος Ἀρηΐ.]—χρῆσιμα  
 πατῆρ ἱστίασι Τάλαντα, δ’ ver. 69.—  
 Ἰσάζουσα [τάλαντα,]—μ’, ver. 435. Ἀτά-  
 λαντες οὖν, ὁ ἴσος, καὶ μὴ ταλαντεύων. *Porphyry.*  
*Quaestion. Homeric. 25.*

Ver. 628.—ὃν τίκτε Διὶ φίλος.] *Barnesius*,  
 cùm in γ’, ver. 449. (nè Cæsura scilicet  
 interiret, et inficetè admodum hiaret  
 versus,) rectè emendasset ἰφοῖτα, quod antè  
 scriptum fuerat φοῖτα; et hìc similiter ἴτικτε,  
 pro τίκτε, scribendum contendit: Minùs  
 rectè, cùm utrumque sit æquè “*rotundum.*”  
 Cæterùm quâ ratione hìc, Διὶ, ultimam pro-  
 ducat; et similiter, ver. 656. Διὶ μῆτιν ἀτά-  
 λαντος; item Ἀγασθέιος, ver. 624. et ἴχον,  
 ver. 654, 655. vide suprâ ad á, 51.

Ver. 630. 644 et 652.—μέλαινα νῆς;  
 ἔποντο.] Vide suprâ ad ver. 494

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἤγε Κεφαλλῆνας μεγαθύμους,  
 Οἳ ῥ' Ἰθάκην εἶχον καὶ Νήριτον εἰνοσίφυλλον,  
 Καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγίλιπα τρηχεῖαν,  
 Οἳ τε Ζάκυνθον ἔχον, ἠδ' οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο,  
 Οἳ τ' Ἕπειρον ἔχον, ἠδ' ἀντίπεραι' ἐνέμοντο  
 Τῶν μὲν Ὀδυσσεὺς ἤρχε, Διὶ μῆτιν ἀτάλαντος·  
 Τῶ δ' ἄμα νῆες ἔποντο δωδέκα μιλτοπάροιοι.

635

Αἰτωλῶν δ' ἠγεῖτο Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός·  
 Οἳ Πλευρῶν' ἐνέμοντο, καὶ Ὀλενον, ἠδὲ Πυλῆνην,  
 Χαλκίδα τ' ἀγχίαλον, Καλυδῶνά τε πετρήεσσαν.  
 Οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος μεγαλήτορος υἱέες ἦσαν,  
 Οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην, Δάνε δὲ ξανθὸς Μελέαγρος·  
 Τῶ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο ἀνασσέμεν Αἰτωλοῖσι·  
 Τῶ δ' ἄμα τεσσαράκοντα μέλαινα νῆες ἔποντο.

640

Κρητῶν δ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἠγεμόνευεν,  
 Οἳ Κνωσσόν τ' εἶχον, Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν,  
 Λύκτον, Μίλητόν τε, καὶ ἀργινόεντα Λύκαστον,

645

Porro Ulysses ducebat Cephallenses magnanimos,  
 Qui Ithacam tenebant, et Neritum frondosum,  
 Et Crocylea colebant, et Aegilipa asperam,  
 Quique Zacynthum tenebant, et qui Samum incolebant,  
 Quique Epirum [vel continentem] tenebant, et ohjacentia incolebant,  
 His quidem Ulysses imperabat, Jovi consilio par:  
 Hunc autem simul naves sequebantur duodecim proras-rubras-habentes.  
 Aetolis autem imperabat Thoas, Andraemonis filius;  
 Qui Pleurona colebant, et Olenum, et Pylenen,  
 Chalcidaque maritimam, Calydonaque petrosam.  
 Non enim amplius Oenei magnanimi filii supererant,  
 Neque item amplius ipse supererat, mortuus autem erat flavus Meleager.  
 Huic igitur summa-rerum erat commissa, ut imperaret Aetolis:  
 Et hunc simul quadraginta nigrae naves sequebantur.  
 Cretensibus autem Idomeneus hastâ-clarus praeerat,  
 Qui Cnossamque tenebant, Gortynaque benè-cinctam-moenibus,  
 Lyctum, Miletumque, et albicantem Lycastum,

635

640

645

Ver. 632.—εἰνοσίφυλλον.] Virgilio, nemorosum.

Ver. 635.—τρηχεῖαν.] Malè Vir doctissimus H. Stephanus: " Τρηχεῖα est apud " Homerum, metri causâ." Loc. à Cicero interpretati, p. 190. Quasi verò aliter potuerit scriptor Ionicus: aut quasi ipsa scilicet τρηχεῖα, priore non produceret necessariò. Nunquam enim α, nisi quæ naturâ producta sit, enuntiabatur η. Vide ad ver. 514.

Ver. 637.—μιλτοπάροιοι.]

—pictasque innare carinas.

Æn. VIII, 95.

Ver. 640.—Καλυδῶνά τι.] Cùm Ætoli et Æoles de Calydone contenderent, cessit ea Ætolis, quia Homerus hoc in loco mentionem ejus fecerat in Ætolorum catalogo. Vide Eustathium, p. 199. lin. 56. Vide et suprâ ad ver. 558.

Φαιστόν τε, ῥύτιόν τε, πόλεις εὖ ναιεταώσας,  
 Ἄλλοι δ', οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.  
 Τῶν μὲν ἄρ' Ἰδομενεὺς δουρικλυτὸς ἡγεμόνευε, 650  
 Μηριόνης τ' ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρείφοντῃ·  
 Τοῖσι δ' ἄμ' ὀγδώκοντα μέλαιναι νῆες ἔποντο.

Τληπόλεμος δ' Ἡρακλείδης, ἧς τε μέγας τε,  
 Ἐκ Ῥόδου ἑννέα νῆας ἄγεν Ῥοδίαν ἀγερώχων·  
 Οἳ Ῥόδον ἀμφενέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες, 655  
 Δίνδον, Ἰηλυσσόν τε, καὶ ἀργινόεντα Κάμειρον·  
 Τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,

Ὅν τέκεν Ἀστυόχεια βίη Ἡρακληΐη,  
 Τὴν ἄγειτ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος,  
 Πέρσας ἄστυα πολλὰ διοτρεφῶν αἰζήων. 660  
 Τληπόλεμος δ', ἐπεὶ οὖν τρέφῃ ἐν μεγάρῳ εὐπῆκτῳ,  
 Αὐτίκα πατρὸς ἐοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα

Phaestumque Rhytiumque, urbes benè-habitas,  
 Caeterique, qui Cretam centum-urbium incolabant.  
 His utique Idomeneus hastâ-clarus praeerat, 650  
 Merionesque par Marti homicidae :  
 Hos autem simul octoginta nigrae naves sequebantur.  
 Tlepolemus autem Heraclides, fortisque magnusque,  
 Ex Rhodo novem naves ducebat Rhodiorum magnanimorum,  
 Qui Rhodum incolabant trifariam instructi,  
 Lindum, Ialyssumque, et albicantem Camirum : 655  
 Horum quidem Tlepolemus hastâ-clarus dux-erat,  
 Quem peperit Astyochea fortitudini Herculeae,  
 Quam uxorem duxerat [Hercules] ex Ephyrâ, fluvio à Sellente,  
 Depopulatus urbes multas Jovis-alumnorum juvenum. 660  
 Tlepolemus autem, postquam utique nutritus fuerat in domo benè-extractâ,  
 Illicò patris sui dilectum avunculum interfecit

Ver. 648.—[εὖ ναιεταώσας.] Benè sitas.  
 Ità apud Sophoclem, loco jam suprâ citato :

Ἦ κλεινὰ Σαλαμίς, σὺ μὲν πού  
 Ναιίς ἀλίπλαγκτος, εὐδαίμων,  
 Πᾶσαν περιφαντος αἰεὶ. Ajax. 602.

Ver. 649.—[Κρήτην ἑκατόμπολιν.]

Centum urbes habitant magnas.—  
 En. III, 106.

Aliter Odyss. τ', 174.—[καὶ ἑνήκοντα πόλεις.  
 Quâ de re vide Scholia; et Strabonem, lib. 10.  
 pag. 755. al. 479.]

Ver. 651.—[ἀτάλαντος Ἐνυαλίῳ ἀνδρείφοντῃ.]  
 "Notandum" (inquit Barnesius)  
 "duas posteriores syllabas per συνίτησιν co-  
 "alescere; ut, (â, 15.) χρυσίῳ ἀνὰ σκήπτρῳ."  
 Sed aliud est—[ἰω, aliud—[ἰω] Mihi rec-  
 titiùs videntur ὕα (α brevī in υ productam ab-  
 sortptâ) in unam coalescere. Cæterùm, si cui

displacet istud, εἰ; cùm Eustathius (ad ἦ, 166.)  
 scribat ἀνδρείφοντῃ; poterit is legere, ἀνδρείφοντη.  
 Quamquam ἀνδρείφοντης non multùm abludit  
 ab analogiâ τοῦ, Ἀργυφόντης.

Ver. 658. (et infrâ 666.)—[βίη Ἡρα-  
 κληΐη.] Simili planè loquendi ratione, ac,  
 in linguis Recentioribus, regia majestas ipse  
 scilicet Rex est, et divinitas ipse Deus.

Ver. 659. Τὴν ἄγειτ' ἰξ.] Vide suprâ ad  
 ver. 597. Laudatur enim à Macrobio et hoc  
 ἰπισσῶδιον, in loco ibi citato.

Ver. 661.—[τρέφῃ ἐν.] Ità edidit  
 Barnesius ex conjecturâ. Olim τρέφ' ἐνι;  
 Quod est durum, nec Homero usitatum. Rep-  
 perit Idem in duobus MSS. τρέφειτ' ἐν, et  
 τρέφειτ' ἐν.

Ver. 662. Αὐτίκα—[κατέκτα.] Casu et  
 fortuitò, si Historiæ fides.

"Ἦδη γηράσκοντα Λικύμνιον, ὄζον Ἄρηος·  
 Λῖψα δὲ νῆας ἔπηξε· πολὺν δ' ὄγε λαὸν ἀγείρας,  
 Βῆ φεύγων ἐπὶ πόντον· ἀπέιλησαν γάρ οἱ ἄλλοι  
 Ἰέες, υἱοὶ τε βίης Ἡρακληείης.  
 Αὐτὰρ ὄγ' ἐς Ῥόδον ἴξεν ἀλώμενος, ἄλγεα πάσχαν.  
 Τριχθὰ δὲ ᾗκηθεν καταφυλαδὸν, ἠδ' ἐφίληθεν  
 Ἐκ Διὸς, ὅσπερ θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει·  
 Καὶ σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίαν.  
 Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγρον τρεῖς νῆας εἴσας,  
 Νιρεὺς Ἀγλαΐης θ' υἱὸς, Χαροπόιοι τ' ἀνακτος·  
 Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε,

665

670

Jam senescentem Licymnium, ramum Martis :

Stanim autem naves compegit ; multasque copias cum coëgisset,

Abit fugiens per mare ; minati enim ei fuerant alii

Filii, nepotesque fortitudinis Herculeae.

Atque hic Rhodum venit errans, aerumnas perpessus.

Trifariam autem distincti habitabant tributim, et dilecti fuerunt

A Jove, qui diis et hominibus imperat ;

Et ipsis ingentes divitias impluerat Saturnius.

Nireus porro ex Symâ ducebat tres naves aequales ;

Nireus, Aglaïaeque filius, Charopique regis :

Nireus, qui formosissimus vir ad Ilium venit,

665

670

Ver. 664. ——— ὄγε.] Vide infra ad γ', 409.

Ver. 669. ——— ὅσπερ θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει.]

————— hominum Divûmque æterna potestas. *Æn.* X, 18.

Ver. 670. Καὶ σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίαν.] *Al.* Καὶ σφισι. Cæterùm vox, κατέχευε, singularem hic vim habet :

————— ἔνθα ποτὶ

βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας

χερσαῖς νιφάδουσι πάλιν.

*Pindar. Olymp. Ode 7.*

Et paulo infra ————— κείναισι μὲν ξανθὰν ἀγαγῶν νεφέλαν, πολὺν ὄσε χερσόν. —————

Ad quorum locorum priorem, Scholiastes hunc versum Homeri, στίχον ἀστούμενον appellat.

Ver. 671. Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν —————

Νιρεὺς Ἀγλαΐης —————

Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ —————.]

Miro artificio Poeta virum nullius pretii, et nunquam aliàs memoratum, (vide supra ad ver. 216.) ad memoriam tamen *mero orationis Schemate* nescio quomodo notabilem effecit. Quoniam enim quod est reverà præclarum, dignissimum est quod sepiùs re-

petatur ; hinc utique et *ter repetitum*, quod reverà nullius est pretii, διὰ τὸν παραλογισμὸν videtur quodammodo præclarum. Περὶ οὐ πολλὰ εἴρηται, ἀνάγκη καὶ πολλάκις εἰρησθαι· εἰ οὖν καὶ πολλάκις, καὶ πολλὰ δοκεῖ ὥστε ἠῆξουν ἀπαξ μνησθεῖς διὰ τὸν παραλογισμὸν, καὶ μνήμην πιστοῖσιν, οὐδαμοῦ ὑστερον αὐτοῦ [Νιρέως] λόγον ποιησάμενος. *Aristot. Rhetoric. lib. 3. cap. 12.* Τὸν δὲ Νιρέα, αὐτὸν τε ὄντα μικρὸν, καὶ τὰ πράγματα αὐτοῦ μικρότερα, τρεῖς ναὺς καὶ ὀλίγους ἄνδρας, μέγαν καὶ μεγάλη ἐποίησεν ἀντ' ὀλίγων, τῷ Σχήματι. *Demetr. Phaler. περὶ Ἑρμηνείας, § 61.*

*Ibid.* ————— νῆας εἴσας.] Vide supra ad α, 506.

Ver. 673. ——— ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε,

τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμίμονα Πηλεΐωνα.]

————— quo pulchrior alter

Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

*Æn.* VII, 649.

Monendum hic *primò*, quanto cum artificio, ut Poema unum sit à capite ad calcem, ubique spectetur et inseratur *Achilles*. Observandum *deinde*, vocem ἀμίμονα non utique *omni laude* ornatum virum denotare, (οὐ γὰρ τι γλυκύτεμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγαρόφρων,) sed

Τῶν ἄλλων Δαναῶν, μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα  
'Ἄλλ' ἀλαπαδνὸς ἔην, παῦρος δέ οἱ εἶπετο λαός.

675

Οἱ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε,  
Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλυδνάς,  
Τῶν αὖ Φεΐδιππός τε καὶ Ἄντιφος ἠγησάσθην,  
Θεσσαλοῦ υἱε δῶα, Ἡρακλείδαο ἀνακτος·  
Τῶν δὲ τριήκοντα γλαφυραὶ νέες ἐστιχόωντο.

680

Νῦν δ' αὖ τοῦς, ὅσσοι τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἔβαιον,  
Οἱ τ' Ἄλον, οἱ τ' Ἀλόπην, οἱ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο,  
Οἱ τ' εἶχον Φθίην, ἧδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα,  
Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο, καὶ Ἕλληνες, καὶ Ἀχαιοί·  
Τῶν αὖ πεντήκοντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεύς.

685

'Ἄλλ' οἴγ' οὐ πολέμοιο δυσηχέος ἐμνάοντο·  
Οὐ γὰρ ἔην, ὅστις σφῖν ἐπὶ στίχας ἠγήσαιτο·

Caeterorum Danaorum, post laudatissimum Pelidem :

Sed imbellis erat, paucaeque eum sequebantur copiae.

675

Qui vero Nisyrumque tenebant, Crapathumque, Casumque,

Et Coon, Eurypyli urbem, insulasque Calydnas,

His Phidippusque et Antiphus praeerant,

Thessali filii duo, Herculis-filii regis :

Horum autem triginta cavae naves ordine ibant.

680

Nunc vero istos, quotquot Pelasgicum Argos habitabant,

Quique Alon, qui que Alopen, qui que Trachina colebant,

Quique tenebant Pthiam, et Hellada pulchras-mulieres-habentem,

Myrmidones autem vocabantur, et Hellenes, et Achaei :

Horum utique quinquaginta navibus erat Dux Achilles.

685

Verum hi non belli horroni recordabantur :

Non enim erat, qui ipsos in ordines duceret ;

Ὑπὸ ἑκάστῃ ἀνιμί κορπορῖς δote eximium ;  
ut, hoc in loco, *Specie ac Formâ Corporis*.  
*Denique*, notandum hic *Amplificationis* ge-  
nus id, quod à *Quintiliano* appellatum est  
*Incrementum* : Quod “ *est potentissimum, cum*  
*“ magna videntur etiam quæ Inferiora sunt.*  
*“ —Per id venit non modò ad summum,*  
*“ sed interim quodammodo supra summum.*  
*“ —Ut, Quo pulchrior alter Non fuit,*  
*“ excepto Laurentis corpore Turni. Sum-*  
*“ mum est enim, quo pulchrior alter non fuit ;*  
*“ huic deinde aliquid supra positum est.”*  
Lib. 8. cap. 4.

Ver. 681. Νῦν δ' αὖ τοῦς——τῶν ἦν ἀρχὸς  
'Ἀχιλλεύς.] Species hæc constructionis ἀνα-  
κόλουθος, quâ sententia, ab alio inchoata ex-  
ordio, mutatâ derepente loquendi ratione,  
in aliam quasi inopinatò syntaxin desinit ;  
optimis Auctoribus tum Græcis, tum Lati-  
nis, non est inusitata. Vide suprâ ad ver.

355. et infrâ ad γ', 211. et ad ζ', 510.  
et ad κ', 224. 437. et ad *Odys.* μ', 73.

Verum hoc in loco peculiaris id artificii in-  
est, ut, de *Achille* dicturus, (vide infrâ ad  
ε', 788.) quo attentiore sibi Lectorem faci-

ciat, nescio quid *sublime præfari* videatur  
Poeta ; et, exordio tanquam ex novâ re de-

sumpto, iterum Νῦν δ' αὖ τοῦς——eodem  
ferè modo hic dicat, quomodo suprâ dixerat,

Ἔσπιστε νῦν μοι, Μοῦσαι, ver. 484. Neque  
dissimulandum hanc observationem à doc-

tissimâ *Domina Dacier* priùs occupatam.  
Porro, olim “ *latebat hic error*” (inquit  
doctissimus *Henr. Stephanus*) “ *à nemine*

“ *antea, quod sciam, deprehensus ; autòus,*  
“ *pro αὖ τοῦς.*”

Ver. 684.—καλεῦντο.] *Al.* καλοῦντο.  
*Ibid.*—καὶ Ἕλληνες.] Vide locum suprâ

ex *Thucydide* allatum, ad ver. 528. 529.  
530.

Κεῖτο γὰρ ἐν νήεσσι ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς,  
 Κούρης χαόμενος Βρισηΐδος ἠυκόμοιο,  
 Τὴν ἐκ Λυρνησοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας, 690  
 Λυρνησσὸν διαπορθήσας, καὶ τείχεα Θήβης·  
 Καδδὲ Μύνητ' ἔβαλεν καὶ Ἐπίστροφον ἐγχεσιμάζους,  
 Υἱέας Εὐνηοῖο, Σεληπιάδαο ἀνακτος·  
 Τῆς ὄγε κεῖτ' ἀχέων, τάχα δ' ἀνστήσεσθαι ἔμελλεν.  
 Οἱ δ' εἶχον Φυλάκην, καὶ Πύρρασον ἀνθεμόοντα, 695  
 Δήμητρος τέμενος, Ἴτανά τε μητέρα μήλαν,  
 Ἀγχιάλόν τ' Ἀντρῶν, ἠδὲ Πτελεὸν λεχεποῖν·  
 Τῶν αὖ Πρωτεσίλαος ἀρήϊος ἠγεμόνευε,  
 Ζωὸς ἑών· τότε δ' ἠδὴ ἔχεν κατὰ γαῖα μέλαινα.  
 Τοῦ δὲ καὶ ἀμφιδρυφῆς ἄλοχος Φυλάκη ἐλέλειπτο, 700  
 Καὶ δόμος ἡμιτελής· τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνῆρ,  
 Νηὸς ἀποθρῶσκοντα πολὺ πρῶτιστον Ἀχαιῶν.  
 Οὐδὲ μὲν οὐδ' οἱ ἀναρχοὶ ἔσαν, πόθειόν γε μὲν ἀρχόν,  
 Ἀλλὰ σφείας κόσμησε Ποδάρκης, ὄζος Ἄρηος,  
 Ἰφίκλου υἱὸς πολυμήλου Φυλακίδαο, 705  
 Αὐτοκασίγητος μεγαθύμου Πρωτεσίλαου,

Jacebat enim ad naves pedibus-velox nobilis Achilles,  
 Ob puellam iratus Briseïda benè-comatam,  
 Quam ex Lyrnesso ceperat multos perpessus labores, 690  
 Lyrnessum depopulatus, et muros Thebarum :  
 Quin et Myneta dejecit et Epistrophum bellicosos,  
 Filios Eueni, Selepiadae regis :  
 Ob istam is jacebat moerens, citò autem surrecturus erat.  
 Quique tenebant Phylacen, et Pyrrhasum floridam, 695  
 Cereris sacrum-locum, Itonaque matrem ovium,  
 Maritimamque Antrona, et Pteleum herbosam :  
 Horum utique Protesilaus bellicosus dux erat,  
 Dum viveret ; tunc verò jam detinebat eum terra nigra.  
 Ejus autem ambas-laceratas-genas uxor in Phylace relicta erat, 700  
 Et domus semiperfecta : eum enim interfecit Dardanus vir,  
 De navi desilientem longè primum Achivorum.  
 Et tamen nè isti quidem sine duce erant, desiderabant tamen ducem suum,  
 Sed ipsos ordinabat Podarces, ramus Martis,  
 Iphicli filius divitis-pecore Phylacidae, 705  
 Frater germanus magnanimi Protesilai,

Ver. 696. ——— τέμενος, "Ἴτανά τε.] Quà  
 ratione τέμενος híc ultimam producat, vide  
 suprà ad á, 51.

Ver. 701. Καὶ δόμος ἡμιτελής.] "Ἦτοι ἄτεκ-  
 νος ——— ἢ ἀτελείωτος. ——— Βέλτιον δὲ,  
 εἰρησθαι ἡμιτελή, διὰ τὸ μὴ γιγεννηκότα παιδάς  
 πλεῖσαι. Schol.

Ibid. ——— ἔκτανε Δάρδανος ἀνῆρ.] Quonian

Euphorbus infrà, σ', 807. appellatur Δάρδα-  
 νος ἀνῆρ, ideo et híc, Δάρδανος ἀνῆρ, Eustathio  
 intelligitur Euphorbus. Satis incertè.

Ver. 704. Ἀλλὰ σφείας.] Primus hujus  
 versiculi pes, non dactylus, sed spondæus.  
 Vox enim σφείας, ut ex multis locis liquet,  
 pronuntiabatur μονοσύλλαβος.

- Ὀπλότερος γενεῆ. ὁ δ' ἄρα πρότερος καὶ ἀρείων,  
 Ἥρωσ Πρωτεσίλαος ἀρῆϊος· οὐδέ τι λαοὶ  
 Δεύονθ' ἡγεμόνος, πόθειον δέ μιν ἐσθλὸν ἔοντα·  
 Τῶ δ' ἄμα τεσσαράκοντα μέλαινα νῆες ἔποντο. 710  
 Οἱ δὲ Φεράς ἐνέμοντο παραὶ Βοιειῆϊδα λίμνην,  
 Βοίβην, καὶ Γλαφυράς, καὶ εὐκτιμένην Ἰαωλκόν,  
 Τῶν ἦρχ' Ἀδμήτιο φίλος πάϊς ἔνδεκα νηῶν  
 Εὐμηλος, τὸν ὑπ' Ἀδμήτῳ τέκε δῖα γυναικῶν  
 Ἄλκηστις, Πελῖαιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη. 715  
 Οἱ δ' ἄρα Μηθώνην καὶ Θαυμακίην ἐνέμοντο,  
 Καὶ Μελίβοϊαν ἔχον, καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν,  
 Τῶνδε Φιλοκτῆτης ἦρχεν, τόξων εὖ εἰδώς,  
 Ἑπτὰ νεῶν· ἐρέται δ' ἐν ἐκάστη πεντήκοντα  
 Ἐμβέβασαν, τόξων εὖ εἰδότες ἴφι μάχεσθαι. 720  
 Ἄλλ' ὁ μὲν ἐν νήσῳ κεῖτο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων,  
 Λήμνω ἐν ἡγαθέῃ, ὅθι μιν λιπον υἱεὶς Ἀχαιῶν,  
 Ἐλκεῖ μοχθίζοντα κακῶ ὀλοόφρονος ὕδρου.  
 Ἐνθ' ὄγε κεῖτ' ἀχέων τάχα δὲ μνήσεσθαι ἔμελλον  
 Ἀργεῖοι παραὶ νηυσὶ Φιλοκτῆταιο ἄνακτος. 725  
 Οὐδὲ μὲν οὐδ' οἱ ἀναρχοὶ ἔσαν, πόθειόν γε μὲν ἀρχόν,  
 Ἀλλὰ Μέδων κόσμησεν, Ὀϊλῆος νόθος υἱός,

Minor natus: erat utique major et praestantior,  
 Heros Protesilaus bellicosus: at ne utiquam copiae ejus  
 Indigebant duce, desiderabant tamen ipsum strenuum existentem:  
 Hunc autem simul quadraginta nigrae naves sequebantur. 710  
 Qui verò Pheras colebant apud Boebeida lacum,  
 Boeben, et Glaphyras, et bene-aedificatam Iacolcum;  
 Horum imperabat Admeti dilectus filius undecim navibus  
 Eumelus, quem ex Admeto peperit praestantissima mulierum  
 Alcestis, Peliae filiarum formâ praestantissima. 715  
 Qui autem Methonem et Thaumaciam colebant,  
 Et Meliboeam tenebant, et Olizona asperam,  
 Horum Philoctetes praeerat, arcu peritus,  
 Septem navibus; remigesque in unamquamque quinquaginta  
 Conscenderant, arcu periti ad fortiter pugnandum. 720  
 Caeterum ille in insulâ jacebat ingentes dolores perferens,  
 Lemno in divinâ, ubi ipsum reliquerant filii Achivorum,  
 Ulcere laborantem tetro perniciosi colubri.  
 Ibi ille jacebat moerens: citò autem recordaturi erant  
 Argivi apud naves Philoctetae regis. 725  
 Et tamen nè isti quidem sine duce erant, desiderabant tamen ducem suum,  
 Sed Medon ordinabat, Oilei spurius filius,

Ver. 710.—μέλαινα νῆες ἔποντο.] Vide  
 supra ad ver. 494.  
 Ver. 718.—τόξων εὖ εἰδώς.]

Insignis jaculo, et longè fallente sagittâ.  
 Æn. X, 754.  
 Ver. 725.—κακῶ.] Al. κακοῦ.



Τόν ρ' ἔτεκεν Ῥήνη ὑπ' Οἰλῆϊ πτολιπόρῳ.

Οἳ δ' εἶχον Τρίκκην, καὶ Ἰθάμην κλωμακόεσσαν,

Οἳ τ' ἔχον Οἰχαλίην, πόλιν Εὐρύτου Οἰχαλιῆος,

730

Τῶν αὖθ' ἠγείσθην Ἀσκληπιοῦ δύο παῖδε,

Ἰητῆρ' ἀγαθὰ, Ποδαλείριος ἠδὲ Μαχάων·

Τοῖς δὲ κρήκοντα γλαφυραὶ νέες ἐστιχόωντο.

Οἳ τ' ἔχον Ὀρμίνιον, οἳ τε κρήνην Ὑπέρειαν,

Οἳ τ' ἔχον Ἀστέριον, Τιτάνοιο τε λευκὰ κάρηνα,

735

Τῶν ἤρχ' Εὐρύπυλος, Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός·

Τῷ δ' ἄμα τεσσαράκοντα μέλαιναὶ νῆες ἔποντο.

Οἳ δ' Ἄργισσαν ἔχον, καὶ Γυρτώνην ἐνέμοντο,

Ὀρθην, Ἠλάνην τε, πόλιν τ' Ὀλοοσσόνα λευκὴν·

Τῶν αὖθ' ἠγεμόνευε μενεπτόλεμος Πολυποίτης,

740

Ἵγιος Πειριθόοιο, τὸν ἀθάνατος τέκετο Ζεὺς·

Τόν ρ' ὑπὸ Πειριθόῳ τέκετο κλυτὸς Ἴπποδάμεια,

Ἥματι τῷ, ὅτε Φῆρας ἐτίσατο λαχνηέντας·

Τοὺς δ' ἐκ Πηλίου ᾤσε, καὶ Αἰθίκεσσι πέλασσαν·

Οὐκ οἶος· ἄμα τῷγε Λεοντεύς, ὄζος Ἄρηος,

745

Quem peperit Rhena ex Oileo urbium-eversore.

Qui autem tenebant Triccam, et Ithomen montosam,

Quique tenebant Oechaliam, urbem Euryti Oechaliensis,

730

Horum duces erant Aesculapii duo filii,

Medici boni, Podalirius et Machaon :

Cum his autem triginta cavae naves ordine ibant.

Qui verò tenebant Ormenium, quique fontem Hypeream,

Et qui tenebant Asterium, Titanique albos vertices,

735

Horum dux erat Eurypylos, Euaemonis praeclarus filius :

Hunc autem simul quadraginta nigrae naves sequebantur.

Qui verò Argissam tenebant, et Gyrtonen colebant,

Orthen, Elonemque, urbemque Oloossona albam :

His itidem praeerat firmus bellator Polypoetes,

740

Filius Pirithoi, quem immortalis genuit Jupiter :

Hunc utique ex Pirithoo peperit inclyta Hippodamia,

Eo die, quo centaurus ultus est hispidos ;

Eosque ex Pelio pepulit, et ad Aethicas usque abegit :

Non solus ; unà cum eo Leonteus, ramus Martis,

745

Ver. 734.—'Ορμίνιον, ὄ.] Quà ratione hic, Ὀρμίνιον; et infra, ver. 736. Εὐρύπυλος; et, ver. 745. οἶος, ultimam producant: vide suprâ ad ἀ, 51.

Ver. 737 et 747.—μέλαιναὶ νῆες ἔποντο.] Vide suprâ ad ver. 494.

Ver. 741.—ἀθάνατος.] Vide suprâ ad ἀ, 398.

Ver. 742.—κλυτὸς Ἴπποδάμεια.] Σύνηθες ἦν τοῖς παλαιοῖς, κρήνῃσιν τοῖς ἀρσενικοῖς καὶ ἐντὶ τῶν θηλυκῶν, ὡς κρίτῃσιν καὶ δυνά-

πώτεροις· οὐκ ἀμέτρως μῆντοι, αὐτὸ ἀλόγως· ἀλλ' ὅταν δὴ χρησθῆται ὀνόματι ἐπιθέτω ἱκτός· ὅντι τοῦ Σάματος.

Ἐκείνο μὲν γάρ ἐστι περὶ τὸ Σῶμα, "ὁ Μίγας, ἡ Μεγάλη, ὁ Κα-

λός, ἡ Καλή," καὶ τὰ τοιαῦτα· ἱκτός δὲ, ὄϊον "Ἐνδοξός, Εὐτυχής," &c. Dionys. Hali-

caru. περὶ τῆς Ὀμήρου ποιήσεως, § 8. Notandum autem hoc in versu particulam, ἴα, ne-

quaquam supervacaneam esse; sed vim habere in connectendâ sententiâ elegantem:

Τόν ἴα, Hunc utique.

Υἱὸς ὑπερβύμοιο Κορώνου Καινείδαο·

Τοῖς δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναί νῆες ἔποντο.

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἤγε δύο καὶ εἴκοσι νῆας·

Τῶ δ' Ἐνιῆνες ἔποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιεῖοι,

Οἱ περὶ Δαδάνην δυσχείμερον οἰκί' ἔθεντο,

750

Οἱ τ' ἅμφ' ἰμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο,

"Ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλιῖρρον ὕδαρ,

Οὐδ' ὄγε Πηνειῶ συμμίσγεται ἀργυροδίη,

Ἄλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιρρέει, ἥ τ' ἔλαιον·

"Ὀρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ.

755

Μαγνήτων δ' ἤρχε Πρόθοος, Τενθρηδόνος υἱός,

Οἱ περὶ Πηνειὸν καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον

Ναίεσκον τῶν μὲν Πρόθοος θεὸς ἡγεμόνευε·

Τῶ δ' ἅμα τεσσαράκοντα μέλαιναί νῆες ἔποντο.

Οὔτοι ἄρ' ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοῖρανοι ἦσαν.

760

Τίς τ' ἄρ τῶν ὄχ' ἄριστος ἔην, σύ μοι ἔννεπε, Μοῦσα,

Αὐτῶν, ἧδ' ἵππων, οἱ ἅμ' Ἀτρεΐδῃσιν ἔποντο;

Filius magnanimi Coroni Caenidae :

Hos autem simul quadraginta nigrae naves sequebantur.

Guneus verò ex Cypho ducebat duas et viginti naves :

Hunc autem Enienses sequebantur, firmique bellatores Peraeii,

Qui circa Dodonam valde frigidam domicilia posuerant,

750

Quique circa amoenum Titaresium arva colebant,

Qui in Penèum immittit pulchrè-fluentem aquam,

Nec ille Peneo commiscetur argenteos-vortices-habenti,

Sed ipsum in summo supernatat, veluti oleum :

Juramenti enim gravis Stygis aquae est rivus.

755

Magnetibus verò praeerat Prothous Tenthredonis filius,

Qui circa Penèum et Pelion frondosum

Habitabant; his quidem Prothous velox dux-erat;

Hunc autem simul quadraginta nigrae naves sequebantur.

Hi utique duces Danaorum et principes erant.

760

Quis jam horum praestantissimus fuerit, tu mihi dic, Musa,

Ipsorum, et equorum, qui simul Atridas sequebantur?

Ver. 751. Οἱ τ' ἅμφ' ἰμερτὸν Τιταρήσιον.]

Cum hunc amnem ex aquâ Stygiâ derivatum dicat Poeta; quam aquam Strabo, lib. 8. sub finem, ὕδαρ ἐλθέριον appellat; quaerit hic Doctissima Domina Dacier, quâ ratione idem amnis appellari possit ἰμερτός. Respondetque, religiosè id fieri, et per timorem; eodem ferè modo, ac Furia olim appellabantur Εὐαινίδες. Mihi id potius sibi voluisse videtur Homerus, ut Titaresium, non ad aquarum salubritatem, sed ad amenitatem loci respiciens, diceret ἰμερτόν.

Ver. 755. Οὐδ' ὄγε Πηνειῶ συμμίσγεται.]

Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos,

Doris amara suam non intermiscat undam. Virg. Ecl. X, 4.

Similem ex Plinio citat historiam Barnesius :

" Accipit amnem Eurotam Peneus, nec recipit tamen; sed, olei modo, superna tantem (ut dictum est Homero) brevi spatio portatum abdicat; pœnales aquas, Dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans." Lib. 4. c. 8.

Ver. 755.—Στυγὸς ὕδατος.] Vide infra ad 9, 369.

Ver. 759.—μέλαιναί νῆες ἔποντο.] Vide supra ad ver. 494.

"Ἴπποι μὲν μέγ' ἄρισται ἔσαν Φηρητιάδαο, Τὰς Εὐμηλος ἔλαυνε, ποδώκεας, ὄρνιθας ᾶς, "Οτρίχας, οἴτεας, σταφύλη ἐπὶ νῶτον εἴσας·	765
Τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων, "Αμφω θηλείας, φόβον ἄρνος φορεούσας. Ἀνδρῶν δ' αὖ μέγ' ἄριστος ἔην Τελαμώνιος Αἴας, "Οφρ' Ἀχιλεὺς μήνιεν· ὁ γὰρ πολὺ φέρτατος ἦεν, "Ἴπποι δ' οἱ φορέεσκον ἀμύμονα Πηλείωνα.	770
'Αλλ' ὁ μὲν ἐν νήεσσι κορωνίσι ποντοπόροισι Κεῖτ', ἀπομηνίσας Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν, 'Ατρείδῃ· λαοὶ δὲ παρὰ ῥηγμῖνι θαλάσσης Δίσκοισιν τέρποντο καὶ αἰγανέησιν ἰέντες, Τόξοισίν δ' ἵπποι δὲ παρ' ἄρμασιν οἷσιν ἕκαστος	775

Equae quidem multo praestantissimae erant Pheretidae, Quas Eumelus agitabat, pedibus-veloces, aves veluti, Ejusdem pili, ejusdem aetatis, quasi ad perpendicularum dorso pares :	765
Quas in Pieriâ aluit argenteum-arcum-gestans Apollo, Ambas foeminas, terrorem belli ferentes. Virorum autem longè praestantissimus erat Telamonius Ajax, Tandiu dum Achilles in odio permanebat : is enim multo fortissimus erat, Et equi, qui ferebant laudatissimum Pelidem.	770
Sed hic quidem in navibus recurvis per-pontum-transeuntibus Jacebat, iram fovens adversus Agamemnonem, pastorem populorum, Atridam : copiae verò ad littus maris Discis delectabantur et hastilibus jaculantes, Arcubusque : equi verò apud currus suos singuli	775

Ver. 765.—Φηρητιάδαο.] *Admeti.*

 ultimam hîc producat ; itemque, Ἐρεις, ver.  
 440. vide suprâ ad ἄ, 51.

Ver. 409. Κεῖνοι δὲ — ὄλοντο.] Ambi-  
 guum hoc, dictumne sit de Septem illis ad

Thebas in primâ expeditione, an de Thebanis  
 ἱρσις in secundâ. *Eustathius :* ἡ μάλιστα λι-  
 γει, ὅτι οἱ Θεβαῖοι, &c. Ego in priorem sen-  
 tentiam potius propendo ; tum propter se-  
 quentem, Τῷ μὴ μοι πατέρας : tum ut et præ-  
 cedenti, Πειθόμενοι τεράεσσι, aptius hoc ex ad-  
 verso respondeat.

Ver. 412. Τέττα.] Προσφώνησις ἴστι φιλη-  
 ταιρικῆ. — Τινὲς δὲ σχετλιαστικὸν νοοῦσι τὸ,  
 Τέττα, [fortè Τέττα,] ἀποκοπὴν ἐκ τοῦ, Τέτταθι.  
*Eustath.*

Ver. 415. — ἔψεται.] Ἄλ. ἴσσεται.

Ver. 419. — σὺν τεύχεσιν ἄλτο χαμᾶζε.]

Vide suprâ ad γ', 29.

Ver. 420. Δεινὸν δ' ἔβραχε χαλκός.]

— et arma

Horrendùm sonuere. — *Æn. IX, 731.*

Cæterùm de voce, ἔβραχε, et similibus ; vide  
 suprâ ad ver. 125. et infrâ ad ver. 455.

Ὀρρυμένον· ὑπό κεν ταλασίφρονά περ δέος εἶλεν.

Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέει κύμα θαλάσσης

Ὀρρυτ' ἐπασσύτερον, Ζεφύρου ὑποκινήσαντος,

Πόντω μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα

Χέρσῳ ῥηγνύμενον μεγάλα βρέμει, ἀμφὶ δέ τ' ἄκρας

425

Κυρτὸν ἐὼν κορυφούται, ἀποπτύει δ' ἄλως ἄχνην·

Ὡς τότ' ἐπασσύτεραι Δαναῶν κίνυντο φάλαγγες

Ναλεμέως πόλεμόνδε· κέλευε δὲ οἷσιν ἕκαστος

Ἦγεμόνων· οἳ δ' ἄλλοι ἀκὴν ἴσαν, (οὐδέ κε φαίης

Τόσσον λαὸν ἔπεσθαι ἔχοντ' ἐν στήθεσιν αὐδῆν,)

430

Qui concitus ferebatur : utique vel fortissimum virum metus corripuisset.

Ut verò quando in littore sonoro fluctus maris

Conciturat confertim, Zephyro submovente :

In alto quidem primùm attollitur, sed postea

Terræ allisus vehementer fremit, et circa promontoria

425

Tumidus existens fastigiatur, expulsiq̄ue maris spumam :

Sic tunc confertæ Danaorum movebantur phalanges

Indesinenter ad pugnam : imperabat autem suis unusquisque

Ducum : caeteri verò taciti ibant, (neque dixisses

Tantas copias sequi habentes in pectoribus vocem,)

450

Ver. 421. — ὑπό κεν ταλασίφρονά περ δέος εἶλεν.] Vox, ὑπό, non id sonat, quod ait Scholiastes, ὑφ' οὗ ἂν ἤχου; sed quod latinè dicas, *genua timore subtilis intremiscere*. Nimirum refertur, ὑπό, non ad *Sonum terre-facientem*, sed ad *hominem metu succussum*.

Ver. 422. Ὡς δ' ὅτ' ἐν αἰγιαλῷ πολυηχέει κύμα θαλάσσης.]

Fluctus ut in medio cæpit cùm albescere ponto

Longiùs, ex altoque sinum trahit; atque volutus

Ad terras, immane sonat per saxa, nec ipso

Monte minor procumbit; at ima exæstuat unda

Vorticibus, nigramque altè subjectat arenam.

Georg. III, 257.

Fluctus uti primo cæpit cùm albescere vento,

Paullatim sese tollit mare, et altiùs undas

Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo.

Æn. VII, 528.

Macrobius hunc locum inter eos citat, in quibus Virgilius Homericæ carminis majestatem non æquat. "Homerus, cùm marinos motus, et litoreos fluctus ab initio describit; hoc iste prætervolat. Deinde; quod ait ille, Πόντω μὲν τὰ πρῶτα κορύσσεται.

"Maro ad hoc vertit, Paullatim sese tollit mare. Ille fluctus incremento suo ait in sublime curvatos littoribus illidi et asperginem collectæ sordis exspuere; quod nulla expressiùs pictura signaret: Vester, mare à fundo ad æthera usque perducit." Lib. V. cap. 15.

Ver. 425. — Ζεφύρου ὑποκινήσαντος.] Et motum fluctùs, et motum ab initio tardiorem, pingunt hi numeri.

Ver. 425. Χέρσῳ ῥηγνύμενον.] De prosodiâ vocis, ῥηγνύμενον, istiusque ὄρονται, ver. 425. vide suprâ ad γ', 260.

Ver. 426. Κυρτόν.] Latinè dicitur, *tumidus, curvatus, gibbus*. Nam *convexus*, quod Recentiores *concavo* opponunt, Romanis idem ferè sonabat, quod *concavus*; nisi si fortè, in Sphærâ, *convexa* dicta sit Hemisphærii Superioris potiùs, quàm Inferioris, facies Interior; ut cùm *cali convexa*, nemonum *convexa, cavam cali convexitatem*, et similia, dicerent. Qui, ex linguarum recentiorum usu, *convexum concavo* opponunt, Romanis scriptoribus miras tenebras offundunt.

Ver. 428. — κέλευε δὲ οἷσιν ἕκαστος.]

— æratasque acies in prælia cogit

Quisque suas, —

Æn. IX, 465.

Σιγῇ δειδιότες σημάντορας· ἀμφὶ δὲ πᾶσι  
 Τεύχεα ποικίλ' ἔλαμπε, τὰ εἰμένιοι ἐστιχῶντο.  
 Τρῶες δ', ὅσ' ὅϊες πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ  
 Μυρταὶ ἐστήκασιν ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν,  
 Ἀζηχῆς μεμακῦναι, ἀκούσασαι ὅπα ἀρῶν· 435  
 Ὡς Τρῶων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατὸν εὐρὺν ὀρώρει.  
 Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος, οὐδ' ἴα γῆρυς,  
 Ἀλλὰ γλῶσσ' ἐμέμικτο, πολὺκλητοὶ δ' ἔσαν ἄνδρες.  
 Ὄρσε δὲ τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη,  
 Δεῖμός τ', ἠδὲ Φόβος, καὶ Ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα, 440  
 Ἄρεος ἀνδροφόνιο κασιγνήτη, ἐτάρη τε,  
 Ἢ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα

Silentio reveriti ductores : circum autem omnes  
 Arma varia splendebant, quibus induti procedebant-ordine.  
 Trojani autem, perinde ac oves locupletis viri in caula  
 Innumerae stant, dum mulgentur lac album,  
 Assiduè balantes, audità voce agnorum : 435  
 Sic Trojanorum fremitus per exercitum latum est excitatus.  
 Nec enim omnium erat una vociferatio, nec una vox,  
 Sed lingua mista erat, è multis quippe locis convocati fuerant homines.  
 Instigabat verò hos quidem Mars, illos autem caesiis-oculis Minerva,  
 Terrorque et Fuga, et Discordia insatiabiliter furens, 440  
 Martis homicidae soror, sociaque,  
 Quae parva quidem primùm attollitur, sed postea

Ver. 431. Σιγῇ δειδιότες σημάντορας.] Οἱ μὲν Τρῶες ἔπιαισι, μετὰ κραυγῆς καὶ θρόους· οἱ δ' Ἀχαιοὶ, σιγῇ δειδιότες σημάντορας. Τὸ γὰρ, ἐν χρεσὶ τῶν πολεμίων ὄντων, φοβεῖσθαι τοὺς ἀρχοντας, ἀνδρείας ἄμα καὶ πειθαρχίας σημειῖον. Plutarch. de audiend. Poetis. Καὶ τὴν ἀνδρείαν δέ μοι δοκοῦσιν, οὐκ ἀφοβίαν, ἀλλὰ φόβον ψογοῦ, καὶ δέος ἀδελφίας, οἱ παλαιοὶ νομίζουσιν. Οἱ γὰρ δειδότατοι πρὸς τοὺς νόμους, θαρραλώτατοι πρὸς τοὺς πολέμιους εἰσὶ· καὶ τὸ παθεῖν ἥμιστα δεδίασιν, οἱ μάλιστα φοβούμενοι τὸ κακῶς ἀκούσαι. Διὸ καὶ καλῶς Ὀμηρος, —“ Σιγῇ δειδιότες σημάντορας.” Id. in Agid. et Cleomene. Vide quoque supra ad γ', ver. 2 et 8.

Ver. 435. Τρῶες δ', — Τρῶων ἀλαλητὸς.] De hujusmodi Syntaxi ἀνακολούθη, quae directâ constructione et elegantior est nonnunquam, atque etiam simplicior; vide supra ad β', 355. 681. et ad γ', 211.

Ver. 434. — ἰσηκασιν.] Stant. Vide supra ad α', 57. Miro errore de hâc voce doctissimus Grotius, (ad Rom. V, 2.) “ Est, inquit, “ praeferitum pro praesente, more Hebraeo.” Quasi verò Græcum, ἰσηκασιν, non semper responderet Latino, stant.

Ver. 439. — τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ — Ἀθήνη, Δεῖμός τ'.] Trojans Mars, Græcos Minerva, utrosque Terror, &c.

Ver. 442. “ Ἢ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα.] Ἀρξάμεινη ἀπὸ λιπῆς αἰτίας, — πρὸς μέγα δὴ τι κακοῦ διογκοῦται. Heraclid. Ponticus.

Parva metu primò, mox sese attollit in auras,

Ingriditurque solo, et caput inter nubila condit. Æn. IV, 176.

Quod Homerus hîc de Contentione dixit, Maronem de Famâ postea minus congruè dixisse, contendit Macrobius, lib. V. cap. 13. Magnifica tamen, et elegantissima, Utriusque descriptio. Longinus, § 9. Καὶ τοῦτ' ἂν, inquit, εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς Ἐριδος, ἢ Ὀμήρου μέτρον. Ridiculus planè hoc in loco Scaliger; qui in hâc Comparatione non vidit, Rem utique in immensum succrescentem, non Gigantis molem atque effigiem descriptam; calumque hîc, non utique de Contentionis Sede, (quam et hoc quoque Poetæ licitum,) sed de Magnitudine dictum. Poetic. lib. 5. cap. 5.

Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

Ἡ σφιν καὶ τότε νεῖκος ὁμοῖον ἔμβαλε μέσσα,  
Ἐρχομένη καθ' ὁμίλον, ὀφέλλουσα στόνον ἀνδρῶν. 445

Οἱ δ', ὅτε δὴ ῥ' ἐς χῶρον ἕνα ξυνιόντες ἴκοντο,  
Σύν ῥ' ἔβαλον ρινούς, σύν δ' ἔγχεα, καὶ μένε' ἀνδρῶν  
Χαλκιοβαρήκων· ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαί  
Ἐπληντ' ἀλλήλησι, πολὺς δ' ὄρουμαγδὸς ὄρῶρει.

Ἐνθα δ' ἄμ' οἰμαγὴ τε καὶ εὐχῶλή πέλεν ἀνδρῶν, 450  
Ὀλλύντων τε, καὶ ὀλλυμένων· ῥέε δ' αἵματι γαῖα.

Ὡς δ' ὅτε χεῖμαρροι ποταμοὶ, κατ' ὄρεσφι ῥέοντες,  
Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδαρ,  
Κρουσῶν ἐκ μεγάλων, κοίλης ἔντοσθε χαράδρης,  
Τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον ἐν οὔρεσιν ἔκλυε ποιμήν· 455

Coelo condit caput, et solo ingreditur.

Quae ipsis et tunc litem utrinque perniciosam injecit in medium,  
Gradiens per turbam, augens gemitum virorum.

445

Hi verò quando jam in locum unum coeuntes venerant,  
Committébant scuta, unáque hastas, et robora virorum  
Æreis-thoracibus-indutorum : atque clypei umbones-habentes  
Appropinquabant invicem, multusque tumultus coortus est.

Tum verò simul ejulatusque et jactantia erat virorum, 450

Perdentiumque et pereuntium : fluebatque sanguine terra.

Ut verò quando duo torrentes fluvii, de montibus fluentes,

In convallem conferunt rapidas aquas,

Scatebris ex magnis, concavum intra alveum voraginis ;

Horumque procul fragorem in montibus audit pastor : 455

Ver. 446. Οἱ δ', ὅτε δὴ ῥ' ἐς χῶρον ἕνα.]

Jamque intra jactum teli progressus uterque

Substiterat ; subito erumpunt clamore, frementesque

Exhortantur equos ; fundunt simul undique tela

Crebra, nivis ritu ; caelumque obtexitur umbrá. Æn. XI, 608.

Ver. 450. Ἐνθα δ' ἄμ' οἰμαγὴ τε.]

Tum verò et gemitus morientum, et sanguine in alto

Armaque, corporaque, et permisti caede virorum

Semianimes voluntur equi.———

Æn. XI, 635.

Ver. 451.——ἄλλυμένων.] Vide suprâ ad γ', 260.

Ibid.——ῥέε δ' αἵματι γαῖα.

——atro tepefacta cruore

Terra torique madent.———

Æn. IX, 335.

Ver. 452. Ὡς δ' ὅτε χεῖμαρροι ποταμοί.]

——aut rapidus montano flumine torrents

Sternit agros, sternit sata lacta, boumque labores,

Præcipitesque trahit sylvas : stupet inscius alto

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Æn. II, 305.

Aut ubi decursu rapido de montibus altis

Dant sonitum spumosi amnes, et in æquora currunt

Quisque suum populatus iter.———

Æn. XII, 525.

Ποταμῶν δὲ γιε σὺρῆσιν εἰς χωρίον ἕν, καὶ πάταγον ἰδάτων ἀναμιγομένων ἰκμιμήσασθαι τῇ λίξει βουλόμενοι, οὐκίτι λείας συλλαβὰς, ἀλλ' ἰσχυρὰς καὶ ἀντιτύτους θήσει. “Ὡς δ' ὅτε χεῖμαρροι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες, “Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδαρ.” Dion. Halic. περὶ Συνέσεως, § 16. Ubi in transitu, notandæ variae lectiones parvi momenti.

Ver. 455. Τῶν δέ τε τηλόσε δοῦπον.] Καὶ αὐτὸς ἐποίησέ τινα ὀνόματα, οὐκ ὄντα πρότερον, πρὸς τὰ σημαϊνόμενα τυπώσας· οἶον, τὸν Δοῦπον, καὶ τὸν Ἄραρον, καὶ τὸν Βόμβον, καὶ τὸ Ῥόχ-

Ὦς τῶν μισογομένων γένετο ἰαχὴ τε φόβος τε.  
 Πρῶτος δ' Ἀντίλοχος Τρώων ἔλεν ἄνδρα κορυστὴν,  
 Ἐσθλὸν ἐνὶ προμάχοισι, Θαλυσιάδην Ἐχέπαλον,  
 Τὸν ῥ' ἔβαλε πρῶτος κόρυθος φάλον ἰπποδάσειης·  
 Ἐν δὲ μετώπῳ πῆξε, πέρησε δ' ἄρ' ὀστέον εἴσω  
 Δίχμῃ χαλκείῃ· τὸν δὲ σκότος ὅσ' ἐκάλυψεν·  
 Ἦριπε δ', ὡς ὅτε πύργος, ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ.  
 Τὸν δὲ πεσόντα ποδῶν ἔλαβε κρείων Ἐλεφίναρ  
 Χαλκωδοντιάδης, μεγαθύμων ἀρχὸς Ἀβάντων·  
 Ἐλκε δ' ὑπ' ἐκ βελείων λελιημένος, ὄφρα τάχιστα

460

465

Sic hisce commistis oriebatur clamorque timorque.

Primus autem Antilochus Trojanorum interfecit virum bellatorem,  
 Strenuum in primâ acie, Thalysiadem Echeolum.  
 Quem utique percussit primus galeae in conum setis-equis-densae;  
 Inque frontem fixit; penetravit autem os intra  
 Cuspis aerea; eum verò tenebrae oculos operuerunt:  
 Ceciditque, sicut quando turris, in forti pugná.  
 Hunc autem prostratum pedibus prehendit rex Elephenor  
 Chalcodontiadés, magnanimorum princeps Abantum:  
 Subtrahabatque extra tela cupidus, ut quam primùm

460

465

θαι, καὶ τὸ Ἀνέβρυχε, καὶ τὸ Σίξει, καὶ τὰ τοιαῦτα ὧν οὐκ ἂν εἴησι τις εὐσημότερα. Dion. Halic. περὶ τῆς Ὀμήρου ποιήσεως, § 6. Καὶ αὐτοὶ τε δὴ κατασκευάζουσιν οἱ ποιηταί, — πρὸς χεῖρμα ὀρώντες, οἰκία καὶ δηλωτικά τῶν ὑποκειμένων τὰ ὀνόματα. — Μεγάλη τούτων ἀρχὴ καὶ διδάσκαλος ἡ φύσις, ἢ ποιοῦσα μιμητικὸς ἡμᾶς καὶ θετικὸς τῶν ὀνομάτων, οἷς δηλοῦται τὰ πάθηματα, κατὰ τινος εὐλόγου καὶ κινητικὰς [τῆς] διανοίας ὁμοιότητας ὑφ' ἧν ἰδιδάχθημεν ταύρων τε μυκήματα λέγειν, καὶ χειμετισμοῦ ἴσπαν, καὶ φρουγαμῶν τραγῶν, &c. Id. περὶ Συνθέσεως, § 16. Τὰ δὲ πεποιημένα ὀνόματα — ποιεῖ μάλιστα μεγαλοπρέπειαν, διὰ τὸ οἷον ψόφοις ἐοικέναι. Demetr. Phaler. § 94. 95. Καναχάς τε, καὶ Βόμβους, καὶ Κτύπον, καὶ Δούπον, καὶ Ἄραβον, πρῶτος ἐξευρών. Dio Orat. XII. Vide suprâ ad ver. 125.

Ver. 456. — γένετο ἰαχὴ τε.] Productâ ultimâ syllabâ vocis, γένετο, atque etiam hiatus isto interjecto, id efficit Poeta, (quod et Barnesium non fugit,) ut quasi auribus accipiatur clamor intentus, sonusque continuus et productior. Consilio id factum, ostendit similis alibi vocis ejusdem, ἰάχων, dispositio:

Σμερδαλία ἰάχων. Iliad. εἰ, 502. π', 785.

σ', 41. υ', 285. 582. 445. Odyss. χ', 81.

Ἡ δὲ μέγα ἰάχουσα. Iliad. εἰ, 545. Odyss. κ', 525.

Οἱ δὲ μέγα ἰάχοντες. Iliad. ζ', 421.

Βῆ ῥα μέγα ἰάχων. Iliad. ρ', 215.

— γένετο ἰαχὴ τε φόβος τε. Iliad. μ', 144. ὁ, 396.

— μέγα ἰάχοντα. Odyss. ι, 592.

Virgilius, paullo minus audacter:

— longumque vale, vale, inquit, Iola.

Ecl. III, 79.

— et femineo ululatu. Æn. IV, 677.

Ver. 457. Πρῶτος δ' Ἀντίλοχος.] Πῶς οὐκ Αἴας, ἢ Διομήδης, ἀριστεῖσι πρῶτος; Καί φασιν, ὅτι Πύλλιοι πρῶτον συνέβηξαν. — Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἀπ' ἐλάσσονος ἤρχθαι τὸν ποιητὴν, τὸ τῆς τύχης αἰνισσόμενον κρᾶτος. Schol. Quidni reverâ hoc acceptum memoriâ tradat Poeta?

Ver. 459. Τὸν ῥ' ἔβαλε πρῶτος.] Non vacat hîc particula, ῥά; sed idem ferè hoc in loco sonat, ac vox latina, utique. Vide suprâ ad α, 56. et β', 158.

Ver. 460. Ἐν δὲ μετώπῳ πῆξε.]

— ille securi

Adversi frontem mediam mentumque reductâ

Disjicit, et sparso latè rigat arma cerebro.

Æn. XII, 506.

Ibid. — πέρησε.] Vide suprâ ad α, 67.

Ver. 461. — τὸν δὲ σκότος ὅσ' ἐκάλυψεν.]

Immolat, ingentique umbrâ tegit.

Æn. X, 541.

Olli dura quies oculos et ferreus urget Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.

Æn. XII, 509.

Ver. 465. Ἐλκε δ' ὑπ' ἐκ βελείων.] Non supervacaneum est istud, ὑπὸ. Nempè è telorum desuper cadentium nimbo, mortuum subtrahabat.

- Τεύχεα συλήσειε· μίνυθα δέ οἱ γένεθ' ὄρμη.  
 Νεκρὸν γάρ ῥ' ἐρύοντα ἰδὼν μεγάλυμος Ἀγήνωρ,  
 Πλευρὰ, τὰ οἱ κύφαντι παρ' ἀσπίδος ἐξεφαάνθη,  
 Οὔτησε ξυστῶ χαλκήρεϊ, λῦσε δὲ γυῖα.  
 Ὡς τὸν μὲν λίπε θυμός· ἐπ' αὐτῷ δ' ἔργον ἐτύχθη 470  
 Ἀργαλέον Τρώων καὶ Ἀχαιῶν· οἱ δὲ, λύκοι ὡς,  
 Ἀλλήλοισ ἐπόρουσαν, ἀνῆρ δ' ἀνδρ' ἐδοπάλιζεν.  
 Ἐνθ' ἔβαλ' Ἀνθεμίωνος υἱὸν Τελαμώνιος Αἴας  
 Ἥϊθεον, θαλερὸν, Σιμοείσιον· ὃν ποτε μήτηρ  
 Ἰδθην κατιοῦσα, παρ' ὄχθησιν Σιμόεντος 475  
 Γείνατ', ἐπεὶ ῥα τοκεῦσιν ἄμ' ἔσπετο, μῆλα ἰδέσθαι.  
 Τοῦνεκά μιν κάλεον Σιμοείσιον· οὐδὲ τοκεῦσι  
 Θρέπτρα φίλοις ἀπέδακε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰὼν  
 Ἐπλεθ', ὑπ' Αἴαντος μεγάλυμου δουρὶ δαμέντι.  
 Πρῶτον γάρ νιν ἰόντα βάλε στήθος, παρὰ μαζῶν 480  
 Δεξιόν· ἀντικρὺ δὲ δι' ὤμου χάλκεον ἔγχος  
 Ἦλθεν· ὁ δ' ἐν κονίησι χαμαὶ πέσεν, αἴγειρος ὡς,

Arma praedaretur : brevis verò ei fuit iste conatus.

Cadaver enim trahentem conspicatus magnanimus Agenor,

Latera, quae ei inclinato à clypeo denudata erant,

Vulneravit hastili aerato, solvitque membra.

Itaque eum quidem reliquit animus ; super eum verò pugna coorta est 470

Ardua Trojanorum et Achivorum : hi autem, lupi sicut,

Invicem irruebant ; virque virum manu occidebat.

Tunc percussit Anthemionis filium Telamonius Ajax

Juvenem, florentem, Simoisium : quem olim mater

Ab Idâ descendens, ad ripas Simoëntis 475

Peperit, cum parentes simul sequeretur, pecus ut videret :

Propterea ipsum vocabant Simoisium : neque parentibus

Nutritia caris reddidit, brevis autem ei aetas

Fuit, ab Ajace magnanimo lanceâ interfecto.

Primum enim ipsum venientem percussit in pectore, ad mammam 480

Dexteram : ex adverso autem per humerum aerea hasta

Invit : hic autem in pulvere humi decedit, populus ceu,

Ver. 468. Πλευρὰ, τὰ—ἐξεφαάνθη, Οὔτησε.]

—dum textit Imaona Halesus,  
Arcadio infelix telo dat pectus inermum.

Æn. X, 424.

Ver. 469. Οὔτησε.] Ex οὐτάω. Nam ex οὐτάω fit οὔτασι, penultimâ correptâ.

Ver. 472. Ἀλλήλοισ ἐπόρουσαν, ἀνῆρ δ' ἀνδρ' ἐδοπάλιζεν.]

—congressi in prælia, totas

Implicuere inter se acies, legitque virum vir.

Æn. XI, 631.

Ver. 478. Θρέπτρα.] Al. Θρίπτρα.

Ver. 481.—ἀντικρὺ δὲ δι' ὤμου.] Quâ ratione, ἀντικρὺ, hic ultimam producat ; item, αἴγειρος, ver. 482. et ὄς, ver. 500. vide suprâ ad α', 51.

Ver. 482.—χαμαὶ πέσεν, αἴγειρος ὡς.] Vide suprâ ad γ', 2. et β', 764.

Ac veluti summis antiquam in montibus ornum

Cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant

Erueat agricolæ certatim ; illa usque minatur,

Ἦ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἔλεος μέγαλοιο πεφύκει, Λεῖη· ἀτὰρ τέ οἱ ὄζοι ἐπ' ἀκροτάτῃ πεφύασι· Τὴν μὲν δ' ἀρματοπηγὸς ἀνὴρ αἰθῶνι σιδῆρω	485
Ἐξέταρ', ὄφρα ἴτυν κάμψῃ περικαλλεῖ δίφρω, Ἦ μὲν τ' ἀζομένη κεῖται ποταμοῖο παρ' ὄχθας· Τοῖον ἄρ' Ἀνθεμίδην Σιμοείσιον ἐξενάριζεν Αἴας διογενῆς· τοῦ δ' Ἄντιφος αἰολοθώρηξ Πριαμίδης καθ' ὄμιλον ἀκόντισεν ὄξει δουρί.	490
Τοῦ μὲν ἄμαρθ'· ὁ δὲ Λεῦκον, Ὀδυσσεὸς ἐσθλὸν ἑταῖρον, Βεβλήκει βουεῶνα, νέκυν ἐτέρωσ' ἐρύοντα· Ἦριπε δ' ἀμφ' αὐτῶ, νεκρὸς δὲ οἱ ἔκπεσε χειρός. Τοῦ δ' Ὀδυσσεὺς μάλα θυμὸν ἀποκταμένοιο χολώθη· Βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἰθοπι χαλκῶ.	495

Quae in irriguo-loco paludis magnae nata est Laevis; atque ei rami in summo vertice creverunt: Quam quidem curruum fabricator micanti ferro	485
Excidit, ut curvaturam rotae flectat ad pulchrum currum, Quae quidem et aescens jacet fluvii ad ripas: Talem sanè Anthemidem Simoisium interfectum spoliavit Ajax generosus: In hunc autem Antiphus indutus-varium-thoracem Priamides per turbam jaculatus est acutâ hastâ:	490
A quo quidem aberravit; at Leucum, Ulyssis fidum socium, Percussit in inguine, cadaver aliorsum trahentem: Cecidit itaque juxta ipsum, cadaver autem ei excidit manu. Ob hunc verò Ulysses valdè animo interfectum iratus est: Prodiit autem per primos pugnatōres armatus corusco acre:	495

Et tremefacta comam concusso vertice  
nutat:

Vulneribus donec paullatim evicta, supremum

Congemuit, traxitque jugis avulsa ruina.  
*Æn.* II, 626.

Quod de *Iliad.* 4, ver. 589. ("Ἦριπε δ' ὡς ἔπε τις δρῦς ἤριπεν,) observavit *Macrobius*: nempe "nullo negotio *Homericam* arborem "absceidit," cùm *Virgilius*, "magnò Cultu" difficultatem absceidendæ arboreæ molis ex-  
"presserit;" (*Macrob. lib. V. cap. 11.*) et hîc quoque pariter locum habet, si utique locum omninò haberet. At reverà (ut ex *Hobbesio* notavit *Popius*) ineptè est omnis horum duorum locorum inter se instituta comparatio. Quippe *Homerus* et *Virgilius*, cùm res longè inter se diversas describerent; hic urbem ingentem in ignes paullatim considentem, ille hominem uno ictu occisum atque humi extensum; suam uterque materiam suo colore ac specie ornavit, suam uterque pulcherrimâ aptissimâque similitudine explicavit.

Ver. 488.—[Ἀνθεμίδην.] Ab Ἀνθεμίων (ut ex *Eustathio* rectè notavit *Barnesius*) fit

Ἀνθεμίωνιδης; et inde contractum Ἀνθεμίδης; quemadmodum à Δευκαλίων Δευκαλιωνίδης, indeque contractum Δευκαλίδης, *Iliad.* μ', 117. itemque à Μολίων, Μολιονίων, indeque contractum Μολίων, *Iliad.* λ', 708.

Ver. 489.—[αἰολοθώρηξ] *Porphyrio*, thoracem (corpus suum thorace indutum) agilitè motans. Quæst. *Homeric.* 3. Vide suprâ ad β', 816.

Ver. 490. Πριαμίδης.] Vide suprâ ad α', 398.

*Ibid.*—[ἀκόντισεν ὄξει δουρί. Τοῦ μὲν ἄμαρθ'· ὁ δὲ Λεῦκον, —βεβλήκει.]

—stridentemque eminens hastam  
Jecit; at illa volans clypeo est excussa, proculque

Egredium Anthorem latus inter et ilia  
figit.—

Sternitur infelix alieno vulnere.—

*Æn.* X, 776.

Ver. 492. Βεβλήκει.] *Æquè* rectè dicitur βεβλήκει, ac ἔβαλε. Sin βέβληκε dixisset, jam non constitisset Temporum ratio. Simile enim esset, ac siquis Anglicè dicat, HAS WOUNDED, pro eo quod est, DID WOUND. Vide suprâ ad α', 37.



Στῆ δὲ μάλ' ἐγγύς ἰών, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ,  
 Ἀμφί εἰ παπτήνας· ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο,  
 Ἀνδρὸς ἀκοντίσσαντος· ὁ δ' οὐχ ἄλιον βέλος ἦεν,  
 Ἀλλ' υἱὸν Πριάμοιο νόθον βάλε Δημοκόωντα,  
 Ὅς οἱ Ἀβυδόθεν ἦλθε, παρ' ἵππων ὠκείων· 500  
 Τὸν ῥ' Ὀδυσσεύς, ἐτάροιο χολωσάμενος, βάλε δουρὶ  
 Κόρσην· ἣ δ' ἐτέροιο διὰ προτάφοιο πέρησεν  
 Αἰχμὴ χαλκείῃ· τὸν δὲ σκότος ὄσ' ἐκάλυψε·  
 Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ·  
 Χάρησαν δ' ὑπὸ τε πρόμαχοι, καὶ φαίδιμος Ἔκτωρ· 505  
 Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον, ἐρύσαντο δὲ νεκρούς·  
 Ἴθυσαν δὲ πολὺ προτέρω· νεμέσησε δ' Ἀπόλλων,  
 Περγάμου ἐκκατιδὼν· Τρῶεσσι δὲ κέκλετ' αὐσας·

Stetitque valdè propè cùm accesserat, et jaculatus est hastâ splendenti,  
 Circa se oculis conversis: at Trojani retrocesserunt,  
 Viro jaculante: ille verò non irritum telum misit,  
 Sed filium Priami nothum percussit Democoonta,  
 Qui ei ex Abydo venerat, ab equabus velocibus: 500  
 Hunc utique Ulysses ob socium iratus, percussit hastâ  
 In tempore: atque alterum per tempus penetravit  
 Cuspis aerea: illum autem tenebrae oculos cooperuerunt:  
 Fragorem verò edidit cadens, sonitumque dedere arma super ipsum:  
 Recesseruntque et primi pugnatōres, et illustris Hector: 505  
 Argivi autem altùm clamabant, trahebantque cadavera:  
 Rectaque proruperunt multò longiùs: indignatus est autem Apollo,  
 Ex Pergamo despiciens; Trojanosque adhortatus est inclamans:

Ver. 498. Ἀνδρὸς ἀκοντίσσαντος.] Ità edit Barnesius: Rectè, ut mihi quidem videtur. Nam, ἀκόντισ, penultimam corripit, ver. 490 et 496. ut, ex analogiâ, omninò oportet. Vide suprâ ad α, 140.

Ver. 500.—παρ' ἵππων ὠκείων.] Ἐξ ἐκείνου τοῦ τόπου, ἐν ᾧ ἵπποι ἐγεννῶντο ταχέως. Εἶπε δὲ, ὅτι ἐκεῖ ἐτρέφοντο καὶ οἱ ἵπποι τοῦ Πριάμου. Schol.

Ver. 501. Τὸν ῥ' Ὀδυσσεύς.] Non vacat hic particula ῥά. Id enim sonat, quod Latinè dicitur, Hunc utique Ulysses, &c. Vide suprâ ad α, 56. et ad β', 158.

Ver. 502. Κόρσην ἣ δ' ἐτέροιο διά.]

—it hasta Tago per tempus utrumque Stridens, trajectoque hæsit tepefacta cerebro. Æn. IX, 418.

—mediam ferro gemina inter tempora frontem

Dividit. Ibid. ver. 750.

Ibid.—πέρησεν.] Vide suprâ ad α, 67.

Ver. 505.—τὸν δὲ σκότος ὄσ' ἐκάλυψε.] Σολοκισμὸς, inquit Scholiastes, παρὰ τὰς πτώ

σεις· ἴδει γὰρ εἰπεῖν, “ τοῦ δὲ σκότος ὄσ' ἐκάλυψε.” Ineptissimè planè. Vide et suprâ ad ver. 461.

Ver. 504. Δούπησεν δὲ.] Vide suprâ ad ver. 455.

—collapsa ruunt immania membra;

Dat tellus gemitum, et clypeum super intonat ingens. Æn. IX, 708.

Corruit in vulnus: sonitum super arma dedere. Æn. X, 488.

Ver. 505. Χάρησαν δ' ὑπὸ τε πρόμαχοι.]

Diffugiunt versi trepidâ formidine Troës. Æn. IX, 756.

Ver. 506. Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον, ἐρύσαντο δὲ νεκρούς.] Ità Barnesius: Optimè, uti mihi quidem videtur. Vide suprâ ad ver. 456. Vulgg. corruptè, Ἀργεῖοι δὲ μέγα ἴαχον, ἐρύσαντο δὲ νεκρούς.

Ver. 508. Περγάμου ἐκκατιδὼν· Τρῶεσσι δὲ κέκλετ'.] Priami civiumque vox et sententia intelligitur, ad exercitum ex urbe delata, vel à Ducibus ex ipsâ re desumpta et excogitata.

- "Ὀρνυσθ', ἰππόδαμοι Τρῶες, μηδ' εἴκετε χάρμης  
 Ἀργείοις· ἐπεὶ οὐ σφι λίθος χρῶς, οὐδὲ σίδηρος, 510  
 Χαλκὸν ἀνασχέσθαι ταμεσίχροα βαλλομένοισιν.  
 Οὐ μὰν οὐδ' Ἀχιλεὺς, Θέτιδος παῖς ἠΰκόμοιο,  
 Μάρναται, ἀλλ' ἐπὶ νηυσὶ χόλον θυμαλγέα πέσσει.  
 "Ὡς φάτ' ἀπὸ πτόλιος δεινὸς θεός· αὐτὰρ Ἀχαιοὺς  
 ὤρσε Διὸς θυγάτηρ κυδίστη Τριτογένεια, 515  
 Ἐρχομένη καθ' ὄμιλον, ὅθι μεθιέντας ἴδοιτο.  
 "Ἐνθ' Ἀμαρυγκεΐδην Διῶρεα μοῖρ' ἐπέδησε·  
 Χερμαδίᾳ γὰρ βλήτο παρὰ σφυρὸν ὀκρίοντι,  
 Κνήμην δεξιτερὴν· βάλε δὲ Θρηκῶν ἀγὸς ἀνδρῶν  
 Πείρωσ Ἰμβρασίδησ, ὃς ἄρ' Αἰνόθεν εἰληλούθει. 520  
 Ἀμφοτέρω δὲ τένοντε καὶ ὅστιά λαῶας ἀναιδῆς  
 Ἄχρισ ἀπηλοίησεν· ὃ δ' ὕπτιος ἐν κονίησι  
 Κάππεσεν, ἄμφω χεῖρε φίλοις ἐτάροισι πετάσσας,  
 Θυμὸν ἀποπνείων· ὃ δ' ἐπέδραμεν, ὃς ῥ' ἔβαλέν περ,  
 Πείρωσ· οὐτα δὲ δουρὶ παρ' ὀμφαλόν· ἐκ δ' ἄρα πᾶσαι 525

- " Irruite, equum-domitores Trojani, neque cedite pugna  
 " Argivis; quoniam non illis lapis est corpus, neque ferrum, 510  
 " Ut aes sustineat acutum percussis.  
 " Sed neque Achilles, Thetidis filius pulchras-comas-habentis,  
 " Pugnat, verum ad naves iram cruciantem coquit.  
 Sic dixit ab urbe terribilis Deus: Sed Achivos  
 Excitavit Jovis filia gloriosissima Tritonia, 515  
 Gradiens per turbam, ubi remittentes proelium videret.  
 Tunc Amaryncidem Diorem fatum implicavit:  
 Pugillari enim saxo percussus est ad malleolum aspero  
 In tibiâ dextrâ: percussit utique Thracum dux virorum  
 Pirus Imbrasides, qui ex Aeno venerat. 520  
 Ambos autem nervos et ossa lapis improbus  
 Prorsus confregit: ille verò supinus in pulvere  
 Decidit, ambas manus charos ad socios pandens,  
 Animam expirans: ille autem accurrit, qui percusserat,  
 Pirus: vulneravitque hastâ ad umbilicum; atque omnia 525

Ver. 510.—ἐπεὶ οὐ σφι λίθος χρῶς,—  
Χαλκὸν—ταμεσίχροα.]

Et nos tela, pater, ferrumque haud debile  
dextrâ

Spargimus, et nostro sequitur de vulnere  
sanguis. Æn. XII, 50.

Ver. 512. Οὐ μὰν οὐδ' Ἀχιλεὺς.] Mirò ar-  
tificio, ut Poema unum sit à capite ad cal-  
cem, ubique spectatur et interseritur Achilles.

Ver. 516.—ἴθι μεθιέντας.] Quâ ratione  
vox, ἴθι, hic ultimam producat; itemque μέ-  
γα et ἄχρον, ver. 506. vide suprâ ad á, 51.

Ver. 520.—εἰληλούθει.] Si, εἰληλούθει,

dixisset; jam non constitisset Temporum  
ratio. Vide suprâ ad á, 57.

Ver. 525.—οὐτα δὲ δουρὶ.] Rectè obser-  
vârunt Grammatici, vocabulum οὐτα nullo  
modo ex οὐτάω deduci posse, (inde enim fit  
οὐτα penultimâ necessariò productâ; sed ex  
οὐτάζω, οὐτάσω, οὐτά. Unde et οὐτημι, οὐτᾶ-  
μαι, οὐτᾶμενος, &c. Porro, de hujus vocis  
significatione; Οἱ νεώτεροι οὐκ ἴσασιν τὴν διαφο-  
ρὰν τοῦ "οὐτάσαι" καὶ "βαλεῖν." Ὁμηρὸς δὲ  
"οὐτάσαι" μὲν τὸ ἐκ χειρὸς καὶ ἐκ τοῦ συνεγγύς  
πεῶσαι, "βαλεῖν" δὲ τὸ πῶρῶθεν. Schol. ad  
Eurip. Hæpp. 684.

Χύντο χαμαὶ χολάδες· τὸν δὲ σκότος ὅσ' ἐκάλυψε.

Τὸν δὲ Θόας Αἰταλὸς ἐπεσσύμενον βάλε δουρὶ  
 Στέρνον ὑπὲρ μαζοῖο, πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός·  
 Ἀγχίμολον δὲ οἱ ἦλθε Θόας, ἐκ δ' ὄμβριμον ἔγχος  
 Ἐσπάσατο στέρνοιο· ἐρύσσατο δὲ ξίφος ὄξυ, 530

Τῷ ὄγε γαστέρα τύψε μέσσην, ἐκ δ' αἶνυτο θυμόν.  
 Τεύχεα δ' οὐκ ἀπέδυσσε· περίστησαν γὰρ ἑταῖροι,  
 Θρηῆικες ἀκρόκομοι, δολίχ' ἔγχεα χερσίν ἔχοντες,  
 Οἳ ἔ μέγαν περ ἔοντα, καὶ ἴφθιμον, καὶ ἀγαυόν,  
 Ὦσαν ἀπὸ σφείων· ὁ δὲ χασσάμενος πελεμίχθη. 535

Ὡς τῷ γ' ἐν κονίησι παρ' ἀλλήλοισι τετάσθη,  
 Ἡ τοι ὁ μὲν Θρηηκῶν, ὁ δ' Ἐπειῶν χαλκοχιτῶναν,  
 Ἠγεμόνες· πολλοὶ δὲ περικτείνοντο καὶ ἄλλοι.

Ἔνθα κεν οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο μετελθὼν,  
 Ὅστις ἔτ' ἄβλητος καὶ ἀνούτατος ὄξει χαλκῷ 540

Δινεοὺς κατὰ μέσσον, ἄγοι δὲ ἑ Παλλὰς Ἀθήνη.  
 Χειρὸς ἑλοῦσ', αὐτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρῶην.

Πολλοὶ γὰρ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἡματι κείνῳ  
 Πρηνεές ἐν κονίησι παρ' ἀλλήλοισι τέταντο.

Effusa sunt humi intestina: illumque tenebrae oculis cooperuere.

Istum verò Thoas Aetolus irruentem percussit hastâ

In pectore super mammam, fixum est autem in pulmone aes:

Propè autem ad illum accessit Thoas, et validam hastam

Extraxit pectore: strinxit autem ensem acutum, 530

Etque is ventrem percussit medium, abstulitque animum.

Arma verò non exiit: circumstabant enim socii,

Thraeces vertice-summo-comantes, longas hastas manibus tenentes;

Qui ipsum, magnum licèt existentem, et fortem, et praeclarum,

Propulsarunt à se: is verò recedens, vi repulsus est. 535

Sic hi duo in pulvere propè vicem extensi sunt;

Hic quidem Thracum, ille verò Epeorum aere-loricatorum,

Duces; multi autem circum interfecti sunt et alii.

Tum verò non pugnam quisquam reprehendisset interveniens,

Qui adhuc illaesus et invulneratus acuto aere 540

Versaretur in medio, duceretque ipsùm Pallas Minerva,

Manu prehensâ, ac telorum averteret impetum.

Multi enim Trojanorum et Achivorum die illo

Proni in pulvere propè inter se prostrati sunt.

Ver. 526. Χύντο χαμαὶ χολάδες.] Rem-  
 turpem consultâ verborum κακοφανία depingit.  
 Itâ Virgîliis, belli civilis horrorem:

Neu patriâs validas in viscera vertite vires.

Æn. VI, 835.

Ibid.——τὸν δὲ σκότος.] Vide suprâ ad  
 ver. 461 et 505.

Ver. 527.——ἐπισσύμενον.] Scholiastes  
 legit, ἀπισσύμενον, ἀπερχόμενον.

Ver. 528.—πάγη.] Vide suprâ ad ver. 185.

Ver. 539.—οὐκέτι ἔργον ἀνὴρ ὀνόσαιτο με-  
 τελθὼν.] Τοιοῦτος δ' ἀν εἴη Θεατῆς, ὁ τοῦ Ποιοῦ  
 ἀκροατῆς. Eustath.

Ver. 540.———ἄβλητος καὶ ἀνούτατος.]

Rectè Scholiastes: Ὅ μήτε ἀπὸ διασθήματος  
 τραυθῆς δόρατι ἢ ἰσσηῶ, μήτε δὲ ἐκ τοῦ ἐγγυῶς  
 ξίφει. Neque eminus neque cominus vulnera-  
 tus. Vide et suprâ ad ver. 525.

## ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Ε΄.

Ὑπόθεσις τῆς Ε΄. ΟΜΗΡΟΥ Ῥαψωδίας.

ΔΙΟΜΗΔΗΣ, Ἀθηᾶς αὐτῷ συλλαμβανομένης, ἀριστεύει, καὶ πολλοὺς ἀναιρεῖ τῶν πολεμίων. Τιτράσκει δὲ Ἀφροδίτην κατὰ τῆς χειρὸς, καὶ Ἄρεια κατὰ τοῦ κενεῖνος. Αἰνείαν δὲ, πληγέντα ὑπ' αὐτοῦ λίθῳ, Ἀπόλλων διασώζει. Τληπόλεμος δὲ ὑπὸ Σαρπηδόνης ἀναιρεῖται. Τῷ δὲ Ἄρει Ζεὺς ἐπιπλήττει. Ἰᾶται δὲ αὐτὸν Παιῖαν ὁ τῶν θεῶν ἰατρός.

Α Λ Λ Η.

ἈΠΑΓΑΓΩΝ τὸν τοῦ Πηλέως ὁ Ποιητὴς πρόμαχον, ἕτερον τῶν Ἑλλήνων προστῆσαι θελήσας, καὶ παράδοξον ἀριστείαν ἐρημεύσαι, τὸν Τυδείως ἴστησι· καὶ διότι οὐχ οἷός τε ἦν ἐπίσης ἐκείνῳ τοὺς πολεμίους φοβεῖν, φησὶν αὐτὸν ὑπὸ τῆς Ἀθηᾶς βοηθεῖσθαι, καὶ ἐξαιρέτω τιμῇ τετιμῆσθαι. Ὅρασθαι γοῦν ὑπὲρ τῶν ἄμων αὐτοῦ φοβερὸν πῦρ κειόμενον, ὡς τοὺς Τρῶας καταπλαγέντας ἐπὶ τῇ παρὰ τῶν θεῶν βοήθειᾳ καταφυγεῖν, φοβεράτερον αὐτὸν καὶ Ἀχιλλέως νομίζοντας. Λέγει οὖν, “ Οὐδ' Ἀχιλλῆα πῶθ' ᾤδε ἴ' ἐδεῖδιμεν, ὄρχαμον ἀνδρῶν, ὄνπερ φασὶ θεᾶς ἐξέμμεναι· ἀλλ' ὅδε λίην Μαίνεται, οὐδὲ τίς οἱ δύναται μένος ἴσοφαρίζειν.” Τοῦτον τὸν τρόπον Διομήδης ὑπὸ τῆς Ἀθηᾶς βοηθούμενος, πολλοὺς τῶν Τρῶων ἀναιρεῖ, καὶ Πάνδαρον τὸν παρασπονδήσαντα. Τιτράσκει δὲ καὶ Ἀφροδίτην συλλαμβανομένην τῷ παιδί Αἰνείᾳ· ὁμοίως δὲ καὶ Ἄρεια. Τὴν μὲν οὖν Ἀφροδίτην ἡ μήτηρ Διάνη παραμυθεῖται· τὸν δὲ Ἄρει ἰᾶται Παιῖαν, τοῦ Διὸς πρότερον αὐτῷ ἐπιπλήξαντος.

Ἐπιγραφαί.

Διομήδους ἀριστεία.

Ἄλλως.

Εἴ, βάλλει Κυθέρειαν, Ἄρηά τε, Τυδεὸς υἱός.

ἜΝΘ' αὖ Τυδεΐδῃ Διομήδῃ Παλλὰς Ἀθήνη  
Δῶκε μένος καὶ θάρσος, ἵν' ἐκδηλος μετὰ πᾶσιν

TUM verò Tydidæ Diomedæ Pallas Minerva  
Dedit robur et audaciam; ut conspicuus inter omnes

Ver. 2. Δῶκε μένος.] Καὶ περὶ τὰς μάχας ἴσφι καὶ ἀήτητον. Ὁ καὶ τοὺς θεοὺς Ὀμηρος ἐμ-  
πῶ παθητικὸν καὶ τὸ ἐνθουσιᾶδες, ἀνυπόστατον ἴσφι φησι τοῖς ἀνθρώποις, ————— καθάπερ

Ἄργείοισι γένοιτο, ἰδὲ κλέος ἔσθλὸν ἄροιτο.  
 Δαίε' οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ,  
 Ἀστέρ' ὀπωρινῶ ἑναλίγκιον, ὅστε μάλιστα

5

Argivos fieret, et famam insignem auferret.  
 Accendebat utique ei ex galeaque et clypeo indefessum ignem,  
 Stellae autumnali similem, quae maximè

5

ἔρημμα τῶ λογισμῶ καὶ ὄχημα τὸ πάθος προσ-  
 τίθεντας. Plutarch. de Virtute morali, sub  
 finem. Vide autem suprâ ad ε', 194. et β',  
 169. et δ', 92.

Ver. 4. Δαίε' οἱ ἐκ κόρυθος.] *Al.* Δαίε' δ' οἱ.  
*Virgilius* hanc loquendi rationem sæpè est  
 imitatus:

—galea alta chinæram  
 Sustinet, Ætnæos eflantem faucibus ignes.  
*Æn.* VII, 785.

—geminas cui tempora flammæ  
 Læta vomunt, patriumque aperitur ver-  
 tice sidus. *Æn.* VIII, 680.

—tremunt in vertice cristæ  
 Sanguineæ, clypeoque micantia fulgura  
 mittit. *Æn.* IX, 752.

Terribilem cristis galeam, flammæque vo-  
 mentem. *Æn.* VIII, 620.

Ardet apex capiti, cristisque à vertice  
 flamma

Funditur, et vastos umbo vomit aureus  
 ignes;

Non secus ac liquidâ si quando nocte co-  
 metæ

Sanguinei lugubrè rubent, aut Sirius ardor;  
 Ille situm morbosque ferens mortalibus  
 ægris  
 Nascitur, et lævo contristat lumine cœ-  
 lum. *Æn.* X, 270.

Quo ultimo in loco *inferiorem Homero Virgi-  
 lium* existimavit *Macrobius*, eò quod "Mi-  
 nerva Diomedis suo, pugnantè duntaxat,  
 "flammarum addat ardorem:" Quod idem  
 à *Virgilio* "importunè positum," cum "nec-  
 dum pugnaret Æneas, sed tantùm in navi  
 "veniens appareret." *Lib.* V. cap. 15. Ex  
 alterâ parte, *Homero Virgillum* in eo *Superi-  
 orem* annotavit *Popius*, quòd *Homero* in hæc  
 Similitudine *Splendor solummodò* scribatur  
*Sideris*; *Virgilio*, significantiùs et *lugubris*  
*Cometæ rubor, suisque et morbî quos Si-  
 rius ardor* portenderit, memorentur: Cæte-  
 rium id hic præcipuè observandum; summo  
 cum *ornatu* atque *splendore orationis* dixisse  
 utrumque *Poeta*, quantum *terrore Herois*  
 ad pugnam expediti incuteret *ASPECTUS*.  
 Nec minùs audacis figurâ etiam auram *RU-  
 MORTIS*, cum ad concionem iret exercitus,  
 expressit *Poeta*:

—μυτὰ δὲ σφισιν Ὀσσα δεδήγει,  
 Ὀρβύουσι ἵκται, Διὸς ἄγγελος.—*Iliad.* β' 93.  
*Toti.* I.

Quin et *Achillis* ad pugnam redituri *FAMA*  
 atque ipsa *EXPECTATIO*, simili verborum  
 atque *Imaginum* magnificentia depingitur:

Ἄμφι δὲ οἱ κεφαλῇ νίφος ἔστιφι δία θιῶν  
 Χρύσειον, ἐκ δ' αὐτοῦ δαίε' φλόγα παμφανό-  
 ωσαν.

Ἦς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν ἐξ ἄστεος αἰθέρ' ἵκηται,  
 Ὀψος δ' αὖγῃ

Γίνονται ἄσσοισι,  
 Ὀς ἄπ' Ἀχιλλῆος κεφαλῆς σίλας αἰθέρ'  
 ἵκται.

Στῆ δ' ἐπὶ τάρφρον ἰὼν  
 Ἔνθα στὰς ἦσο' ἀπάτριθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη  
 Φθίγγεσσι' ἀτὰρ Τρώεσσιν ἐν ἄσπιτον ὄρσε  
 κυδοίμην.

Οἱ δ' ὡς οὖν αἶον ὅσα χάλκειον *Λιακίδα*,  
 Πᾶσιν ὀρίθη θυμός· ἀτὰρ καλλιτέριχες ἴσποι  
 Ἄψ' ὄχηα τρόπιον ὄσοντο γὰρ ἄλγισα θυμῶ.  
 Ἦνίοχοι δ' ἐκπληγεν, ἐπεὶ ἶδον ἀκάματον πῦρ  
 Δεινὸν ὑπὲρ κεφαλῆς μεγαθύμου Πηλεΐωνος  
 Δαϊόμενον· τὸ δ' ἔδεικε θεῶν γλαυκῶπις Ἀθήνη.  
 Τρεῖς μὲν ὑπὲρ τάρφρου μεγάλ' ἴαχε δῖος Ἀχιλ-  
 λεύς·

Τρεῖς δ' ἐκκυθήσαν Τρῶες κλιθεὶ τ' ἐπίκουροι.  
*Iliad.* σ'. 205—229.

Hæc cum de *Achillis* solummodò adven-  
 tantis *RUMORE* summâ cum laude dicta  
 sint, non satis justâ de causâ videtur *Ma-  
 crobiius Virgilio* id vitio vertisse, quòd *Æ-  
 neam*, loco suprâ citato, "necdum pugnan-  
 tem, sed tantùm in Navî venientem," simi-  
 mili verborum splendore grandiloquo de-  
 scripserit.

*Ibid.*—ἀκάματον πῦρ.] Vide suprâ ad ε',  
 398.

—incendia vires

Indomitas.—*Æn.* V, 680.

Ver. 5. Ἀστέρ' ὀπωρινῶ ἑναλίγκιον.] "No-  
 tandum, ὀπωρινὸς, ab *Homero* fuisse produc-  
 tum, sed licenter; nam longè meliùs corrip-  
 etur." *Phil. Labbe* *Prosod.* p. 54. A-  
 qui, obsecro, longè meliùs? Certè non li-  
 center produxit *Homerus*, quia ubique produxit.  
 At *Hesiodus* quidem licenter, qui (ut alia  
 multa) et corripuit et produxit: "Erg. II.  
 ver. 35. 292. 295. Vide suprâ ad β', 45.  
 Porro εἰαρινὸς, χιμαιρινὸς, θερινὸς, penulti-  
 mam quidem corripuit; quippe ex εἰαρ, χι-  
 μαρ, θερος, deducta. At ὀπωρινὸς, ab ὀπάρη,  
 penultimam habere videtur ex istâ n partim  
 contractam, atque exinde productam.

N

Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο·

Τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων·

ᾧ ὤρσε δέ μιν κατὰ μέσσον, ὅθι πλεῖστοι κλονέοντο.

Ἦν δέ τις ἐν Τρώεσσι Δάριος, ἀφνειὸς, ἀμύμων,

Ἰρεὺς Ἡφαιίστοιο· δύω δέ οἱ υἱέες ἦσθη,

Φηγεὺς, Ἰδαῖός τε, μάχης εὖ εἶδότε πάσης·

Τῷ οἱ, ἀποκρινθέντε, ἐναντίω ὀρμηθήτην·

Τῷ μὲν ἀφ' ἵπποιῖν, ὃ δ' ἀπὸ χθονὸς ὤρυστο πεζός.

Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες,

Φηγεὺς ῥα πρότερος προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,

Τυδείδω δ' ὑπὲρ ὤμων ἀριστερὸν ἤλυθ' ἀκκῆ

Ἐγχεος, οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν· ὃ δ' ὕστερος ὤρυστο χαλκῷ

Τυδείδης· τοῦ δ' οὐχ' ἄλιον βέλος ἔκφυγε χειρὸς,

Ἄλλ' ἔβαλε στῆθος μεταμάζιον, ὥσε δ' ἀφ' ἵππων.

Ἰδαῖος δ' ἀπόρουσε, λιπὼν περικαλλέα δίφρον,

Οὐδ' ἔτλη περιβῆναι ἀδελφειοῦ πταμένοιο·

Splendidè collucet lota in Oceano :

Talem ei ignem accendebat à capiteque et humeris ;

Impulitque eum in medium, ubi plurimi tumultuabantur.

Erat autem quidam inter Trojanos Dares, locuples, inculpatus,

Sacerdos Vulcani ; duoque ei filii erant,

Phegeus, Idaeusque, pugnae benè periti omnis :

Hi ei [*Diomedè*], semoti à suis, obvii prouerunt :

Hi quidem ab equis, ille verò à terrà pugnam ciebat pedester.

Hi itaque quum jam propè erant in se mutuò vadentes,

Phegeus quidem prior emisit longam hastam,

Tydidae verò super humerum sinistrum venit cuspis

Hastae, nec percussit ipsum : posterior verò irruit inastà

Tydides ; hujus autem non irritum telum fugit è manu ;

Sed percussit pectus inter mammæ, deturbavitque de equis [*de curru*].

Idaeus autem desiliit, relicto perpulchro curru,

Neque ausus est protegere fratrem interfectum :

Ver. 6. Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο.] Quod Homerus de *Sirio*, Virgilius similiter de stellâ *Veneris* :

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ, Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,

Extulit os sacrum cœlo, tenebrasque resolvit. *Æn.* VIII, 589.

Ver. 7. Τοῖόν οἱ πῦρ.] Vide suprâ ad 4, 51.

Ver. 9. Ἦν δέ τις—ἀμύμων, Ἰρεὺς.]

Fortè sacer Cybele Chloreus, olimque sacerdos,

Insignis longè. *Æn.* XI, 768.

Ver. 12.—ἐναντίω.] *Al.* ἐναντίον.

Ver. 15.—ἀφ' ἵπποιῖν] Ἄφ' ἄρματος, ut rectè Scholiastes.

*Ibid.*—ὤρυστο.] Vide suprâ ad γ', 260.

Ver. 16.—ἤλυθ'.] Vide suprâ ad γ', 205. et ad 4, 57.

Ver. 18.—τοῦ δ' οὐχ' ἄλιον βέλος.]

At non hoc telum, mea quod vi dextera versat,

Effugies. *Æn.* IX, 747.

Ver. 20.—ἀπόρουσε, λιπὼν περικαλλέα δίφρον.] *Pedibus* ideò fugit, ut in turbâ posset meliùs latere. Itâ *Barnesius*, rectè. Alii alias commentii sunt causas, minùs idoneas.

Οὐδὲ γὰρ οὐδέ κεν αὐτὸς ὑπέκφυγε κῆρα μέλαιναν  
 Ἄλλ' Ἡφαιστος ἔρυτο, σάωσε δὲ νυκτι καλύψας,  
 Ὡς δὴ οἱ μὴ πάγχυ γέρον ἀκαχημένος εἴη.  
 Ἴππους δ' ἐξελάσας μεγαθύμου Τυδέος υἱός, 25  
 Δῶκεν ἐταίροισιν καταγείν κοίλας ἐπὶ νῆας.  
 Τρῶες δὲ μεγάθυμοι, ἐπεὶ ἴδον υἱὲ Δάρητος,  
 Τὸν μὲν, ἀλευάμενον, τὸν δὲ, κτάμενον παρ' ὄχεσφιν,  
 Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός· ἀτὰρ γλαυκῶπις Ἀθήνη,  
 Χειρὸς ἐλοῦσ', ἐπέεσσι προσήυδα Δοῦρον Ἀρηαΐ 30  
 Ἄρες, Ἄρες, βροτολογιγέ, μαιφόνε, τειχεσιπλῆτα,  
 Οὐκ ἂν δὴ Τρῶας μὲν ἑάσαιμεν καὶ Ἀχαιοὺς  
 Μάρνασθ', ὅπποτέροισι πατὴρ Ζεὺς κῦδος ὀρέξῃ,  
 Νῶϊ δὲ χαζώμεσθα, Διὸς δ' ἀλεώμεθα μῆνιν ;  
 Ὡς εἰπούσα, μάχης ἐξήγαγε Δοῦρον Ἀρηαΐ 35  
 Τὸν μὲν ἔπειτα καθείσεν ἐπ' ἠϊόντι Σκαμάνδρῳ.

Nam nec ipse quidem effugisset mortem atram ;

Verùm Vulcanus eripuit, servavitque caligine tectum,

Nè scilicet ei penitens senex tristis esset.

Equos autem abductos magnanimi Tydei filius

Dedit sociis ut deducerent cavas ad naves.

Trojani verò magnanimi, ut viderunt filios Daretis,

Alterum quidem fugientem, alterum verò interfectum apud currus,

Omnibus perturbatus est animus : Caeterum caesiis-oculis Minerva

Manu prehensum, verbis allocuta est impetuosum Martem :

" Mars, Mars, pernicies-hominum, inquinata-caede, murorum-eversor,

" An non jam Trojanos quidem sinemus et Achivos

" Pugnare, utris pater Jupiter gloriam praebet ;

" Nos autem cedamus, Jovisque evitemus iram ?

Sic fata, proelio eduxit impetuosum Martem :

Hunc quidem postea sedere fecit in herboso Scamandro.

Ver. 22. Οὐδὲ γὰρ.] Istud, γὰρ, non refertur ad id quod proximè præcessit, nempe, fugisse *Idæum* ; sed ad id quod eleganter reticetur, fugisse scilicet *Nequicquam* : *NAM* neque sic quidem futurum fuisset, ut Effugisset, nisi &c. *Virgilius* similiter :

— cadit et Ripheus, justissimus unus

Qui fuit in Teucris, et servantissimus æqui ;

Dis aliter visum. — *En.* II, 426.

ubi istud, aliter, non refertur ad id quod proximè præcessit, nempe justissimum fuisse *Ripheum* ; sed ad id quod elegantissimè reticetur, factum utique oportuisse, vulgi iudicio, ut qui justissimus fuerat, simul cum cæteris non interesset.

Ver. 27. Τρῶες δὲ μεγάθυμοι.] Vide supra ad ἄ, 51.

Ver. 31. Ἄρες, Ἄρες.] Ridiculum planè est, quod hic affert *Eustathius* ; vocem Ἄρες, duplicem habere etymologiam ; aliam, quum primam producat ; aliam, quum corripiat. Quà ratione hujusmodi syllabæ breves nonnunquam producantur, vide supra ad ἄ, 51. Cæterum hoc in loco et *παθητικῶς*, majori cum emphasi, ità fortè pronuntiarì debuerit, ac si geminatum haberet literam *ρ* ; vel etiam ità ferè, ac si scriptum fuisset, Ὡς Ἄρες, Ἄρες.

*Ibid.*—τειχεσιπλῆτα.] *Al.* τειχεσιβλήτα.

Ver. 32.—ἑάσαιμεν.] Pessimè *Barnesius*, ἑάσσαιμεν. Vide supra ad ὄ, 42.

Ver. 35.—μάχης ἐξήγαγε Δοῦρον Ἀρηαΐ.] Recedebat nimirum Trojanorum exercitus, Scamandrum versus.

- Τρῶας δ' ἔκλιναν Δαναοί· ἔλε δ' ἄνδρα ἕκαστος  
 Ἠγεμόνων· πρῶτος δὲ ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων  
 Ἀρχὸν Ἀλιζώνων Ὀδίων μέγαν ἔκβαλε δίφρου·  
 Πρῶτῳ γὰρ στρεφθέντι μεταφρέων ἐν δόρυ πῆξεν 40  
 Ὀμῶν μεσσηγύς, διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσε·  
 Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῶ.  
 Ἴδομενεὺς δ' ἄρα Φαῖστον ἐνήρατο, Μήνονος υἱὸν  
 Βῶρου, ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβάλακος εἰληλούθει·  
 Τὸν μὲν ἄρ' Ἴδομενεὺς δουρικλυτὸς ἔγχεϊ μακρῷ 45  
 Νύξ', ἵππων ἐπιθησόμενον, κατὰ δεξιὸν ὤμων·  
 Ἦριπε δ' ἐξ ὀχέων, στυγερὸς δ' ἄρα μιν σκότος εἶλε.  
 Τὸν μὲν ἄρ' Ἴδομενεὺς ἐσύλευον θεράποντες.  
 Υἱὸν δὲ Στροφίοιο Σκαμάνδριον, αἰμόνα Δήρης,  
 Ἀτρείδης Μενέλαος ἔλ' ἔγχεϊ ὀξυόεντι, 50  
 Ἐσθλὸν θρηνητῆρα· δίδαξε γὰρ Ἀρτεμις αὐτῇ  
 Βάλλειν ἄγρια πάντα, τὰ τε τρέφει οὖρεσιν ὕλη.

Trojanos autem in fugam verterunt Danaei; interfecitque virum quilibet

Ductorum: primus utique Rex virorum Agamemnon

Ducem Halizonum Hodium magnum dejecit è curru:

Primo enim ei verso-in-fugam in tergum hastam infixit 40

Humeros inter, perque pectora trajecit:

Fragorem verò edidit cadens, sonitumque dedere arma super ipso.

Idomeneus autem Phaestum interfecit, Maconis filium

Bori, qui ex Tarne glebosâ venerat:

Hunc utique Idomeneus hastâ-inclutus longâ hastâ 45

Vulneravit, currum conscendentem, ad dextrum humerum:

Decidit autem de curru, horrendaque ipsum caligo invasit.

Hunc quidem inde Idomenei spoliarunt famuli.

Filium autem Strophii Scamandrium, peritum venationis,

Atrides Menelaus interfecit hastâ acutâ, 50

Bonum venatorem: docuit enim Diana ipsa

Jaculari ferarum omne genus, quas utique nutrit in montibus sylvæ.

Ver. 37.—ἐκλιναν.] Vide suprâ ad α', 309.

Ver. 40.—στρεφθέντι μεταφρέων ἐν δόρυ πῆξεν.]

Tum Pallas bijugis fugientem Rhetea præter

Trajecit. —Æn. X, 399.

Ver. 42. Δούπησεν δί.] Vide suprâ ad δ', 455 et 504.

Ver. 43.—Μήνομος υἱόν.] Strabo legit, τέκτονος υἱόν, lib. IX. pag. 635. ex sequente, ver. 59. ut videtur.

Ver. 44.—ἐκ Τάρνης.] Al. ἐκ τ' Ἀρνης.

Vide Strab. lib. IX. pag. 635. et Pausan. lib. IX. cap. 40.

Ibid.—εἰληλούθει.] Si, εἰληλούθει, dixisset,

utique non constitisset Temporum ratio. Simile enim esset, ac si quis Anglicè dicat, WHO IS COME; pro eo. quod est, WHO CAME. Vide suprâ ad α', 37.

Ver. 50.—ὀξυόεντι.] Ἐγχεῖα ὀξυόεντα, ἐξ ἰξύνος τοῦ δένδρου ὡς καὶ Ἀρχιλόχος, ἡ ἰξὺν πο- " τῆσο" ἀλλ' οὐ, τὰ ὀξία, ὡς οἱ Γραμματι- κοὶ ἀποδιδάκασιν. Porphyr. Quæst. Homeric. 11. Similiter et apud Euripidem legitur Heraclid. ver. 727.

—χειρὶ δ' ἐνέει ἰξύν. Al. ἰξόνην.

Ver. 51. Ἐσθλὸν θρηνητῆρα.]

—debeltatorque ferarum.

Æn. VII, 651.

Ver. 52.—ὕλη.] Vide suprâ ad γ', 151.



Ἀλλ' οὐ οἱ τότε γε χρᾶϊσμ' Ἀρτεμις ἰοχέαιρα,  
 Οὐδὲ ἐκηβολίαι, ἥσιν τὸ πρὶν γ' ἐκέκαστο  
 Ἀλλά μιν Ἀρτείδης δουρικλειτὸς Μενέλαος 55  
 Πρόσθεν ἔβεν φεύγοντα, μετάφρενον οὔτασε δουρὶ,  
 Ὡμων μεσσηγὺς, διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσεν.  
 Ἦριπε δὲ πρηγῆς, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῶ.  
 Μηριόνης δὲ Φέρεκλον ἐνήρατο, τέκτονος υἱὸν  
 Ἀρμονίδεω, ὃς χερσὶν ἐπίστατο δαίδαλα πάντα 60  
 Τεύχειν· ἔξοχα γάρ μιν ἐφίλατο Παλλὰς Ἀθήνη·  
 Ὅς καὶ Ἀλεξάνδρω τεκτῆνατο νῆας εἴσας,  
 Ἀρχεκάκους, αἱ πᾶσι κακὸν Τράεσσι γέγοντο,  
 Οἳ τ' αὐτῶ· ἐπεὶ οὔτι θεῶν ἐκθέσφατα ἦδη  
 Τὸν μὲν Μηριόνης, ὅτε δὴ κατέμαρπτε διάκων, 65  
 Βεβλήκει γλουτὸν κατὰ δεξιόν· ἢ δὲ διὰ πρὸ  
 Ἀντικρῦ κατὰ κύστιν ὑπ' ὀστέον ἤλυθ' ἀκωκῆ·

Verùm non ei tunc profuit Diana sagittis-gaudens,  
 Neque peritia-jaculandi-eminens, quâ antea instructus erat :  
 Sed ipsum Atrides hastâ-inclutus Menelaus 55  
 Ante se fugientem, in dorso vulneravit hastâ,  
 Humeros inter, perque pectora trajecit.  
 Cecidit autem pronus, sonitumque dederunt arma super ipso.  
 Meriones verò Phereclum interfecit, fabri filium  
 Harmonidæ, qui manibus sciebat artificiosa omnia 60  
 Fabricari; egregiè enim ipsum diligebat Pallas Minerva;  
 Qui etiam Alexandro fabricatus fuerat naves æquales,  
 Exordia-malorum, quæ omnibus exitium Trojanis fuerunt,  
 Sibique ipsi; quoniam non deorum oracula intellexerat:  
 Hunc utique Meriones, cùm scilicet assecutus esset insequens, 65  
 Feriit clunem ad dextrum: at penitus  
 E regione juxta vesicam sub osse exiit cuspis †

Ver. 55. Ἀλλ' οὐ οἱ τότε.]

— nihil illos Hercules arma,  
Nil validæ juvere manus.—

Æn. X, 519.

Ver. 55.—δουρικλειτός.] *Vulg.* δουρικλυ-  
τός. At *Barnesius* edidit δουρικλειτός. Rectè,  
ut mihi quidem videtur. Sic enim et *Vul-*  
*gati, Odys. 6, 52.* Similique analogiâ sæpè  
apud *Homerum* legitur et ἀγακλυτός et ἀγα-  
κλειτός. Neque nihili est, quod hunc versum  
non memoret *Athenæus* inter λαγαρούς, τοὺς  
ἐν μίσῳ χαλδότηα ἔχοντας, lib. XIV. cap. 8.

Ver. 56.—οὔτασε δουρὶ.] Vide suprâ ad  
δ', 525. et ad α', 140.

Ver. 61.—μιν ἐφίλατο Πάλλας Ἀθήνη.]  
*Eustathius* ἐφίλατο deducit ex φίλημα: Alii  
contractum existimant ex ἐφιλήσατο. Pes-  
simè utrumque: Corripit enim omninò de-  
buisset syllaba φι. Reverâ, quâ analogiâ di-  
citur μαρτύρομαι, ἰμαρτύρομαι, ἰμαρτύρα-

μην, in futuro autem μαρτύρομαι, indeque  
μαρτύρομαι, quod per omnes Modos ac  
Tempora ÷ semper corripit; (vide suprâ ad  
α', 538.) eâdem analogiâ ex φίλομαι deduxit  
*Homerus* ἐφίλατο, et in imperativo φίλει; Ex  
quo Futurum deducetur φίλομαι; indeque  
φίλει, quod per omnes Modos ac Tempora  
÷ semper corripit. Vide κ', ver. 280. et β',  
ver. 304.

Ver. 62.—νῆας εἴσας.] Vide suprâ ad  
α', 506.

Ver. 63. Ἀρχεκάκους.]

—Primus leti, primusque malorum  
Causa fuit.— Æn. IV, 169.

—Quæ prima malorum

Causa fuit.— Æn. VII, 481.

Ver. 66. βεβλήκει γλουτόν.] Similiter, ver.  
75. βεβλήκει κεφαλῆς. Vide suprâ ad δ',  
492. et ad α', 37.

Ver. 67.—ἤλυθ'.] Vide supra ad γ', 205.

Γνῶξ δ' ἔριπ' οἰμάζας, θάνατος δέ μιν ἀμφεκάλυψε.

Πηδαῖον δ' ἄρ' ἔπεφνε Μέγης, Ἀντήνορος υἱόν,  
 "Ὅς ῥα νόθος μὲν ἔην, πύκα δ' ἔτρεφε δῖα Θεανῶ,  
 Ἴσα φίλοισι τέκεσσι, χαριζομένη πόσει ᾧ." 70

Τὸν μὲν Φυλειδῆς δουρικλυτὸς, ἐγγύθεν ἔλθων,  
 Βεβλήκει κεφαλῆς κατὰ ἰνίον ὄξει δουρί.  
 Ἀντικρὺ δ' ἀν' ὀδόντας ὑπὸ γλῶσσαν τάμε χαλκός.  
 Ἦριπε δ' ἐν κονίῃ, ψυχρὸν δ' ἔλε χαλκὸν ὀδοῦσιν. 75

Εὐρύπυλος δ' Εὐαιμονίδης Ὑψήνορα δῖον,  
 Υἱὸν ὑπερθύμου Δολοπίονος, ὅς ῥα Σκαμάνδρου  
 Ἀρητῆς ἐτέτυκτο, θεὸς δ' ὥς τίετο δῆμα.  
 Τὸν μὲν ἄρ' Εὐρύπυλος, Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός,  
 Πρόσθεν ἔθεν φεύγοντα, μεταδρόμάδην ἔλασ' ᾧμον,  
 Φασγάνῳ αἵξας· ἀπὸ δ' ἔξεσε χεῖρα βαρεῖαν. 80  
 Αἱματόεσσα δὲ χεῖρ πεδία πέσει· τὸν δὲ κατ' ὄσσε  
 Ἐλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταίῃ.  
 Ὡς οἱ μὲν πονέοντο κατὰ κρατερῆν ὑσμίνην.

In genua itaque cecidit ejulans, morsque ipsum circumtexit.

Pedaeum verò interfecit Meges, Antenoris filium,  
 Qui nothus quidem erat, studiosè tamen eum educavit nobilis Theano, 70

Aequè cum dilectis liberis, gratificans marito suo :  
 Hunc utique Phylides hastâ-inclutus, propè cùm venisset,  
 Feriit capitis ad occipitium acutâ hastâ ;

E regione verò per dentes linguam subsecuit aes ;  
 Ceciditque in pulvere, frigidumqueprehendit aes dentibus [mordicis]. 75

Eurypylus verò Euaemonides Hypsenora nobilem,  
 Filium magnanimi Dolopionis, qui Scamandri

Sacerdos fuerat, deique instar honorabatur à populo :  
 Hunc utique Eurypylus, Euaemonis praeclarus filius, 80

Ante se fugientem, in cursu percussit in-humero,  
 Ense impetu facto ; absceiditque manum gravem ;

Sanguinolenta verò manus in campo cecidit : hunc autem oculos  
 Occupavit purpurea mors et fatum violentum.

Sic hi quidem laborabant per acre proelium.

Ver. 71. — [πόσει ᾧ.] Quâ ratione, πόσει, hic ultimam producat; et ἀντικρὺν, ver. 67. 74 et 100. itemque Εὐρύπυλος, ver. 79. vide suprâ ad ἀ, 51.

Ver. 72. — [Φυλειδῆς.] Meges, Phylei filius; ver. 69.

Ver. 81. — [ἀπὸ δ' ἔξεσε χεῖρα βαρεῖαν.] Te decisa suum, Laride, dextera quærit; Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant. Æn. X, 395.

Ver. 85. — [πορφύρεος θάνατος.] Homero πορφύρεος θάνατος, non est purpurea mors, quâ ratione Virgilius dixit, de eo qui san-

guinem ense trajectus vomeret, "Purpuream vomit ille animam;" sed, ut rectè interpretatur Scholiastes, *Atra mors*. Sic infrâ,

— θανάτου δὲ μίλαν νέφος ἀμφεκάλυψε.

— πορφύρεῃ νεφίλῃ πυκάσασα ἑαυτὴν, ἔ, 551.

Porro, quâ analogiâ πορφύρεος è πορφύρεω deducatur, vide suprâ ad ἀ, 338 et 482.

Ver. 84. "Ὡς οἱ μὲν πονέοντο." Atque ea per campos — dum Marte geruntur. Æn. VII, 540.

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη,	85
Ἥε μετὰ Τρώεσσιν ὀμιλέοι, ἢ μετ' Ἀχαιοῖς·	
Θῦνε γὰρ ἀμπεδίον, ποταμῶ πλῆθοντι εἰκῶς,	†
Χειμάρρῳ, ὅστ' ἄκα ρέων ἐκέδασσε γεφύρας·	
Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέται ἰσχανόωσιν,	
Οὔτ' ἄρα ἔρκεα ἴσχει ἀλαάων ἐριθηλέων,	90
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης, ὅτ' ἐπιβρίση Διὸς ὄμβρος·	
Πολλὰ δ' ὑπ' αὐτοῦ ἔργα κατήριπε κάλ' αἰζήων·	
Ὡς ὑπὸ Τυδείδῃ πυκινὰ κλονέοντο φάλαγγες	
Τρώων, οὐδ' ἄρα μιν μίμνον, πολέες περ ἑόντες.	
Τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς	95
Θύοντ' ἀμπεδίον, πρὸ ἔθεν κλονέοντα φάλαγγας,	
Αἰψ' ἐπὶ Τυδείδῃ ἐπιταίνετο καμπύλα τόξα,	
Καὶ βάλ' ἐπαΐσσοντα, τυχῶν κατὰ δεξιὸν ὄμιον	

Tydidem autem non dignôsses, utris interesset,	85
Utrum cum Trojanis versaretur, an cum Achivis :	
Furibundus enim ferebatur per campum, fluvio inundanti similis,	
Torrenti, qui velociter fluens dissipat pontes :	
Quem utique neque pontes muniti cœherent,	
Neque septa retinent camporum perquam-virentium,	90
Venientem derepentè, quando ingruerit Jovis imber ;	
Multae autem ab ipso segetes dejectae sunt laetae juvenum :	
Sic à Tydide densae turbabantur phalanges	
Trojanorum ; nec ipsum sustinebant, multi licèt existentes.	
Hunc autem postquam vidit Lycaonis praeclarus filius	95
Furibundè ruentem per campum, ante se turbantem phalangas,	
Illico contra Tydidem intendebat incurvos arcus,	
Et percussit irruentem, assecutus ad dextrum humerum	

Ver. 87.—ποταμῶ πλῆθοντι εἰκῶς.]  
Montibus ex altis magnus decursus aquai,  
Fragmina conjiciens sylvarum, arbustaque  
tota ;  
Nec validi possunt pontes venientis a-  
quai  
Vim subitam tolerare ; ita magno turbi-  
dus imbri  
Molibus incurrit validis cum viribus am-  
nis ;  
Dat sonitu magno stragem, volvitque sub  
undis  
Grandia saxa ; ruit, quâ quidquam flucti-  
bus obstat. *Lucret. lib. I, 284.*  
—Torrentis aquae, vel turbinis atri  
More furens.— *Æn. X, 605.*  
Non sic, aggeribus ruptis cum spumeus  
amnis  
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles ;  
Fertur in arva furens cumulo, camposque  
per omnes

Cum stabulis armenta trahit.—  
*Æn. II, 496.*  
—Aut rapidus montano flumine tor-  
rens  
Sternit agros, sternit sata læta boumque  
labores,  
Præcipitesque trahit sylvas.—  
*Ibid. ver. 505.*  
Pulcherrimè uterque Poeta: *Macrobius* ta-  
men *Virgilium* hoc in loco dignitatem *Homeri*  
non assecutus censet: *Lib. V. cap. 13.*  
Ver. 90.—ἐριθηλέων.] Pronuntiabatur  
ἐριθηλῶν.  
Ver. 91.—ἐπιβρίση.] Vide infra ad ἦ, 545.  
Ver. 92.—κάλ'.] Vide supra ad β', 43.  
Ver. 93.—Ὡς ὑπὸ Τυδείδῃ.]  
Sic Turno, quacunquè viam secat, agmi-  
na cedunt ;  
Conversaque ruunt acies.—  
*Æn. XII, 369.*  
Ver. 95.—Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός.] *Pandarus.*  
N 4

- Θωρηκος γυαλον· δια δ' ἔπτατο πικρὸς οἷστὸς,  
 Ἀντικρὺ δὲ διέσχε· παλάσσετο δ' αἷματι δῶρηξ· 100  
 Τῷ δ' ἐπὶ μακρὸν αὔσε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱός·  
 Ὄρουσθε, Τρῶες μεγάθυμοι, κέντορες ἵππων·  
 Βέβληται γὰρ ἄριστος Ἀχαιῶν· οὐδέ ἐφημί  
 Δῆθ' ἀνσγήσεσθαι κρατερὸν βέλος, εἰ ἐτεόν με  
 Ὄρσεν ἀναξ, Δίος υἱός, ἀπορνούμενον Λυκίηθεν. 105  
 Ὄς ἔφατ' εὐχόμενος· τὸν δ' οὐ βέλος ἄκυ δάμασσεν,  
licet de Hercule dicta, mihi tamen non videntur, quæ est hujus Poetæ ubique perspicuitas, cum præcedentibus αὐτὸς ἀνῆρ constructui ; sed à principio sententiam denuò exordiri : eâ ferè admirandi ratione, quâ dixit Virgilius,

Demens ! qui nimbos et non imitabile fulmen, &c.

Æn. VI, 590.

Νήπιος, οὐδὲ τὸ οἶδε κατὰ φρένα Τυδέος υἱός,  
 Ὅττι μάλ' οὐ δηναῖος, ὅς ἀθανάτοισι μάχοιτο,  
 Οὐδέ τί μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν,  
 Ἐλθόντ' ἐκ πολέμοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτήτος.

Τῶ νῦν Τυδείδης, εἰ καὶ μάλα καρτερός ἐστι,

410

Φραζέσσω, μή τίς οἱ ἀμείνων σείῃ μάχηται·

Μὴ δὴν Αἰγιάλεια, περίφρων Ἀδρηστήνη,

Ἐξ ὕπνου γούασα φίλους οἰκῆας ἐγείρη,

Κουρίδιον ποθέουσα πόσιν, τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν,

Ἴφθίμη ἄλοχος Διομήδεος ἵπποδάμοιο.

415

Ἥ ῥα, καὶ ἀμφοτέρησιν ἀπ' ἰχώρ χειρὸς ὀμόργνυ·

Ἄλθετο χεῖρ, ὀδύνας δὲ κατηπίωντο βαρεῖαι.

Αἰ δ' αὐτ' εἰσορώσασαι Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,

Κερτομίοις ἐπέεσσι Δία Κρονίδην ἐρέθιζον·

Τοῖσι δὲ μύθων ἤρχε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·

420

Ζεῦ πάτερ, ἧ ῥα τί μοι κεχολώσασαι, ὅ, ττικεν εἶπω;

Ἥ μάλα δὴ τινα Κύπρις Ἀχαιϊάδων ἀνειῖσα

“ Demens, neque hoc scit animo Tydei filius,

“ Quòd omninò non longævus sit is, qui cum immortalibus pugnaverit;

“ Neque omninò ipsum filii ad genua pappavocant,

“ Reversum ex bello et gravi praelio.

“ Itaque nunc Tydides, etsi valdè fortis est,

410

“ Cogitet, nè quis secum fortior te pugnet :

“ Nè aliquando Aegialeæ, cordata Adrasti-filia,

“ Ex somno, lugens, suos domesticos excitet,

“ Eum-qui-se-virginem-duxit, desiderans maritum, fortissimum Achivorum,

“ Generosa uxor Diomedis equùm-domitoris.

415

Dixit, et ambabus ichora à manu abstergebat :

Sanata est manus, doloresque mitigati sunt graves.

Tum verò intuentes Minerva et Juno,

Mordacibus verbis Jovem Saturnium irritabant :

Inter hos autem sermonem orsa est Dea caesiis-oculis Minerva :

420

“ Jupiter pater, num quid mihi succensebis ob id, quod dixero ?

“ Certè jam aliquam Venus Achivarum stimulans,

Ver. 407.—ἀθανάτοισι.] Vide suprâ ad  
 á, 598.

Ver. 408. Οὐδέ τί μιν.] Nunquam videlicet  
 domum reverteretur incolumis.

Ver. 411.—μή τίς οἱ ἀμείνων.] Vide suprâ  
 ad á, 51.

Ver. 416.—ἀμφοτέρησιν ἀπ' ἰχώρ χειρὸς  
 ὀμόργνυ.] Editi plerique habent, ἰχώρ χειρὸς.  
 Quod, ut mihi quidem videtur, ferri non  
 potest, διὰ τὴν καινότητα (ut ait Eustathius)  
 τῆς ἀποκοπῆς. Scholiastes legisse videtur,  
 ἀμφοτέρησ' ἀπὸ χειρὸς ἰχώρα ὀμόργνυ: Sed  
 ἰχώρ primam producit. Melius igitur Bar-  
 nesius ex conjecturâ, ἀμφοτέρησ' ἰχώρ ἀπὸ

χειρὸς ὀμόργνυ: Sed Codices non favent. Ve-  
 teres, apud Eustathium, quâ ratione dictum  
 sit, ἰδρῶτα ἰδρῶ, Ἀπόλλωνα Ἀπόλλω, κυκῶνα  
 κυκῶ, eâdem ratione et ἰχώρα ἰχώ dictum  
 existimârunt; ἀμφοτέρησιν ἀπ' ἰχώρ χειρὸς  
 ὀμόργνυ: Quæ quidem analogia minimè est  
 contemnenda. Mihi tamen facillimum id  
 omnium videtur, ut quod Recentiores ἰχώρα  
 appellârunt, Homerus id et in masculino ge-  
 nere ἰχώρα, et in neutro dixerit ἰχώρ. Judi-  
 cent cruditi.

Ver. 422.—ἀνειῖσα Τρωσῖν ἅμ' ἐσπίσθαι.]  
 Πὰ videlicet, quomodò antea Helenam. Alii  
 hîc legunt, ἅμα στίσθαι. Quod perinde est.

- Τρῶσιν ἄμ' ἐσπέσθαι, τοὺς νῦν ἔκπαυλ' ἐφίλησε,  
 Τῶν τινα καρῖρέζουσα Ἀχαιϊάδων εὐπέπλων,  
 Πρὸς χρυσήν περόνη καταμύζατο χεῖρα ἄραιήν. 425  
 "Ὡς φάτο· μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε,  
 Καί ῥα καλεσσάμενος προσέφη χρυσέην Ἀφροδίτην·  
 Οὐ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολερμήϊα ἔργα·  
 Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο,  
 Ταῦτα δ' Ἀρηϊΐδῳ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει. 430  
 "Ὡς οἱ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον.  
 Αἰνεῖα δ' ἐπόρουσε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης,  
 Γινώσκων ὅ οἱ αὐτὸς ὑπέιρεχε χεῖρας Ἀπόλλων·  
 Ἀλλ' ὄγ' ἄρ' οὐδὲ θεὸν μέγαν ἄζετο· ἔτετο δ' αἰεὶ  
 Αἰνεῖαν κτεῖναι, καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι. 435  
 Τρεῖς μὲν ἔπειτ' ἐπόρουσε, κατακτάμεναι μενεαίωνων,  
 Τρεῖς δὲ οἱ ἐστυφέλιξε Φαιεινὴν ἀσπίδ' Ἀπόλλων·  
 Ἀλλ' ὅτε δὴ τὸ τέταρτον ἐπέσσυτο, δαίμονι ἴσος,  
 Δεινὰ δ' ὁμοκλήσας προσέφη ἐκάεργος Ἀπόλλων·

- " Trojanos ut simul sequeretur, quos nunc vehementer diligit,  
 " Utique aliquam demulcens Achivarum pulchris-peplis-induturum,  
 " Ad auream fibulam perstrinxit manum teneram. 425  
 Sic dixit: subrisit verò pater hominumque deorumque,  
 Et advocatam allocutus est auream Venerem:  
 " Non tibi, filia mea, commissa sunt bellica opera:  
 " Quin tu desiderabilia obi munera nuptiarum:  
 " Haec verò Marti veloci et Minervae omnia curae-erunt. 430  
 Sic isti quidem talia inter se colloquebantur.  
 In Aeneam autem irruit pugnà strenuus Diomedes,  
 Gnarus quòd eum ipse tegeter manibus Apollo:  
 Sed hic nè deum quidem magnum reverebatur; cupiebat autem semper  
 Aeneam interficere, et inclutis armis exuere. 435  
 Ter quidem dehinc irruit, interficere cupiens:  
 Ter autem illi incussit fulgentem clypeum Apollo:  
 Sed cùm jam quartum impetum faceret, deo par,  
 Minaciter tum verò increpitans allocutus est longè-jaculans Apollo:

Ver. 425. Πρὸς χρυσήν περόνη.] Pronun-  
 tiabatur, Πρὸς χρυσήν et similiter, ver. 427.  
 Nam χεῖρας primam corripere nullo modo  
 potest. Vide suprà ad β', 268.

Ver. 426.—μείδησεν δὲ πατὴρ.]

Olli subridens hominum sator atque Deo-  
 rum. Æn. I, 258.

Ver. 428. Οὐ τοι, τέκνον ἐμὸν.] Apud Ci-  
 ceronem ad Attic. lib. XIV. Epist. 15. scrip-  
 tum est: Τέκνον ἐμὸν, οὐ τοι. Quae lectio vim  
 habet non minore.

Cura tibi, Divùm effigies et templa tueri:

Bella viri Pacemque gerant, quæ bella  
 gerenda. Æn. VII, 445.

Ver. 432.—βοὴν ἀγαθὴς.] Vide suprà ad  
 β', 408.

Ver. 433. Γινώσκων.] Gnarus. Quod vul-  
 γὸ vertunt, cognoscens, longè aliud est.

Ibid.—ὄ οἱ.] Vide suprà ad α', 537.

Ibid.—ὕπειρεχε.] Vide suprà ad β', 426.

Ver. 439. Δεινὰ δ' ὅ.] Ἐνταῦθα τὰ, "δὲ," στα-  
 εῖλαι φανερώς, inquit Barnesius. Malè. Vide  
 suprà ad α', 57.



Φράζεο, Τυδείδη, καὶ χάζεο, μὴδὲ θεῶσιν 440  
 Ἴσ' ἔθελε φρονέειν· ἐπεὶ οὔποτε Φῦλον ὁμοῖον  
 Ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομέναν τ' ἀνθρώπων.  
 Ὡς φάτο· Τυδείδης δ' ἀνεχάζετο τυτθὸν ὀπίσσω,  
 Μῆνιν ἀλευάμενος ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος·  
 Αἰνείαν δ' ἀπάτερθεν ὁμίλου θῆκεν Ἀπόλλαν, 445  
 Περγάμῳ εἰν ἱερῇ, ὅθι οἱ νηὸς γ' ἐτέτυκτο·  
 Ἦτοι τὸν Λητώ τε, καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα,  
 Ἐν μεγάλῳ ἀδύτῳ ἀκέοντό τε, κῦδαινόν τε.  
 Αὐτὰρ ὁ εἶδ' αὖλον τεῦξ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλαν,  
 Αὐτῶ τ' Αἰνεία ἴκελον καὶ τεύχεσι τοῖον· 450  
 Ἀμφὶ δ' ἄρ' εἰδῶλῳ Τρῶες καὶ δῖοι Ἀχαιοὶ  
 Δῆρον ἀλλήλων ἀμφὶ στήθεσσι βοείας  
 Ἀσπίδας εὐκύκλους, λαισηϊὰ τε πτερόεντα.  
 Δὴ τότε θοῶρον Ἄρηα προσηύδα Φοῖβος Ἀπόλλαν·

“ Perpende, Tydide, et recede, neque diis 440  
 “ Paria velis meditari : quoniam nequaquam genus simile  
 “ Immortaliumque deorum, humi incedentiumque hominum.  
 Sic dixit : Tydides autem recessit paululum retrò,  
 Iram evitans è-longinquo-ferientis Apollinis.  
 Aeneam verò seorsum à turbâ posuit Apollo, 445  
 Pergamo in sacrâ, ubi ipsi templum erat :  
 Utique illum Latonaque et Diana sagittis-gaudens,  
 In magno adyto curabantque, gloriâque decorabant.  
 At imaginem fabricavit argenteum-arcum-gerens Apollo,  
 Ipsique Aeneae similem, et armis talem : 450  
 Circumque imaginem Trojani et nobiles Achivi  
 Caedebant invicem circa pectora bubulos  
 Clypeos pulchrè-orbiculatos, parmulasque leves.  
 Tum porrò impetuosum Martem allocutus est Phoebus Apollo :

Ver. 442. Ἀθανάτων.] Vide suprâ ad α', 598.

Ver. 444.—ἀλευάμενος ἑκατηβόλου.] Quâ ratione vox, ἀλευάμενος, hîc ultimam producat ; itemque εἰδόμενος, ver. 462. vide suprâ ad α', 51.

Ver. 448.—κῦδαινόν τε.] Cùm hîc non de Æneâ gloriâ atque honore agitur ; conjicit Domina Dacier scripsisse Homerum, κῦδαινόν τε. Sed κηδαίνω, vox est Homero ignota. Siquid mutatum oporteret, scribendum erat κηδησάν τε. Sed nihil opus. Κῦδαινον enim id est, quod latinè dicas, honorificè excipiebant. Quod quidem non ad gloriam Æneâ, sed ad pietatem referendum.

Ver. 449. Αὐτὰρ ὁ εἶδ' αὖλον.]

Tum Dea nube cavâ tenuem sine viribus umbram

In faciem Æneâ (visu mirabile monstrum) Dardaniis ornat telis, clypeumque jubeatque Divini assimulat capitis, dat inania verba, Dat sine mente sonum, gressusque effingit euntis :  
 Morte obitâ quales fama est volitare figuras,  
 Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.  
 At primas læta ante acies exultat imago,  
 Irritatque virum telis, et voce lacessit.

Æn. X, 656.

Ver. 451. Ἀμφὶ δ' ἄρ' εἰδῶλῳ.] Hoc nimirum ait Poeta, ut rectè observavit Poppius ; utique nescisse Achivos, Æneam, postquam humi cecidisset, per multitudinem elapsam in urbem evasisse.

- Ἄρες, Ἄρες, βροτολοιγὲ, μαιφόνε, τειχεσιπλῆτα, 455  
 Οὐκ ἂν δὴ τόνδ' ἄνδρα μάχης ἐρύσαιο μετελθὼν  
 Τυδεΐδην, ὃς νῦν γε καὶ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο ;  
 Κύπριδα μὲν πρῶτον σχεδὸν οὔτασε χεῖρ' ἐπὶ καρπῶ,  
 Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτῶ μοι ἐπέσσυτο, δαίμονι ἴσος.  
 Ὡς εἰπὼν, αὐτὸς μὲν ἐφέζετο Περγάμῳ ἄκρῃ 460  
 Τρώων δὲ στίχας οὖλος Ἄρης ἄτρυνε μετελθὼν,  
 Εἰδόμενος Ἀκάμαντι, Δοῶ ἡγήτορι Θρηγκῶν  
 Υἱάσι δὲ Πριάμοιο, διοτρεφέεσσι κέλευεν  
 Ὡς υἱεῖς Πριάμοιο, διοτρεφέος βασιλῆος, 465  
 Ἐς τί ἔτι κτείνεσθαι ἔασετε λαὸν Ἀχαιοῖς ;  
 Ἥ εἰσάκεν ἀμφὶ πύλῃσ' εὖ ποιητῆσι μάχωνται ;  
 Κεῖται ἀνῆρ, ὃν τ' ἴσον ἐτίομεν Ἐκτορι Δία,  
 Αἰνείας, υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσιου  
 Ἄλλ' ἄγετ', ἐκ φλοίσβοιο σαώσομεν ἐσθλὸν ἑταῖρον.  
 Ὡς εἰπὼν, ἄτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἐκάστου. 470

- “ Mars, Mars, hominum-perniciēs, inquinatæ-caede, murorum-eversor, 455  
 “ Nonne jam istum virum proelio subdlexeris, aggređiens  
 “ Tydidem, qui jamjam vel Jovi patri pugnaverit ?  
 “ Venerem quidem primùm cominũs vulneravit manu ad carpum :  
 “ At postea in meipsum irruit, deo par.  
 Sic locutus, ipse quidem resedit in Pergamo excelsa : 460  
 Trojanorum verò ordines perniciosus Mars concitavit obeundo,  
 Absimilatus Acamanti, strenuo ductori Thracum :  
 Filios autem Priami, Jovis-alumnos adhortatus est :  
 “ O filii Priami, Jovis-alumni regis,  
 “ Quousque tandem interfici sinetis populum ab Achivis ? 465  
 “ An donec circa portas bene structas pugnent ?  
 “ Jacet vir, quem etiam aequaliter honorabamus Hectori nobili,  
 “ Aeneas, filius magnanimi Anchisae :  
 “ Verũm agite, ex tumultu eripiamus strenuum socium.  
 Sic locutus, excitavit robur et animum uniuscujusque. 470

Ver. 455. Ἄρες, Ἄρες.] Vide suprà ad ver. 51.

Ver. 458. Κύπριδα μὲν πρῶτον.] Vide suprà ad ver. 356.

Ibid.—οὔτασε.] Vide suprà ad ὁ, 525. et ad α, 140.

Ver. 465. Ἐς τί ἔτι.] Barnesius hic inter varias Lectiones reponit, ἔς τι, pro, ἕως τι. Absurdissimè. Quasi scilicet Vocalis longa possit in brevem absorberi.

Ibid.—ἑάσεται.] Vide suprà ad ὁ, 42.

Ver. 466. Ἥ εἰσάκεν ἀμφὶ πύλῃσ'.]

Excandine domos, id rebus defuit unum,

Perpetiar ? ——— Æn. XII, 645.

De syllabis ἦ εἰς, in unam contrahendis, vide suprà ad ver. 349.

Ver. 467. Κεῖται ἀνῆρ, ὄν.]

Nam quid ago ? aut quæ jam spondet fortuna salutem ?

Vidi oculos ante ipse meos, ———

Murrano, quo non superat mihi charior alter,

Oppetere ingentem. — Æn. XII, 657.

Ibid.—ὄν τ' ἴσον ἐτίομεν Ἐκτορι Δία, Αἰνείας.]

Hectoris Æneæque manu victoria Graiũm

Hæsit : ———

Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis. Æn. XI, 289.

Ver. 470. ——— ἄτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἐκάστου.] Vide suprà ad β, 451.

- Ἔνθ' αὖ Σαρπηδὸν μάλα νείκεσεν Ἑκτορα δῖον·  
 Ἑκτορ, πῆ δὴ τοι μένος οἴχεται, ὃ πρὶν ἔχεσκες ;  
 Φῆς που ἄτερ λαῶν πόλιν ἐξέμεν, ἠδ' ἐπικούρων,  
 Οἶος, σὺν γαμβροῖσι, κασιγνήτοισί τε σοῖσι·  
 Τῶν νῦν οὐ τιν' ἐγὼ ἰδέειν δύναμ', οὐδὲ νοῆσαι,  
 Ἄλλὰ καταπτώσσοσι, κύνες ὡς ἀμφὶ λέοντα·  
 Ἡμεῖς δ' αὖ μαχόμεσθ', οἵπερ τ' ἐπικούροι ἐνειμεν.  
 Καὶ γὰρ ἐγὼν, ἐπίκουρος ἔων, μάλα τηλόθεν ἦκω·  
 Τηλοῦ γὰρ Λυκίῃ, Ξάνθῳ ἐπι δινῆεντι,  
 Ἔνθ' ἄλοχόν τε φίλην ἔλιπον καὶ νήπιον υἱόν,  
 Καδδὲ κτήματα πολλὰ, τά τ' ἔλδεται ὅσ' ἐπίδευής·  
 Ἄλλὰ καὶ ὡς, Λυκίους ὀτρύνω, καὶ μέμον' αὐτὸς  
 Ἄνδρ'ι μαχέσασθαι· ἀτὰρ οὔτι μοι ἐνθάδε τοῖον,  
 Οἶον κ' ἢ φέροισιν Ἀχαιοὶ, ἢ κεν ἄγοισιν.  
 Τύνη δ' ἔστηκας· ἀτὰρ οὐδ' ἄλλοισι κελεύεις  
 Λαοῖσιν μενέμεν, καὶ ἀμυνόμεναι ἄρεσσι.  
 Μῆπως, ὡς ἀψῖσι λίνου [που] ἀλόντε πανάγρου,

Tunc verò Sarpedon valdè objurgavit Hectora nobilem :

“ Hector, quo jam tibi robur abiit, quod priùs habebas ?

“ Dixisti quondam sine copiis urbem defensurum, et auxiliis,

“ Solum, cum affinis, fratribusque tuis :

“ Horum nunc nullum ego videre possum, neque animadvertere ; 475

“ Sed trepidant, canes tanquam circa leonem :

“ Nos verò pugnamus, qui socii adsumus.

“ Etenim ego, auxiliator existens, admodùm è longinquo venio :

“ Procul enim est Lycia, Xanthum ad vorticosum ;

“ Ubi uxoremque dilectam reliqui et infantem filium, 480

“ Et possessiones multas, quas cupit, quicumque pauper :

“ Attamen etiam sic, Lycios adhortor, et promptus sum ipse

“ Cum viro isto pugnare : tametsi nihil mihi hic tale,

“ Quale vel auferant Achivi, vel abducant.

“ Tu vero stas ; ac nè alias quidem hortaris 485

“ Copias sustinere hostem, et opem-ferre uxoribus.

“ Cave, nè fortè veluti nexibus lini capti omnia-trahentis,

Ver. 475.—[ἐγὼ ἰδέειν.] *Al.* ἐγὼν ἰδέειν.

Ver. 476.—[κύνες ὡς.] Quà ratione, κύνες, hic ultimam producat ; itemque, ἔστηκας, ver. 485. vide suprâ ad 4, 51.

Ver. 481.—[τά τ' ἔλδεται ὅσ' ἐπιδυνής.] Quæ satis sint ad cujusvis animum explendum, nè ampliùs in dubiam belli aleam eat.

Ver. 485. Ἄνδρ'ι μαχέσασθαι.] Cum viro quovis, vertit Barnesius. Mihi potius videtur, cum viro Isto, sc. Diomede.

Ver. 484.—[ἢ φέροισιν Ἀχαιοὶ, ἢ κεν ἄγοισιν.] Mihi (inquit) hoc in loco neque opes

sunt, quas diripiunt Achivi ; neque uxor atque liberi, quos in servitutem abducant. Ut rectè Eustathius : λέγεται, ὡς ἐπὶ πολὺ, ἀγισθαὶ μὲν τὰ ἔμφυχα καὶ βαδιστικά· φέρεσθαι δὲ, τὰ βασταζόμενα. Plato similiter : τῶν ἀλλοτρῶων μηδὲνα μηδὲν φέροισιν, μηδὲ ἄγοισιν.

Ver. 485.—[ἔστηκας.] Vide suprâ ad 4, 57. et ad 8, 454.

Ver. 486. Λαοῖσιν μενέμεν.] Eustathius : Λαοῖσι μενέμεν. Quæ fortè verior lectio. Vide suprâ ad 4, 51.

Ver. 487.—[ἀλόντε] Tuque ipse scilicet, et populus tuus : Ut versa superiore, Τύνη

Ἄνδράσι δυσμενέεσσιν ἔλαρ καὶ κύρμα γένησθε·  
 Οἱ δὲ τάχ' ἐκπέρσουσ' εὖ ναιομένην πόλιν ὑμῖν.  
 Σοὶ δὲ χρῆ τάδε πάντα μέλειν νύκτας τε καὶ ἡμᾶρ,  
 Ἄρχους λισσομένω τηλεκλητῶν γ' ἐπικούρων,  
 Νωλεμέως ἐχέμεν, κρατερὴν δ' ἀποθέσθαι ἐνιπὴν.  
 Ὡς φάτο Σαρπηθῶν· δάκε δὲ φρένας Ἐκτορι μῦθος·  
 Αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων σὺν τεύχεσιν ἄλτο χαμαῖζε·  
 Πάλλων δ' ὀξέα δοῦρα, κατὰ στρατὸν ᾗχετο πάντη,  
 Ὅτρυνων μαχέσασθαι· ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνὴν·  
 Οἱ δ' ἐλελίχθησαν, καὶ ἐναντίοι ἔσταν Ἀχαιῶν.  
 Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν ἀολλέες, οὐδ' ἐφόζηθεν.  
 Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας φορέει ἱεράς κατ' ἀλωὰς,

“ Hostibus captura et praeda sitis :

“ Illi verò citò excident benè-habitatam urbem vestram.

“ Tibi autem convenit haec omnia curae esse, noctesque diesque, 450

“ Principibus supplicanti longè-vocatorum sociorum,

“ Ut incessantè hosti obsistant, asperamque deponant increpationem.

Sic dixit Sarpedon : momordit autem praecordia Hectori sermo :

Statimque de curru cum armis desiliit ad terram ;

Vibransque acutas hastas, per exercitum ibat undique, 495

Adhortans ad-pugnandum ; excitavitque pugnam gravem :

Illi verò conversi sunt à fugâ : et adversi steterunt Achivis.

Argivi autem sustinebant conferti, neque in-fugam-versi-sunt.

Sicut autem ventus paleas differt sacras per areas,

et λαοὶ ἄλλοι. Quod enim hic ait Barnesius, aliique: “ Dualis pro Plurali;— “ Enallage numeri Dualis pro Plurali;” planè est absurdissimum. Utique Enallage, quam vocant, siqua reverà esset, omnem omnis linguæ rationem jam penitùs everteret. Vide suprâ ad ἄ, 566. et ad β', 288. Quæcunque sive istius Enallages, sive Antiptoseos, sive cujuscumque istiusmodi Solacismi exempla afferunt Grammatici; ea verò omnia, si modò attentius perpendis, aliena esse senties, et rem minimè attingere. Porro, quam ἀνακόλουθον appellant Constructionem, quæque ab optimis Auctoribus elegantissimè nonnunquam usurpatur; longè aliam et illa habet explicandi rationem. Vide suprâ ad β', 555. 681. et ad γ', 211. Nequid tamen dissimulem; incidit mihi suspicio, mendii hic nescio quid irrepsisse; cùm vox ἄλους, quæ primam hic in Vulgatis producit, eandem aliàs semper corripiat; *Iliad.* β', 374. δ', 291. ι', 588. λ', 405. μ', 172. ν', 816. ξ', 81. ρ', 506. φ', 281. 495. *Odys.* ε', 312. ξ', 185. ο', 299. σ', 264. et ὦ, 54. Fortè igitur hic legendum, *Μήπως, ὡς ἀψίσι*

λίνοιο ἄλοντε, vel potiùs, *Μήπως, ὡς ἀψίσι λίνου σου ἄλοντε*, vel, ὡς ἀψίσι λίνου πτερ ἄλοντε, quod est, ὡσπερ ἄλοντε: vel aliquid simile. E contrario, notandum vocem ἀνάλισκω (quam proinde non, ut Lexicographi, ex ἀλίσκω, sed ex aliâ omninò origine esse credam,) secundam ubique producere; ἀνάλισκω, ἀνάλωσω, ἀνάλωϊν, &c.

*Ver.* 489.—[ἐκπέρσουσ'.] Barnesius, inter varias Lectiones, ἐκπέρσωσ'. Nec malè.

*Ver.* 492.—[ἀποθέσθαι ἐνιπὴν.] Barnesius hoc minùs rectè ad præcedentem χρῆ ἰτὰ refert, ut de *Hectore* scilicet intelligatur; quod alii cum isto ἀρχους λισσομένων construentes, de auxiliariorum ducibus accipiunt.

*Ver.* 494. Αὐτίκα δ' ἐξ ἰχίων.] Vide suprâ ad γ', 29.

*Ver.* 496.—[ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνὴν.]

—pugna aspera surgit. *Æn.* IX, 667.

*Ver.* 497. Οἱ δ' ἐλελίχθησαν.]

—densi cuneis se quisque coactis

Agglomerant.— *Æn.* XII, 457.

*Ver.* 499. Ὡς δ' ἄνεμος ἄχνας.] Barnesius edidit, Ὡς δ' ἄχνας ἄνεμος. Sed nihil opus. Vide suprâ ad ἄ, 51.

- Ἄνδρῶν λικμώντων, ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ  
 Κρίνει ἐπειγομένων ἀνέμων καρπὸν τε, καὶ ἄχνας· 500  
 Αἷ δ' ὑπολευκαίνονται ἀχυρμαί· ὡς τότε Ἀχαιοὶ  
 Λευκοὶ ὑπερθε γέγοντο κονιστάλῳ, ὃν ῥα δι' αὐτῶν  
 Οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον ἐπέπληγον πόδες ἵππων,  
 Ἄψ ἐπιμισγομένων· ὑπὸ δ' ἔστρεφον ἠνιοχῆες. 505  
 Οἱ δὲ μένος χειρῶν ἰθὺς φέρον· ἀμφὶ δὲ νύκτα  
 Θούρος Ἄρης ἐκάλυψε μάχη, Τρώεσσι ἀρήγαν,  
 Πάντοσ' ἐποιχόμενος· τοῦ δ' ἐκραιαίνεν ἐφετμὰς  
 Φοῖβου Ἀπόλλωνος χρυσαόρου, ὅς μιν ἀνάγει  
 Τρωσὶν θυμὸν ἐγειῖραι, ἐπεὶ ἴδε Παλλάδ' Ἀθήνην 510  
 Οἰχομένην· ἣ γὰρ ῥα πέλεν Δαναοῖσιν ἀρηγάν.  
 Αὐτὸς δ' Αἰνείαν μάλα πίνος ἐξ ἀδύτοιο  
 Ἦκε, καὶ ἐν στήθεσσι μένος βάλε ποιμένι λαῶν.  
 Αἰνείας δ' ἐτάροισι μεθίστατο· τοὶ δ' ἐχάρησαν,  
 Ὡς εἶδον ζῶν τε καὶ ἀρτεμέα προσιόντα, 515  
 Καὶ μένος ἐσθλὸν ἔχοντα· μετ' ἄλλησάν γε μὲν οὔτι·  
 Οὐ γὰρ ἔα πόνος ἄλλος, ὃν Ἀργυρότοξος ἐγειρεν,

Viris ventillantibus, quando utique flava Ceres Secernit urgentibus ventis fructumque et paleas; Et subalbicant palearum-receptacula: sic tunc Achivi Albi supernè facti sunt pulvere, quem inter ipsos Coelum ad usque solidum excitabant pedes equorum, Conversâ-acie confligentium: flectebant nempe equos aurigae. Ipsi verò robur manuum rectâ tulerunt; circum autem caliginem Impetuosus Mars offudit proelio, Trojanis opem-ferens, Omnem aciem obiens: effectaque dabat mandata Phoebi Apollinis aureum-ensem-gestantis, qui ipsum jusserat Trojanis animum excitare, postquam vidit Pallada Minervam Abeuntem; haec enim erat Danais auxiliatrix. Ipse autem Aeneam valdè pingui ex adyto Emisit, et pectoribus robur indidit pastori populorum. Aeneas itaque inter socios stetit: hi verò gavisii sunt, Ut viderunt vivumque et incolumem advenientem, Et vires integras habentem; percontati sunt tamen nihil: Non enim sinebat labor alius, quem argenteum-arcum-gerens excitabat,	500 505 510 515
---	--------------------------

Ver. 500. — ξανθὴ Δημήτηρ.]

Flava Ceres. —

Georg. I, 96.

Ver. 501. Κρίνει.] Vide suprâ ad 4, 509.

Al. Κρίνη.

Ver. 504. — ἐπέπληγον.] Vide suprâ ad 7, 51.

Ver. 506. — νύκτα.]

— nigro glomerari pulvere nubem.

Æn. IX, 53.

Ver. 507. — Ἄρης — Τρώεσσι ἀρήγαν.]

Hic Mars armipotens animum viresque  
 Latinis

Addidit, et stimulos acres sub pectore ver-  
 tit. Æn. IX, 717.

Ver. 509. Φοῖβου Ἀπόλλωνος χρυσαόρου.]  
 Vide suprâ ad 4, 45.

Armatumque auro. — Æn. III, 517.

Ver. 510. — ἐγειῖραι.] Al. ἀγείραι.

Ver. 516. — οὔτι.] Schol. οὔτι.

"Αρης τε βροτολοιγός, "Ερις τ' ἄμοτον μεμαυῖα.

Τοὺς δ' Αἴαντε δῦω, καὶ Ὀδυσσεὺς, καὶ Διομῆδης,

"Ωτρυνον Δαναοὺς πολεμιζέμεν· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ 520

Οὔτε βίας Τρώων ὑπεδείδισαν, οὔτε ἰωκάς·

'Αλλ' ἔμενον, νεφέλῃσιν εἰκότες· ἄς τε Κρονίῳν,

Νηημίης, ἔστησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν,

'Ατρείμας, ὄφρ' εὐδῆσι μένος Βορέαιο, καὶ ἄλλων

Ζαχρειῶν ἀνέμων, οἵτε νέφεα σκιάοντα 525

Πνοιῆσιν λιγυρῆσι διασκιδνάσιν ἀέντες·

"Ως Δαναοὶ Τρῶας μένον ἔμπεδον, οὐδ' ἐφέεοντο.

'Ατρείδης δ' ἀν' ὄμιλον ἐφοίτα, πολλὰ κελεύων·

"Ω φίλοι, ἀνέρες ἐστὲ, καὶ ἀλκιμον ἦτορ ἔλεσθε,

'Αλλήλους τ' αἰδεῖσθε κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας· 530

Αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι, ἢ ἐπέφανται·

Φευγόντων δ' οὔτ' ἀρ' κλέος ὄρνυται, οὔτε τις ἀλκή.

"Η, καὶ ἀκόντισε δουρὶ θοῶς· βάλε δὲ πρόμον ἀνδρα,

Αἰνείεω ἔταρον μεγαθύμου, Δηϊκόωντα

Περγασίδην, ὃν Τρῶες ὁμῶς Πριάμοιο τέκεσσι 535

Τιον, ἐπεὶ θοὸς ἔσκε μετὰ πρώτοισι μάχεσθαι·

Τόν ῥα κατ' ἀσπίδα δουρὶ βάλε κρείων Ἀγαμέμνων·

Marsque hominum pernicies, Discordiaque insatiabiliter furens.

At Ajaces duo et Ulysses et Diomedes

Concitabant Danaos ad pugnandum : ii verò etiam per se 520

Neque vires Trojanorum timebant, neque clamores :

Sed expectabant eorum impetum, nubibus similes, quas Saturnius,

Tranquillitatis-tempore, sistit in summis montibus,

Quietè, quando dormit vis Boreae, et aliorum

Impetuosorum ventorum, qui nubes opacas 525

Flatibus stridulis dissipant flantes :

Sic Danaï Trojanos expectabant stabiliter, neque fugiebant.

Atrides autem per turbam discurrerat, multa mandans :

" O amici, Viri estote, et fortem animum sumite,

" Et alius alium verecundantes observate per acres pugnas : 530

" Verecundantium utique virorum plures salvi, quam interfecti sunt :

" Fugientium verò neque gloria exurgit, nec ullum auxilium.

Dixit, et jaculatus est hastà impigrè : percussitque principem virum,

Aeneae socium magnanimi, Deicoontem

Pergasidem, quem Trojani aequè ac Priami filios 535

Honorabant ; quoniam impiger erat inter primos pugnare :

Hunc utique in scutum hastà percussit rex Agamemnon :

Ver. 526. Πνοιῆσιν λιγυρῆσι.] Apud Eusta-  
tium, Πνοιῆσι. Quæ fortè est verior Lectio :  
Syllabâ σι productâ, quâ ratione et τσι in præ-  
cedenti versu producitur. Vide suprâ ad α,  
51.

Ver. 532.—ὄρνυται.] Vide suprâ ad γ',  
260.

Ver. 537. Τόν ῥα.] " Istum utique." A-  
dedò ut non supervacanea sit vocula, ῥά. Vide  
suprâ ad ε, 56. et ad β', 158.

- Ἡ δ' οὐκ ἔγχος ἔρυτο, διὰ πρὸ δὲ εἶσατο καὶ τῆς·  
 Νειαιρῆ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσε·  
 Δούπησεν δὲ πεσὼν, ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ. 540
- Ἐνθ' αὐτὸν Αἰνεΐας Δαναῶν ἔλεν ἄνδρας ἀρίστους,  
 Ὑῖε Διοκλῆος, Κρήθωνά τε, Ὀρσίλοχόν τε·  
 Τῶν ῥά πατὴρ μὲν ἔναιεν εὐκτιμένη ἐνὶ Φηρῶ,  
 Ἀφνειὸς βίότιοι· γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο  
 Ἀλφειοῦ, ὅστ' εὐρὸν ῥέει Πυλῖάν διὰ γαίης. 545
- Ὅς τέκετ' Ὀρσίλοχον πολέεσσ' ἀνδρῶσιν ἀνάκτα·  
 Ὀρσίλοχος δ' ἄρ' ἔτικτε Διοκλῆα μεγάλυμον·  
 Ἐκ δὲ Διοκλῆος διδυμάονε παῖδε γενέσθην,  
 Κρήθων, Ὀρσίλοχός τε, μάχης εὖ εἰδότε πάσης.  
 Τὰ μὲν ἄρ' ἠβήσαντε, μελαινάων ἐπὶ νῆων 550
- Ἴλιον εἰς εὐπωλον ἄμ' Ἀργείοισιν ἐπέσθην,  
 Τιμῆν Ἀτρεΐδῃσ', Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ  
 Ἀρνούμενῳ τὰ δ' αὖθι τέλος θανάτοιο κάλυψεν.  
 Οἶῶ τῶγε λέοντε δῦα ὄρεος κορυφῆσιν  
 Ἐτραφέτην ὑπὸ μητρὶ, βαθεΐης τάρφεσιν ὕλης· 555

Illud verò non hastam inhibuit, transiit autem penitus etiam per ipsum;

Imumque in ventrem per balteum trajecit:

Fragorem autem edidit cadens, et sonitum dedere arma super ipso. 540

Tum verò Aeneas Danaorum interfecit viros hosce fortissimos,

Filios Dioclis, Crethonaque, Orsilochumque:

Horum pater quidem habitabat bene-aedificatâ in Pherâ,

Dives opum: genus autem erat à fluvio

Alpheo, qui latè fluit Pyliorum per terram:

545

Qui utique genuit Orsilochum multis viris imperatorem:

Orsilochus autem genuit Dioclem magnanimum:

Ex Diocle autem gemini filii nati sunt,

Crethon, Orsilochusque, pugnae bene scientes omnigenae.

Ac hi quidem puberes-jam-facti, nigris in navibus

550

Ilium ad generosis-equis-foecundum simul Argivos secuti sunt,

Honorem Atridis, Agamemnoni et Menelao,

Expetentes: eos verò ibi finis mortis obtexit.

Quales leones duo montis in verticibus

Nutriti sunt sub matre, profundae in densis-recessibus sylvae:

555

Ver. 538. Ἡ δ' οὐκ ἔγχος ἔρυτο, διὰ πρὸ δὲ εἶσατο.]

—clypeum, tot ferri terga, tot aeris,

Cum pellis toties obeat circumdata tauri,  
 Vibranti cuspis medium transverberat ictu.

Æn. X, 482.

Ibid. — καὶ τῆς.] *Al. χαλκός.*

Ver. 540. Δούπησεν δὲ πεσὼν.] Vide suprâ  
 ad δ', 455 et 504.

Ver. 543. Τῶν ῥά.] Vide suprâ ad ver.  
 537.

Ver. 547. — Διοκλῆα μεγάλυμον.] Quâ  
 ratione vox, Διοκλῆα, hic ultimam naturâ  
 brevem producat; itemque, ἄρα, ver. 574. et  
 Πολαιμίνια, ver. 576. vide suprâ ad α', 51.  
 Cæterum, quæ vocis βασιλία, formam sequuntur;  
 eæ ultimam naturâ semper produciunt,  
 Vide suprâ ad α', 265.

Τὰ μὲν ἄρ' ἀρπάζοντε βόας καὶ ἴφια μῆλα  
 Σταθμούς ἀνθρώπων κεραιΐζοντο, ὄφρα καὶ αὐτὰ  
 Ἄνδρῶν ἐν παλάμησι κατέκταθεν ὀξείῃ χαλκῶ.

Τοῖω τὰ χεῖρεςσιν ὑπ' Αἰνείαιο δαμέντε

Καππεσέτην, ἐλάτῃσιν ἰοικότες ὑψηλῆσι.

560

Τὼ δὲ πεσόντ' ἐλέησε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.

Βῆ δὲ διὰ προμάχων, κεκορυθμένος αἴλοπι χαλκῶ,

Σείων ἐγχείην· τοῦ δ' ὄτρυνεν μένος Ἄρης,

Τὰ φρονέων, ἵνα χερσὶν ὑπ' Αἰνείαιο δαμείη.

Τὸν δ' ἴδεν Ἀντίλοχος μεγαθύμου Νέστορος υἱός·

565

Βῆ δὲ διὰ προμάχων· περὶ γὰρ δῖε ποιμένι λαῶν,

Μῆ τι πάθῃ, μέγα δὲ σφας ἀποσφύλλειε πόνοιο.

Τὼ μὲν δὴ χεῖράς τε, καὶ ἔγχεα ὀξυόεντα,

Ἄντιον ἀλλήλων ἐχέτην, μεμαῶτε μάχεσθαι.

Ἄντίλοχος δὲ μάλ' ἄγχι παρίστατο ποιμένι λαῶν.

570

Αἰνείας δ' οὐ μείνε, θεός περ ἐὼν πολεμιστῆς,

Ὡς εἶδεν δύο φῶτε παρ' ἀλλήλοισι μένοντε.

Qui quidem rapientes boves et pingues oves,  
 Stabula hominum vastant, donec tandem et ipsi  
 Virorum manibus interfecti sint acuto aere:

Tales hi manibus sub Aeneae domiti

Deciderunt, abietibus siccis proceris.

560

Horum verò prostratorum misertus est pugnâ strenuus Menelaus:

Processit itaque per primos-pugnatores, armatus corusco aere,

Quassans hastam; ejusque excitabat animum Mars,

Ea cogitans, ut manibus sub Aeneae domaretur.

Hunc autem vidit Antilochus magnanimi Nestoris filius;

565

Processitque per primos-pugnatores: valde enim timebat pastori populorum,

Nè quid pateretur humanitùs, graviterque ipsos frustraret laboris.

Illi quidem jam manusque, et hastas acutas,

Contra se invicem tenebant, parati pugnare.

Antilochus autem valde propè astitit pastori populorum.

570

Aeneas verò non sustinuit, impiger licèt existens bellator,

Ut vidit duos viros propè inter se stantes.

Ver. 560. Καππεσέτην, ἐλάτῃσιν ἰοικότες ὑψη-  
 λῆσι.]

Concidit; ut quondam cava concidit, aut  
 Erymantho,

Aut Idâ in magnâ, radicibus eruta pinus.

Æn. V, 448.

Ver. 561. Τὼ δὲ πῖσαντ' ἐλέησε.]

—ut vultum vidit morientis, et  
 ora;

Ingemuit miserans graviter.—

Æn. X, 821.

Ibid.—βοὴν ἀγαθός.] Vide suprâ ad β',  
 408. Cæterùm alii hic legunt, ἐλέησεν ἀρητί-  
 φιλος Μενέλαος.

Ver. 567.—μέγα δὲ σφας ἀποσφύλλει.]  
 Itâ edidit Barnesius ex Eustathio; Rectè.  
 Stephanus, aliique, δὲ σφιας. Quod proso-  
 diam perimit.

Ver. 568. Τὼ μὲν δὴ] Menelaus et Æneas.

Ibid.—ὀξυόεντα.] Vide suprâ ad ver. 50.

Ver. 569.—μεμαῶτε.] Vide suprâ ad  
 β', 818.

Ver. 572. Ὡς εἶδεν δύο φῶτε παρ' ἀλλή-  
 λοισι μένοντε.] "Post hunc Versum, tale  
 "quid" (inquit Barnesius) "deesse vide-  
 "tur; Ἀντιθέην ἐς αὐτῶν, ἐν αἰνῇ διήοιητι."  
 Ridiculè admodùm: Quasi id scilicet non  
 elegantius multò reticatur.



- Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν νεκροὺς ἔρυσαν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν,  
 Τὰ μὲν ἄρα δειλῶ βαλέτην ἐν χερσὶν ἑταίρων  
 Αὐτὰ δὲ στρεφθέντες, μετὰ πρῶτοισι μαχέσθη. 575
- Ἐνθα Πυλαιμένεια ἐλέτην, ἀτάλαντον Ἄρηι,  
 Ἄρχὸν Παφλαγόνων μεγαθύμων ἀσπιστάων.  
 Τὸν μὲν ἄρ' Ἀτρείδης δουρικλειτὸς Μενέλαος  
 Ἔσταότ' ἐγχεῖ νύξε, κατὰ κληῖδα τυχήσας.  
 Ἀντίλοχος δὲ Μύδωνα βάλ' ἠνίοχον θεράποντα,  
 Ἐσθλὸν Ἀτυμνιάδην, (ὁ δ' ὑπέστρεφε μάνυχας ἵππους,) 580  
 Χερμαδίῳ ἀγκῶνα τυχῶν μέσον· ἐκ δ' ἄρα χειρῶν  
 Ἦνία λενκ' ἐλέφαντι χαμαὶ πέσον ἐν κονίησιν.  
 Ἀντίλοχος δ' ἄρ' ἐπαίξας ξίφει ἤλασε κόρσην·  
 Αὐτὰρ ὄγ' ἀσθμαίνων εὐεργέος ἔκπεσε δίφρου,  
 Κύμβαχος ἐν κονίησιν ἐπὶ βρεγχμόν τε καὶ ὄμουσ. 585  
 Δηθὰ μάλ' εἰστήκει, τύχε γὰρ ψαμάθοιο βαθείης,

Illi igitur postquam mortuos traxerant ad populum Achivorum,

Eos quidem miseros posuerunt in manibus sociorum :

Ipsi verò conversi, inter primos pugnabant. 575

Tunc Pylaemenem interfecerunt parem Marti,

Principem Paphlagonum magnanimorum clypeatorum.

Hunc utique Atrides hastâ-inclutus Menelaus

Stantem hastâ vulneravit, ad jugulum assecutus.

Antilochus verò Mydona percussit aurigam ejus famulam,

580

Fortem Atymniadem, (ille autem avertēbat solidos-ungulis equos,)

Saxo cubitum assecutus mediū : atque ex manibus

Fraena candida ebore humi ceciderunt in pulvere.

Antilochus autem irruens ense percussit tempus :

Atque is anhelans affabrè-facto excidit curru,

585

Præceps in pulvere, in sinciputque et humeros.

Diū valdè fixus stetit, inciderat enim in arenam profundam ;

Ver. 576. Ἐνθα Πυλαιμένεια.] Ἦδε μὲν ἀναγίνεται Πυλαιμίνης Παφλαγόνων ἀρχός.—ὁ δ' ἐν τοῖς ἔξῃς (v, 645. 658.) ζῶν Πυλαιμίνης, ὁμῶς ἐστὶ τοῦτο. Eustath. Fortè hujus Patris, ut Barnesius non malè. Nomina enim heroum non conflinxit Homerus, sed ex historiâ memoravit.

Ibid.—ἀτάλαντον.] Vide suprâ ad β' 627.

Ver. 578.—δουρικλειτός.] Itâ Barnesius ; rectè, ut mihi quidē videtur. Α. δουρικλυτός.

Ver. 581.—ὁ δ' ὑπέστρεφε μάνυχας ἵππους.] Interea, dum averteret equos, percussus est. Rectè igitur Parenthesi inclusa sunt hæc verba.

Ver. 585.—λενκ' ἐλέφαντι.] Non, λενκὲ ὡς ἐλέφαντος, ut Scholiastes ; sed, ebore ornata et distincta.

—ensem collo suspendit eburnum.

Æn XI, 11.

—κόπη δ' ἐλέφαντος ἐστίν. Odys. φ', 7.

Vide suprâ ad δ', 141.

Ver. 584.—ἐπαίξας ξίφει.]

—at fervidus advolat hastâ.

Æn. XII, 295.

Ver. 586. Κύμβαχος — ἐπὶ βρεγχμόν τε καὶ ὄμουσ.]

—involvitur—

In caput atque humeros.— Ibid. v. 292.

Ver. 587.—εἰστήκει.] Vox, εἰστήκει, accipitur ἀορίστως, similiter ut ἕστη. Quod si ἕστηκεν dixisset, jam non constitisset Temporum ratio. Erat enim hoc utique διαρισμένως dicere, Mydona jam tum, cum hæc scriberet Poeta, in caput diū stetisse. Vide suprâ ad δ', 492. et ad α. 57.

Ἵφρ' ἴπῳ πλήξαντε χαμαὶ βάλλον ἐν κόνεσσι  
 τοὺς δ' ἴμασ' Ἀντίλοχος, μετὰ δὲ στρατὸν ἤλασ' Ἀχαιῶν.

τοὺς δ' Ἔκτωρ ἐνόησε κατὰ στίχας, ἄρτο δ' ἐπ' αὐτοὺς 590

Κεκληγώς· ἅμα δὲ Τρώων εἶποντο Φάλαγγες  
 Καρτεραί· ἤρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης, καὶ πότνι Ἐνυώ·

Ἡ μὲν, ἔχουσα Κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος·

Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα·

Φοῖτα δ' ἄλλοτε μὲν πρόσθ' Ἔκτορος, ἄλλοτ' ὀπισθεν. 595

τὸν δὲ ἰδὼν ῥίγησε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης.

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀπάλαμνος, ἰὼν πολέος πεδίοιο,

στήη ἐπ' ἄκυρόν ποταμῷ ἄλαδε προρέοντι,

Ἄφρῳ μορμύροντα ἰδὼν, ἀνά τ' ἔδραμ' ὀπίσσω·

Ὡς τότε Τυδείδης ἀνεχάζετο, εἰπέ τε λαῷ· 600

ὦ φίλοι, οἷον δὴ θαυμάζομεν Ἔκτορα δῖον,

Αἰχμητὴν τ' ἔμεναι, καὶ θαρσαλέον πολεμιστὴν.

τῷ δ' αἰεὶ πάρα εἰς γε θεῶν, ὅς λοιγὸν ἀμύνει·

καὶ νῦν οἱ πάρα κείνος Ἄρης, βροτῷ ἀνδρὶ ἑοικώς.

Donec equi percussum humi dejecerunt in pulverem :

Illos autem scuticâ-agitabat Antilochus, et ad exercitum egit Achivorum.

Hos autem Hector animadvertit inter ordines, irruítque in ipsos 590

Vociferans ; unâque Trojanorum sequebantur phalanges

Fortes : dux autem erat ipsis Mars, et veneranda Bellona ;

Illa quidem, ferens Tumultum immanem pugnae :

Mars verò in manibus ingentem hastam quassabat ;

Itabatque modò quidem ante Hectorem, modò post. 595

Hunc autem conspicatus cohorruiit pugná strenuus Diomedes.

Ut verò cùm homo rerum-imperitus, emensus ingentem campum,

Constiterit ad rapidum fluvium in-mare profluentem,

Spumâ frementem conspicatus, continuòque recurrit retrorsùm ;

Sic tunc Tydides recessit, dixitque populo :

“ O amici, quàm nos sanè admiramur Hectora nobilem, 600

“ Hastâque fortem esse, et audacem bellatorem !

“ Huic autem semper astat unus aliquis deorum, qui mortem arceat :

“ Et nunc ei astat ille Mars, mortali viro similis.

Ver. 587.—[ψαμάλοιο.] Eustathius in commentario, ῥ' ἀμάλοιο βαθείης. Quæ et vera lectio, si Scholiastes rectè; ἄμαλος, ἢ κατὰ τὸ πεδίον ἄμμος· ψάμμος δὲ, ἢ κατὰ τὴν θάλασσαν κόνις.

Ver. 590. τοὺς δ' Ἔκτωρ.] Menelaum scilicet, et Antilochum.

Ver. 591. Κεκληγώς.] Vide suprâ ad β', 514.

Ver. 595. Φοῖτα δ' ἄλλοτε μίν.] Pulcherrima fortitudinis Hectoreæ imago.

Ver. 596.—[βοὴν ἀγαθός.] Vide suprâ ad β', 408.

Ver. 599.—[μορμύροντα.] De hujusmodi ὀνηματοποιίᾳ, vide suprâ ad δ', 455. Producit autem penultimam μορμύρον, simili analogiâ ac πορφυρίην, μερτυρίσσαι, κῆρσαι, &c. Vide suprâ ad α', 338.

Ver. 603.—[εἷς γι θεῶν] “ Deorum “ certè aliquis, unus saltem.” Ut adeò istud, γι, nequaquam sit supervacuum.

'Αλλὰ πρὸς Τρῶας τετραμμένοι αἰὲν ὀπίσσω	605
Εἶκετε, μηδὲ θεοῖς μινεινέμεν ἴφι μάχεσθαι.	
Ὡς ἄρ' ἔφη Τρῶες δὲ μάλα σχεδὸν ἤλυθον αὐτῶν.	
"Εὖθ' ἔκτωρ δύο φῶτε κατέκτανεν, εἰδότε χάρμης,	
Εἶν ἐνὶ δίφρῳ ἔοντε, Μενέσθην, Ἀγχιάλόν τε.	
Τὰ δὲ πεσόντ' ἔλεσε μέγας Τελαμώνιος Αἴας·	610
Στῆ δὲ μάλ' ἐγγυὲς ἰὼν, καὶ ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ,	
Καὶ βάλεν Ἀμφιον, Σελάγου υἱὸν, ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῶ	
Ναῖε πολυκτῆμων, πολυλήϊος· ἀλλὰ εἰ μοῖρα	
Ἦγ' ἐπικουρήσοντα μετὰ Πριάμόν τε καὶ υἱας·	
Τόν ῥα κατὰ ζωστήρα βάλεν Τελαμώνιος Αἴας,	615
Νειαίρη δ' ἐν γαστρὶ πάγη δολιχόσκιον ἔγχος·	
Δούπησεν δὲ πεσών· ὁ δ' ἐπέδραμε φαίδιμος Αἴας	
Τεύχεα συλήσων· Τρῶες δ' ἐπὶ δούρατ' ἔχουαν	
Ὄξεα, παμφανόωντα· σάκος δ' ἀνεδέξατο πολλά.	
Αὐτὰρ ὁ λάξ προσεῶς ἐκ νεκροῦ χάλκεον ἔγχος	620
Ἔσπασατ'· οὐδ' ἄρ' ἔτ' ἄλλα δυνήσατο τεύχεα καλὰ	

" Sed ad Trojanos adversâ-fronte semper, retrò	605
" Cedite, neque contra deos velitis fortitèr pugnare.	
Sic dixit: Trojani verò admodum propè venerunt ad ipsos.	
Tunc Hector duos viros interfecit, peritos pugnae,	
In uno curru existentes, Menesthem, Anchialumque.	
Horum verò prostratorum misertus est magnus Telamonius Ajax:	610
Stetitque admodum propè cùm accessisset, et jaculatus est hastâ fulgenti,	
Ac percussit Amphium, Selagi filium, qui in Paeso	
Habitabat praedives, locuples; sed eum fatum	
Duxit auxiliaturum, ad Priamumque et filios:	
Hunc ad balteum percussit Telamonius Ajax,	615
Imoque in ventre defixa est longa hasta:	
Fragorem verò edidit cadens; accurrebat autem illustris Ajax	
Arma detracturus: Trojani verò in eum hastas conjecerunt	
Acutas, collucentes; scutumque ejus excepit multas.	
At ille calce impressâ ex cadavere aeream hastam	620
Evulsit: non tamen et alia potuit arma pulchra	

Ver. 608.—κατέκτανεν, εἰδότε.] *Al.* κατέκταν' εἰ εἰδότε.

Ver. 612.—ἐνὶ Παισῶ.] *Al.* ἐν Ἀπαισῶ.

Ver. 615.—πολυκτῆμων, πολυλήϊος.]

—Ausoniis olim ditissimus arvis:

Quinque greges illi balantum, quina redibant

Armenta, et terram centum vertebat aratris. *Æn.* VII, 537.

Ver. 614. Ἦγ' ἐπικουρήσοντα μετὰ Πριάμον.]

—illis ad Trojam fortè diebus

Venerat,

—auxilium Priamo Phrygibusque ferebat

Infelix. — *Æn.* II, 342.

Ver. 615. Τόν ῥα.] *Hunc utique.*

Ver. 618.—Τρῶες δ' ἐπὶ δούρατ' ἔχουαν.]

—telorum effundere contrâ

Omne genus Teucris. — *Æn.* IX, 509.

Ver. 621.—καλὰ.] Vide suprâ ad

β', 43.

- Ὀμοῖν ἀφελίσθαι· ἐπιίγετο γὰρ βελέεσσι·  
 Δεῖσε δ' ὄγ' ἀμφίβασιν κρατερὴν Τρώων ἀγερώχων,  
 Οἱ πολλοὶ τε καὶ ἐσθλοὶ ἐφέστασαν ἔγχε' ἔχοντες,  
 Οἱ ἔ, μέγαν περ ἑόντα, καὶ ἴφθιμον, καὶ ἀγαυόν, 625  
 ὦσαν ἀπὸ σφείων· ὁ δὲ χασσάμενος πελεμήχθη.  
 Ὄς οἱ μὲν πονέοντο κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην.  
 Τληπόλεμον δ' Ἑρακλείδην ἦν τε, μέγαν τε,  
 ὦρσεν ἐπ' ἀντιθέω Σαρπηδόφι μοῖρα κραταίῃ.  
 Οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἴοντες, 630  
 Υἱὸς δ', υἱανὸς τέ, Διὸς νεφεληγερέταο,  
 Τὸν καὶ Τληπόλεμος πρότερος πρὸς μῦθον ἔειπε·  
 Σαρπηῆδον, Λυκίαν βουληφόρε, τίς τοι ἀνάγκη  
 Πτώσσειν ἐνθάδ' ἑόντι μάχης ἀδαήμονι φωνί;  
 Ψευδόμενοι δὲ σε φασὶ Διὸς γόνον Αἰγιόχοιο 635  
 εἶναι, ἐπεὶ πολλὸν κείνων ἐπιθεύεαι ἀνδρῶν,  
 Οἱ Διὸς ἐξεγένοντο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων·  
 Ἄλλ' οἷόν τινα φασὶ βίην Ἑρακληΐην  
 εἶναι, ἐμὸν πατέρα θρασυμέμνονα, θυμολέοντα;  
 Ὅς ποτε δεῦρ' ἔλθων, ἔνεχ' ἵππων Λαομέδοντος, 640  
 Ἐξ οἷός σ' ἐν νηυσὶ καὶ ἀνδράσι παυροτέρουσιν,

Ab humeris auferre; premebatur enim telis:

Timuit itaque circuitionem potentem Trojanorum fortium,

Qui multique et strenui instabant hastas tenentes,

Qui ipsum, magnum licet existentem, et fortem, et praeclarum, 625

Propulsârunt à se: ille verò recedens, vi-repulsus est.

Sic hi quidem laborabant per acrem pugnam.

Tlepolemum verò Heraclidem, fortemque, magnumque,

Incitavit in deo-parem Sarpedonem fatum violentum.

Hi autem cùm jam proximè essent in se invicem vadentes, 650

Filiusque neposque Jovis nubes-cogentis,

Hunc utique Tlepolemus prior verbis allocutus est:

“ Sarpedon, Lyciorum princeps, quae tibi necessitas

“ Trepidare hic existenti pugnae imperito viro?

“ Mentientes autem te dicunt Jovis sobolem Aegiochi 655

“ Esse; cùm longè illis inferior sis viris,

“ Qui Jove prognati sunt temporibus priscorum hominum:

“ At qualem aiunt vim Herculeam [*Herculem*]

“ Fuisse, meum patrem animosum, spiritum-leonis-habentem?

“ Qui quondam huc profectus, causâ equorum Laomedontis, 640

“ Sex solis cum navibus et viris paucioribus,

Ver. 622. Ὀμοῖν ἀφελίσθαι.] Vide suprâ ad 4, 51.

Ver. 625.—ἀμφίβασιν.] Vide infrâ ad 5, 454.

Ver. 627. Ὄς οἱ μὲν πονέοντο.]

Atque ea per campos æquo dum Marte geruntur. Æn. VII, 540.

Ver. 635.—βουληφόρε, — μάχης ἀδαή-  
μον.] Domi, quam militie, melior.

Ver. 638.—βίην Ἑρακληΐην.] Vide suprâ ad β', 658. Similiter apud Virgi-  
lium:

—violencia Turni.

Æn. XI, 576.

- Ἴλιου ἐξαλάπαξε πόλιν, χήρωσε δ' ἀγυίας.  
 Σοὶ δὲ κακὸς μὲν θυμὸς, ἀποφθινύθουσι δὲ λαοί·  
 Οὐδέ τέ σε Τρώεσσιν οἴομαι ἄλκαρ ἔσεσθαι,  
 Ἐλθόντ' ἐκ Λυκίας, οὐδ' εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, 645  
 Ἄλλ' ὑπ' ἐμοῦ δμηθέντα πύλας αἶδαο περήσειν.  
 Τὸν δ' αὖ Σαρπηθῶν, Λυκίων ἀγὼς, ἀντίον ἦυδα·  
 Τληπόλεμ', ἦτοι κείνος ἀπάλεσεν Ἴλιον ἰρῆν,  
 Ἀνέρος ἀφραδίησιν ἀγαυοῦ Λαομέδοντος,  
 Ὅς ῥά μιν εὖ ἔρξαντα κακῶ ἠνίπαπε μύθῳ, 650  
 Οὐδ' ἀπέδαχ' ἵππους, ὧν εἶνεκα τηλόθεν ἦλθε.  
 Σοὶ δ' ἐγὼ ἐνθάδε φημί φόνον καὶ κῆρα μέλαιναν  
 Ἐξ ἐμέθεν τεύξεσθαι, ἐμῶ δ' ὑπὸ δουρὶ δαμέντα  
 Εὖχος ἐμοὶ δάσειν, ψυχὴν δ' Ἄϊδι κλυτοπάλα.  
 Ὡς φάτο Σαρπηθῶν· ὁ δ' ἀνέσχετο μείλινον ἔγχος 655  
 Τληπόλεμος, καὶ τῶν μὲν ὀμαρτῆ δούρατα μακρὰ  
 Ἐκ χειρῶν ἦϊξαν· ὁ μὲν βάλεν αὐχένα μέσσον  
 Σαρπηθῶν, αἰχμὴ δὲ διαμπερὲς ἦλθ' ἀλεγεινῆ·  
 Τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νύξ ἐκάλυψε.  
 Τληπόλεμος δ' ἄρα μῆζόν ἀριστερόν ἔγχρῃ μακρῶ 660  
 Βεβλήκει· αἰχμὴ δὲ δίσσυστο μαιμῶσα,

" Ilii vastavit urbem, desolavitque compita.

" Tibi autem ignavus quidem animus, intereunt verò copiae :

" Neque te Trojanis credo auxilio fore,

" Profectum ex Lyciâ, nè quidem si perquam fortis sis,

" Sed à me interfectum ad portas orci descensurum.

Hunc verò Sarpedon, Lyciorum dux, contrâ allocutus est :

" Tlepoleme, sanè ille evertit Ilium sacram,

" Viri prae recordiâ praeclari Laomedontis,

" Qui ipsum benè meritum malo objurgavit sermone,

" Neque dedit equos, quorum gratiâ è longinquo venerat.

" Tibi autem ego hic edico caedem et mortem atram

" A me futuram, meaque te hastâ domitum

" Gloriam mihi daturum, animam verò Plutoni insigni-equis.

Sic dixit Sarpedon : at sustulit fraxineam hastam

Tlepolemus ; et horum quidem eodem-tempore hastae longae

E manibus evolârunt : ac quidem percussit cervicem mediam

Sarpedon, cuspisque penitus transit acerba ;

Eumque circum oculos caliginosa nox operuit.

Tlepolemus autem femur sinistrum hastâ longâ

Percussit ; cuspisque pertransiit rapido impetu acta,

Ver. 645. — ἀποφθινύθουσι.] Vide suprâ ad β', 45.

Ver. 644. Οὐδέ τι.] *Al.* Οὐδέ τι.

Ver. 646. — περήσειν.] Vide suprâ ad α', 67.

Ver. 656. — ὀμαρτῆ] *Al.* ἀμαρτῆ.

Ver. 661. — μαιμῶσα.] Ἀρίστη δὲ δοκεῖ μεταφορὰ τῆς Ἀριστοτίλει, &c. Vide suprâ ad δ', 126.

Ὅστέω ἐγγριμφθεῖσα, πατῆρ δ' ἔτι λοιγὸν ἄμυνεν.

Οἱ μὲν ἄρ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα δίοι ἐταῖροι  
Ἐξέφερον πολέμοιο· βάρυνε δέ μιν δόρυ μακρὸν  
Ἐλκόμενον· τὸ μὲν οὔτις ἐπεφράσατ', οὐδ' ἐνόησε, 665

Μηροῦ ἐξερεύσαι δόρυ μείλιον, ὄφρ' ἐπιβαίη,  
Σπυδόνταν· τοῖον γὰρ ἔχον πόνον ἀμφιέποντες.  
Τληπόλεμον δ' ἐτέρωθεν εὐκνήμιδες Ἀχαιοὶ  
Ἐξέφερον πολέμοιο· νόησέ δὲ δῖος Ὀδυσσεύς, 670

Τλήμονα θυμὸν ἔχων· μαίμησε δέ οἱ φίλον ἦτορ.  
Μερμήριξε δ' ἔπειτα κατὰ φρένα, καὶ κατὰ θυμὸν,  
Ἦ προτέρω Διὸς υἱὸν ἐριγδούποιο διώκοι,  
Ἦ ὄγε τῶν πλεόνων Λυκίων ἀπὸ θυμὸν ἔλοιτο.  
Οὐδ' ἄρ' Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι μόρσιμον ἦεν,  
Ἴφθιμον Διὸς υἱὸν ἀποκτάμεν ὅξείϊ χαλκῷ. 675

Τῷ ῥά κατὰ πληθὺν Λυκίων τράπε θυμὸν Ἀθήνη.  
Ἐνθ' ὄγε Κοίρανον εἶλεν, Ἀλάστορά τε, Χρόμιόν τε,

Ad os appulsa: pater verò Jupiter mortem avertit.

Tum quidem deo-parem Sarpedonem nobiles socii

Ferebant è proelio: gravi autem dolore afficiebat eum hasta longa

Tracta unà; quam quidem nemo notabat, neque advertebat 665

Femore extrahere hastam fraxineam, ut incederet, [vel, currum conscenderet:]

Festinantium utique; tantum enim habebant studium, qui-circumsistentes-curabant.

Tlepolemum autem ex-alterâ-parte benè-ocreati Achivi

Efferebant proelio: animadvertit autem nobilis Ulysses, 670

Fortem animum habens; commotumque est ei suum cor.

Anxiè verò cogitabat deinde mente et animo,

Utrum ulterius Jovis filium magnùm-sonantis insequeretur,

An ipse plurium Lyciorum animam eriperet.

Non utique Ulyssi magnanimo in fatis erat,

Fortem Jovis filium interficere acuto aere. 675

Itaque ad multitudinem Lyciorum vertit ejus animum Minerva.

Tunc ille Coeranum interfecit, Alastoraque, Chromiumque,

Ver. 662. — πατῆρ δέ τι λοιγὸν ἄμυνεν.]  
Indicat istud τι, propè admodum fuisse, ut  
interiret. Alii legunt, πατῆρ δ' ἔτι.

Ver. 665. — Σαρπηδόνα δίοι ἐταῖροι Ἐξέφερον  
π. λ. ἰμοιο.]

Interea Æneam Mnestheus et fidus A-  
chates,

Ascaniusque comes, castris statuere cru-  
entum,

Alternos longâ nitentem cuspide gressus.

Æn. XII, 584.

Ver. 664. — βάρυνε δέ μιν δόρυ μακρὸν  
Ἐλκόμενον.]

Ille pedem clyferens, et inutilis, inque ligatus  
Cedebat, clypeoque inimicum hastile tra-  
hebat.

Æn. X, 794.

Ver. 665. — ἐπεφράσατ'.] Vide suprâ ad  
â, 140.

Ver. 668. Τληπόλεμον δ' ἐτέρωθεν.]

At Lausum socii exanimus super arma  
ferebant

Flentes, ingentem atque ingenti vulnere  
victum. Æn. X, 841.

Ver. 675. Ἦ ὄγε τῶν.] Vocabulum istud,  
ὄγε, quàm non versús gratiâ intrusum sit,  
sed singularem habeat elegantiam; vide su-  
prâ ad γ', 409.

Ver. 674. Ὀδυσσῆϊ μεγαλήτορι.] Quâ  
ratione, Ὀδυσσῆϊ, hic ultimam producat; item-  
que, ἔς, ver. 695. vide suprâ ad â, 51.

Ver. 676. — τράπε θυμὸν Ἀθήνη.] Vide  
suprâ ad â, 194.

"Αλκανδρόν δ', "Αλιόν τε, Νοήμονά τε, Πρύτανίν τε.

Καί νύ κ' ἔτι πλέονας Λυκίων κτάνε δῖος Ὀδυσσεύς,

Εἰ μὴ ἄρ' ὄξυ νόησε μέγας κορυθαίολος Ἔκτωρ.

680

Βῆ δὲ διὰ προμάχων κεκορυθμένος αἴθοπι χαλκῶ,

Δεῖμα φέρων Δαναοῖσι· χάρη δ' ἄρα οἱ προσιόντι

Σαρπηθῶν, Διὸς υἱός, ἔπος δ' ὀλοφυθὸν ἔειπε·

Πριαμίδη, μὴ δὴ με ἔλωρ Δαναοῖσιν ἑάσης

Κεῖσθαι· ἀλλ' ἐπάμυνον, ἔπειτά με καὶ λίποι αἰὼν

685

Ἐν πόλει ὑμετέρῃ· ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἔγωγε,

Νοστήσας οἰκόνδε, φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,

Εὐφρανεῖν ἄλοχόν τε φίλην καὶ νήπιον υἱόν.

"Ὡς φάτο· τὸν δ' οὔτι προσέφη κορυθαίολος Ἔκτωρ,

'Αλλὰ παρήϊξεν, λελιγμένος, ὄφρα τάχιστα

690

"Ὡσαιτ' Ἀργείους, πολέων δ' ἀπὸ θυμὸν ἔλοιτο.

Οἱ μὲν ἄρ' ἀντίθεον Σαρπηθῶνα δῖοι ἑταῖροι

Εἶσαν ὑπ' αἰγίοχοιο Διὸς περικαλλεῖϊ Φηγῶ·

Ἐκ δ' ἄρα οἱ μηρῶ δόρυ μείλινον ὥσε Δύραζε

"Ἴφθιμος Πελάγων, ὅς οἱ φίλος ἦεν ἑταῖρος.

695

Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque, Prytanimque.

Et quidem adhuc plures Lyciorum interfecisset nobilis Ulyssēs,  
Nisi statim animadvertisset ingens expeditè-pugnam-ciens Hector.

680

Processit itaque per primos-pugnatores armatus corusco aere,

Terrorem inferens Danais: gavisus est autem eo accedente

Sarpedon, Jovis filius, sermonemque lugubrem dixit:

" Priamide, nè quæso me prædam Danais sinas

685

" Jacere: sed auxiliare; deinde me vel deserat vita

" In urbe vestrà: quoniam non eram ego,

" (Reversus domum, dilectam in patriam terram.)

" Oblectaturus uxoremque dilectam et infantem filium.

Sic dixit: huic autem nil respondit expeditè-pugnam-ciens Hector,

Sed prætervolavit, ardens cupidine, ut quàm citissimè

690

Repelleret Argivos, multorumque vitam eriperet.

Itaque deo-parem Sarpedonem nobiles socii

Collocarunt sub Aegiochi Jovis perpulchrà fago:

Ex ejus autem femore hastam fraxineam extraxit foràs

Fortis Pelagon, qui ei dilectus erat socius.

695

Ver. 678. "Αλκανδρόν δ'.]

Alcandrumque, Haliumque, Noëmonaque,  
Prytanimque. *Æn.* IX, 767.

Ver. 680 et 689. — κορυθαίολος.] Vide supra ad β', 816.

Ver. 684. Πριαμίδη.] Vide supra ad α', 398.

*Ibid.* — μὴ δὴ με.] Vide supra ad β', 158.

*Ibid.* — ἑάσης.] Vide supra ad γ', 12.

Ver. 686. — οὐκ ἄρ' ἔμελλον.]

Invidisse deos, patriis ut redditus oris  
Conjugium optatum et pulchram Calydo-  
na viderem.

*Æn.* XI, 269.

Ver. 689. — τὸν δ' οὔτι προσέφη.] Vide supra ad α', 352.

Ver. 693. Εἶσαν ὑπ' — φηγῶ.]

— corpusque levabat

Arboris acclinis trunco. — *Æn.* X, 854.

Τὸν δ' ἔλιπε ψυχὴ, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλὺς·  
 Αὔτις δ' ἀμπνύουσα, περὶ δὲ πνοῇ Βορέαιο  
 Ζώγρει ἐπιπνεῖουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν.

Ἄργεῖοι δ' ὑπ' Ἀρηϊ καὶ Ἑκτορι χαλκοκορυστῇ

Οὔτε ποτὲ προτρέποντο μελαινῶν ἐπὶ νηῶν, 700

Οὔτε ποτ' ἀντεφέροντο μάχῃ· ἀλλ' αἰὲν ὀπίσσω

Χάζονθ', ὡς ἐπύθοντο μετὰ Τρώεσσιν Ἀρηα.

Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξεν

Ἐκτωρ τε Πριάμοιο πάϊς καὶ χάλκεος Ἀρης;

Ἀντίθεον Τεύβραντ', ἐπὶ δὲ πλῆξιππον Ὀρέστην, 705

Τρῆχόν τ' αἰχμητὴν Αἰτάλιον, Οἰνόμαόν τε,

Οἰνοπίδην δ' Ἐλεον καὶ Ὀρέσειον αἰολομίτην,

Ὅς ῥ' ἐν Ὑλῃ ναίεσκε, μέγα πλούτοιο μεμηλῶς,

Δίμῃ κεκλιμένος Κηφισσίδι· παρ δέ οἱ ἄλλοι

Ναῖον Βοιωτοὶ, μάλα πίονα δῆμον ἔχοντες.

710

Τοὺς δ' ὡς οὖν ἐνόησε θεὰ λευκώλενος Ἥρη

Hunc autem deseruit anima, circumque oculos offusa est caligo :

Rursus tamen spiritum-recepit, ac circum aura Boreae

Recreabat aspirans aegrè spirantem animam.

Argivi verò propter Martem et Hectorem aere-armatum

Nec unquam versis-tergis-fugiebant nigras ad naves, 700

Nec unquam contra-feriebantur in pugnam : sed semper retrò

Cedebant, postquam audierant apud Trojanos Martem esse.

Tum quem primum, quemque ultimum interfecit

Hectorque Priami filius et aereus Mars?

Deo-parem Teuthranta, et insuper equum-agitatorem Orestem, 705

Trechumque hastatum Aetolum, Ocnomaumque,

Oenopidemque Helenum, et Oresbium mitram-habentem-variam,

Qui in Hylâ habitabat, valdè divitiis intentus,

Lacui vicinus Cephissidi : juxtaque ipsum alii

Habitabant Boeoti, valdè opulentum populum habentes.

710

Hos quum igitur animadvertit dea candidas-ulas-habens Juno

Ver. 699.—*χαλκοκορυστῇ.*] Vide suprâ ad β', 1.

Ver. 703. Ἔνθα τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον.] Quem telo primum, quem postremum aspera velo

Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis? *Æn.* XI, 664.

Ver. 707.—*αἰολομίτην.*] Vide suprâ ad β', 816.

Ver. 708. Ὅς ῥ' ἐν Ὑλῃ.] De hâc urbe *Strabo*, lib. IX. pag. 625. [*al.* pag. 407.]

Πόλις, inquit, ἣν καλοῦσιν Ὑλῆας, ὡς λύρας καὶ θύρας; et τὴν Ὑλικὴν, τῇ προσοδίᾳ ὡς λυρικὴν nempe, priori syllabâ corruptâ; contra, quàm fit in voce, Ὑλη, *sylva*. Quod cum non intelligeret vir doctissimus *Is. Ca-*

saubonus, ad verba *Strabonis* hæc annotat :

“Notetur locus ubi προσοδίαν vocat, quod

“alii Analogiam: At enim ab Ὑλῃ fieri

“Ὑλική, eâdem prosodiâ quâ à λύρα fit λυ-

“ρικὴ; *Alius* dirisset, eâdem Analogiâ.”

Nempe, de verborum formandî ratione accepit vir eruditus id, quod erat à *Strabone*

accuratè et presinitè dictum de *Prosodiâ*. Quod si, Ὑλῆ, Ὑλική, syllabam priorem utrobique

produxisset; tamen analogiam adhuc eandem planè haberet, ac λύρα, λυρικὴ prosodiam non utique eandem.

Ver. 709.—*κεκλιμένος.*] Vide suprâ ad α', 509 et 514.

Ver. 711. Τοὺς δ'.] *Hectorem* et *Martem*.

Quod non advertens *Spondanus*, vocem hanc



- Ἄργείους ὀλέκοντας ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ,  
 Λυτίῃ Ἀθηναίην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·  
 ὦ πόποι, αἰγίοχοιο Διὸς τέκος ἀτρυτάνη,  
 Ἥ ῥ' ἄλιον τὸν μῦθον ὑπέστημεν Μενελάῳ, 715  
 Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι,  
 εἰ οὕτω μαίνεσθαι ἑάσομεν οὖλον Ἄρηα.  
 Ἄλλ' ἄγε δὴ καὶ νῶϊ μεδώμεθα Δουριδος ἀλκῆς.  
 ὦς ἔφατ' οὐδ' ἀπίθησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.  
 Ἥ μὲν ἐποιοχόμενη χρυσάμπυκας ἔντυεν ἵππους 720  
 Ἥρη, πρέσβα θεὰ, θυγάτηρ μέγαλοιο Κρόνιοι.  
 Ἥθη δ' ἄμφ' ὀχέεσσι Δωῶς βάλε καμπύλα κύκλα,  
 Χάλκεα, ὀκτάκνημα, σιδηρέῃ ἄξονι ἄμφις·  
 τῶν ἦτοι χρυσῆ ἵτυς ἀφλιτος, αὐτὰρ ὑπερβην  
 Χάλκῃ ἐπίσσωτρα, προσαρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι 725  
 Πλῆμναι δ' ἀργύρου εἰσὶ περιδρομοὶ ἀμφοτέρωθεν  
 Δίφρος δὲ χρυσόισι καὶ ἀργυρέοισιν ἱμάσιν  
 Ἐντέταται· δοιαὶ δὲ περιδρομοὶ ἄντυγές εἰσι·

Argivos interimentes in acri pugna,

Illicò Minervam verbis alatis allocuta est :

“ Papae, Aegiochi Jovis filia indomita,

“ Certè vanum hoc promissum fecimus Menelao,

715

“ Ilio exciso benè-munito eum rediturum ;

“ Si sic furere sinamus perniciosum Martem.

“ Sed age jam et nos cogitemus de strenuo auxilio ferendo.

Sic dixit : neque non obsecuta est dea caesiis-oculis Minerva .

Ac quidem discurrens aureis-fraenis-ornatos instruebat equos

720

Juno, veneranda dea, filia magni Saturni :

Hebe autem ad currus velociter posuit curvos orbes rotarum,

Aereos, octo-radios-habentes, ferreum ad axem utrinque :

Quorum utique aurea curvatura perennis ; ac desuper

Aerae laminae-rotam-munientes, adaptatae, mirabile visu :

725

Modioli autem ex argento erant rotundi utrinque :

Sella verò aureis et argenteis funibus

Exporrecta erat ; duoque semicirculi, unde-habenaec-suspenduntur, erant :

ad Ἀργείους in sequenti versu refert ; et, Ἀργείους ὀλέκοντας, Argivos pereuntes, vertit. Quin et in editione *Welstenianá* Interpres, licet ὀλέκοντας rectè vertat, *interimentes* ; non tamen videtur hujus vocis, τούς δὲ, vim rectè cepisse.

Ver. 714.—Ἀτρυτάνη.] Vide suprâ ad β', 157.

Ver. 716.—ἀπονέεσθαι.] Vide suprâ ad α', 598.

Ver. 717.—ἑάσομεν.] Vide suprâ ad δ', 42.

Ver. 720.—ἔντυεν ἵππους.] Ficta fortassè vox, ἔντυεν, ab iis qui, quoniam ἔντυον

et imperfectum ἔντυον et Aoristus ἔντυονa penultimam producunt, (vide infrâ ad ἰ, 205.) nescirent Aoristum ἔντυον corripì. Sic apud Moschum :

————καὶ οἱ λίχος ἔντυον ὦραι.

*Idyll. II, 160.*

Ver. 724. τῶν ἦτοι χρυσῆ] Pronuntiabatur χρυσῆ. Similiter, ver. 727. Δίφρος δὲ χρυσόισι, pronuntiabatur χρυσόισι. Vide suprâ ad β', 268.

Ver. 728. Ἐντέταται.] Ut constet scilicet Temporum ratio, cum praecedente et sequente, εἰσι. Vide suprâ ad α', 57.

- Τοῦ δ' ἐξ ἀργύρεος ῥυμός πέλεν· αὐτὰρ ἐπ' ἀκρῶ  
 Δῆσε χρύσειον καλὸν ζυγόν, ἐν δὲ λέπαθνα 730  
 Κάλ' ἔβαλε, χρύσει· ὑπὸ δὲ ζυγὸν ἤγαγεν Ἥρη  
 Ἴππους ἀκύποδας, μεμαυῖ ἔριδος καὶ αὐτῆς.  
 Αὐτὰρ Ἀθηναίη, κόρη Διὸς αἰγιόχοιο,  
 Πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐπ' οὔδει,  
 Ποικίλον, ὃν ῥ' αὐτὴ ποιήσατο καὶ κάμε χερσίν 735  
 Ἥ δὲ, χιτῶν ἐνδῦσα Διὸς νεφεληγερέταιο,  
 Τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσσετο δακρυόεντα.  
 Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν,  
 Δεινὴν, ἣν περὶ μὲν πάντη φόβος ἐστεφάνωτο·  
 Ἀστυάνακτ'· οἷος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἐκτωρ.  
 Ἦτοι ὁ μὲν μείδησεν ἰδὼν ἐς παῖδα σιωπῆ·  
 Ἀνδρομάχη δέ οἱ ἀγχι παρίστατο δακρυχέουσα, 405  
 Ἐν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ, ἔπος τ' ἔφατ', ἐκ τ' ὀνόμαζε·  
 Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος, οὐδ' ἐλεαίρεις

Thebe in Hypoplaciâ, Cilicibus viris imperans :

Cujus utique filia nupserat Hectori aere-armato :

Quae ipsi tunc occurrit, unâque famula ibat cum ipsâ,

Filium in sinu gestans tenellum, infantem aded,

Hectoridem unicum, similem stellae pulchrae : 400

Atque hunc quidem Hector vocabat Scamandrium, at alii

Astyanacta : solus enim tutabatur Ilium Hector.

Et ille quidem subrisit, intuens filium tacitè :

Andromache verò ipsi propè astabat lacrymans,

Inque ejus haesit manu, verbaque fecit, dixitque : 405

“ Animose, perdet te tua virtus, neque misereris

Populo ut placerent, quas fecisset fabulas ;  
 constructio hæc est : *Ut, quas fabulas fecisset, placerent populo.* Rursùm, in isto *Virgilii*,  
*Æn.* I, 577.

Urbem quam statuo, vestra est ;  
 syntaxis est : *Quam urbem statuo, vestra est.*  
*Item, Ecl.* IV, 34.

Alter erit tum *Tiphys* ; et altera, quæ ve-  
 hat *Argo*

Delectos heroas ;  
 constructio est : altera erit (*Argo*), quæ *Argo*  
 vebat delectos heroas. Et in isto, *Æn.* XI,  
 687.

Advenit, qui vestra dies muliebribus armis  
 Verba redargueret ;

vox, dies, non refertur ad, *advenit* ; quæ esset  
 transpositio verborum non ferenda ; Sed con-  
 structio est : *Qui dies vestra verba redargueret*  
 [redarguturus erat, is jam] *advenit.*

Ver. 396.—ὕλησιση.] *Nemorosâ*, *Æn.*  
 III, 270.

Ver. 398.—χαλκοκορυστῆ.] Vide supra  
 ad β', 1.

Ver. 400.—ἀταλάφρονα.] *Al.* ἀταλό-  
 φρονα.

Ver. 401.—καλῶ.] Vide supra ad β', 45.

Ver. 402. Τὸν ῥ' Ἐκτωρ καλέεσκε Σκαμάν-  
 δριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι

Ἀστυάνακτ'· οἷος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἐκτωρ.]  
 Non dissimilis est sententia, *Iliad.* ὅ, 74.

Ἵον Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.  
 Vide ad α', 405. item β', 815. ζ', 291. et *O-*  
*dys.* κ', 505. Cæterùm de *Astyanacte* et in-  
 frâ, χ', 506.

Ἀστυάναξ, ὃν Τρῶες ἐπὶ κλησιν καλέουσι  
 Οἷος γὰρ σφὴν ἔρυσσ οὐλύς και τείχια μαρκά.

Quâ de re *Plato* in *Cratylô* : Ὁρθῶς ἔχει κα-  
 λεῖν τὸν τοῦ σωτῆρος υἱόν, Ἀστυάνακτα οὗτου  
 ὃ ἔσωζεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὡς φησὶν Ὀμηροσ. *Eur-*  
*ipides* similiter, *Hippol.* ver. 88.

Ἀναξ, (θεοὺς γὰρ θεσπόμενος καλεῖν χρεῖων.)  
 Quin et ipsius etiam *Hectoris* nomen simili  
 ratione confictum, mirè asserit *Plato*. Vide  
 supra ad α', 242.

Ver. 404. Ἦτοι ὁ μὲν μείδησεν ἰδὼν.] *Γλυ-*  
*κανεὶ* δὲ τὴν ποιήσιν και τὸ βρεφύλλιον τοῦ Ἐκ-  
 τοροσ. Και, τὸ ὕλον ἱσιπίν, εὖ πιστοῖται ὃ Ἐκ-  
 τωρ ἀπελθὼν τῆσ μάχησ' ἱλαρύνθη γὰρ οὔτω τῆσ  
 ποιήσεωσ ἢ σκυθραπότῆσ, και ἀπονιφαιμένη τοῦ  
 λύθρου τῶν πιστόντων, τοῖσ ἱπποσδοῖσ διγύλασεν.  
*Eustath.*

Ver. 407. Δαιμόνιε.] Vide supra ad β',  
 190.

*Ibid.*—φθίσει.] De hujus vocis proso-  
 diâ, vide supra ad β', 43 et 853.

Παῖδά τε νηπίαχον, καὶ ἔμ' ἄμμορον, ἢ τάχα χῆρη  
 Σεῦ ἔσομαι· τάχα γάρ σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοὶ,  
 Πάντες ἐφορηθέντες· ἐμοὶ δέ κε κέρδιον εἶη  
 Σεῦ ἀφαμαρτούση χθόνα δύμεναι· οὐ γὰρ ἔτ' ἄλλη  
 Ἔσται θαλαπῶρη, ἐπεὶ ἂν σύγε πότμον ἐπίσπης,  
 Ἄλλ' ἄχε' οὐδέ μοι ἐστὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ.  
 Ἦτοι γὰρ πατέρ' ἄμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς,  
 Ἐκ δὲ πόλιν πέρσεν Κιλικῶν εὖ καιετώσων,  
 Θήβην ὑψίπυλον· κατὰ δ' ἔκτανεν Ἡετίωνα,  
 Οὐδέ μιν ἐξενάριξε· σεβάσσατο γὰρ τόγε θυμῷ·  
 Ἄλλ' ἄρα μιν κατέκχε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισιν,  
 Ἥδ' ἐπὶ σῆμ' ἔχεεν· περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν  
 Νύμφαι Ὀρεστιάδες, κούραι Διὸς αἰγιόχοιο.  
 Οἱ δέ μοι ἑπτὰ κασίγνητοι ἔσαν ἐν μεγάροισιν,  
 Οἱ μὲν πάντες ἰῶ κίον ἡματι αἴϊδος εἶσα·  
 Πάντας γὰρ κατέπεφνε ποδάρεκς δῖος Ἀχιλλεύς,  
 Βουσὶν ἐπ' εἰλιπόδεσσι καὶ ἀργεννῆς οἴεσσι.

“ Filiiq; infantis, et mei calamitosae, quae mox vidua

“ Tui ero: mox enim te interficiet Achivi,

“ Omnes simul *in te* impetu facto: mihi autem satius esset,

410

“ A te destitutae, terram subire: Non enim amplius aliud

“ Erit solatium, postquam tu mortem obieris,

“ Sed moerores: neque mihi est pater, et veneranda mater.

“ Etenim patrem meum interfecit nobilis Achilles,

“ Et urbem devastavit Cilicum bene-habitatam,

415

“ Theben portis-altam; interemitque Eëtionem,

“ Neque ipsum spoliavit: subveritus enim fuit id animo:

“ Sed ipsum combussit cum armis artificiosè-factis,

“ Et tumulum-aggestâ-terrâ super eum fecit: circum autem ulmos plantaverunt

“ Nymphae Oreades, filiae Jovis Aegiochi.

420

“ Qui porro mihi septem fratres erant domi,

“ Hi quidem omnes uno migrârunt die ad orcum:

“ Omnes enim interfecit pedibus-celer nobilis Achilles,

“ Boves inter [*dum pascere*] flexipedes, et candidas oves.

Ver. 410. Πάντες ἐφορηθέντες.] Neminem unum scilicet, præter Achillem, timuit nè Andromache quidem, nè Hectorem interficeret.

Ver. 414 et 425.—πατὴρ' ἄμὸν ἀπέκτανε δῖος Ἀχιλλεύς,——Πάντας γὰρ κατέπεφνε.] Maximo cum artificio, ut Poema unum sit à capite ad calcem, nusquam non interseritur Achilles. Vide suprâ ad ἔ, 788.

Ver. 415.—εὖ καιετώσων.] Vide suprâ ad β', 648.

Ver. 417. Οὐδὲ μιν ἐξενάριξε· σεβάσσατο γὰρ.

Arma, quibus lætatus, habe tua; teque parentum

Manibus et cineri, si qua est ea cura, remitto. Æn. X, 827.

Ver. 418. Ἄλλ' ἄρα μιν.] Non supervacaneum est istud, ἄρα. Eam enim ferè vim habet, ac si latinè dicas: *Sed eum* “ utique;” vel, “ ut par erat;” vel, “ pro eâ, qua ipsi “ fuit, religione,” &c.

Ver. 420.—αιγιόχοιο.] Vide suprâ ad á, 202.

Ver. 422. Οἱ μὲν πάντες.] Barnesius scribendum existimavit: Τοὶ μὲν πάντες. Sed perinde est.



Μητέρα δ', ἢ βασίλευεν Ὑποπλάκῃ ὑλέεσση, 425  
 Τὴν ἐπεὶ ἄρ' δεῦρ' ἤγαγ' ἄμ' ἄλλοισι κτεάτεσσιν,  
 "Ἄψ' ὄγε τὴν ἀπέλυσε, λαβὼν ἀπερείσι' ἄποινα'  
 Πατρός δ' ἐν μεγάροισι βάλ' Ἄρτεμις ἰοχέαιρα.  
 "Ἐκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσι πατήρ καὶ πότνια μήτηρ,  
 'Ἡδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης. 430  
 'Ἄλλ' ἄγε νῦν ἐλέαιρε, καὶ αὐτοῦ μίμν' ἐπὶ πύργῳ,  
 Μὴ παῖδ' ὄρφανικὸν θείης, χήρην τε γυναῖκα.  
 Λαὸν δέ στῆσον παρ' ἔρινόν, ἔμβα μάλιστα  
 "Ἀμβατός ἐστι πόλις, καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τείχος.  
 Τρεῖς γὰρ τῆγ' ἐλθόντες ἐπειρήσανθ' οἱ ἄριστοι, 435  
 'Ἀμφ' Αἴαντε δῶα, καὶ ἀγακλυτὸν Ἴδομενεῖα,  
 'Ἡδ' ἀμφ' Ἀτρεΐδας, καὶ Τυδέος ἄλκιμον υἱόν.  
 "Ἦπου τις σφὶν ἐνισπε θεοπροπίων εὔειδῶς,  
 "Ἡ νυ καὶ αὐτῶν θυμὸς ἐποτρύνει καὶ ἀνώγει.

- " Matrem autem, quae regnabat in Hypoplaco sylvosâ, 425  
 " Hanc postquam utique huc duxisset cum caeteris opibus,  
 " Retrô ille eam dimisit-liberatam, accepto infinito pretio :  
 " Patris autem in aedibus eam percussit Diana sagittis-gaudens.  
 " Hector, at tu mihi es pater et veneranda mater,  
 " Et frater, tu etiam mihi floridus maritus ; 430  
 " Sed age nunc miserere, et hic mane in turre,  
 " Nè puerum pupillum facias, viduamque uxorem :  
 " Exercitum autem siste apud caprificum, ubi potissimum  
 " Ascensu-facilis est urbs, et scandi potest murus.  
 " Ter enim hæc venientes periculum fecerunt fortissimi 435  
 " Ajaxes duo, et percelebris Idomeneus,  
 " Et Atridae, et Tydei fortis filius :  
 " Sive quis ipsis dixit vaticiniorum peritus,  
 " Sive etiam ipsorum animus impulit et jussit.

Ver. 427.—ὄγι] Quàm eleganter inserta sit hæc vocula, vide suprâ ad γ', 409.

Ver. 433.—παρ' ἔρινόν.] Strabo, lib. XIII. p. 893. "Ο, τι, Ἐρινός, τραχύς τις τόπος καὶ ἱρινώδης. Ac si dicas, caprificetum.

Ver. 434. "Ἀμβατός ἐστι πόλις.] De vocis, ἄμβατος, et similium prosodiâ, nodum planè in scirpo quæsit Vir eruditus, Phil. Labbe.  
 " Quid enim causa, inquit, afferi potest, cur  
 " ἔργατης, — ἔμβατος — penultimam  
 " corripiant : ὄρατος verò, ἰατρός, πικρατής,  
 " θιατής, — eandem illam producant,  
 " cum perinde à præteritis in αμαι formen-  
 " tur? — Fateor me in his Labyrinthis  
 " filium Ariadnes aliquod sæpè desiderâsse." *Prosod. pag.* 64. 65. Nodum (inquam) in scirpo quæsit vir eruditus. Nam ista, ὄρα-  
 τός, ἰατρός, πικρατής, θιατής, sunt a verbis

quæ (ad analogiam τοῦ, βοήσω, ἐβόησα, βεβήη-  
 κα,) vocalem longam conservant, etiam in fu-  
 turis, præteritis, et aoristis; ἔργασω, ἔργακα;  
 ἰάσομαι, ἰασάμην; πικράσω, πικράσα, πικράσακα;  
 θιασομαι, θιασάμην, θιασάμαι. At ἔργατης, est  
 ab ἔργάζομαι, quod in Præsenti et Imperfecto  
 syllabam brevem (ad analogiam τοῦ πείρω, pos-  
 sitione habet productam; aliàs autem neces-  
 sariò ubique corripitur, ut ἔργασομαι, ἔργασά-  
 μην. Vide suprâ ad ἀ', 67 et 140. Porrò,  
 quâ analogiâ, ex λῆω, λῆσω, λιλῆμαι, fit λῆσις,  
 λῆτός; ex κρήνω, κηρήμαι, κρήσις, κρήτός; ex  
 μαρτύρομαι, μαρτυροῦμαι, μάστύρος; ex φαίνω,  
 φάσις, ἔμφανσις; eadem planè analogiâ, ex  
 βαινῶ, fit βάσις, ἄμβάτος, et similia. Vide su-  
 præ ad ἀ', 314 et 338.

Ver. 436. 'Ἀμφ' Αἴαντι δῶα.] Vide suprâ  
 ad γ', 146.

Τὴν δ' αὖτε προσέειπε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ·	440
Ἦ καὶ ἔμοι τάδε πάντα μέλει, γυναῖ· ἀλλὰ μάλ' αἰνῶς	
Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἐλκεσιπέπλους,	
Αἴκε, κακὸς ὤς, νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο·	
Οὐδέ με θυμὸς ἀνωγεν, ἐπεὶ μάθον ἔμμεναι ἐσθλὸς	
Αἰεὶ, καὶ πρώτοισι μετὰ Τρῶεσσι μάχεσθαι,	445
Ἄρνυμένος πατρός τε μέγα κλέος, ἢ δ' ἔμὸν αὐτοῦ.	
Εὖ μὲν γὰρ τόδε οἶδα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,	
Ἔσσειται ἡμερ, ὅτ' ἂν ποτ' ὀλώλη Ἴλιος ἰρῆ,	
Καὶ Πριάμος, καὶ λαὸς εὐμμελίῳ Πριάμοιο.	
Ἄλλ' οὐ μοι Τρῶων τόσσον μέλει ἄλγος ὀπίσσω,	450
Οὔτ' αὐτῆς Ἐκάβης, οὔτε Πριάμοιο ἀνακτος,	
Οὔτε κασιγνήτων, οἳ κεν πολέες τε καὶ ἐσθλοὶ	
Ἐν κόνιῃσι πέσοιεν ὑπ' ἀνδράσι δυσμενέεσσιν,	
Ὅσσον σεῦ, ὅτε κέν τις Ἀχαιῶν χαλκοχιτάνων	
Δακρυόεσσαν ἀγῆται, ἐλεύθερον ἡμερ ἀπούρας·	455
Καὶ κεν ἐν Ἀργεῖ εἰούσα, πρὸς ἄλλης ἰστὸν ὑφαίνοισ·	
Καὶ κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηίδος, ἢ Ὑπερείης,	

Hanc autem vicissim allocutus est ingens pugnam-expeditè-ciens Hector ;	440
“ Certè et mihi hæc omnia curae sunt, uxor : sed perquam vehementer	
“ Vereor Trojanos et Troadas longa-peplorum-syrmata-trahentes,	
“ Si, ignavus velut, eminùs stans devitem proelium :	
“ Neque verò me animus ità jubet, quoniam didici esse fortis	
“ Semper, et primos inter Trojanos pugnare,	445
“ Conans-vendicare patrisque magnam gloriam, et meam ipsius.	
“ Benè enim hoc scio mente et animo ;	
“ Erit dies, quando pereat Ilios sacra,	
“ Et Priamus, et populus hastae-fraxineae-periti Priami.	
“ Sed non mihi Trojanorum tantoperè curae est dolor in-posterum,	450
“ Neque ipsius Hecubae, neque Priami regis,	
“ Neque fratrum, qui sanè multique et fortes	
“ In pulvere ceciderint sub viris hostibus,	
“ Quantopere tuì ; quando aliquis Achivorum aere-loricatorum	
“ Lachrymabundam abduxerit, liberum diem eripiens ;	455
“ Atque in Argo existens, sub alienae imperio telam texas,	
“ Atque aquam feras ex fonte Messeïde, aut Hyperèa,	

Ver. 440.—*κορυθαίολος.*] Vide suprâ ad β', 816.

Ver. 445. *Αἴκε, κακὸς ὤς.*] Quâ ratione κακὸς, hic ultimam producat; item, *ὠς*, ver. 469, et *τις*, ver. 459. 462. 479. vide suprâ ad α', 51.

Ver. 446. *Ἄρνυμένος.*] Vide suprâ ad γ', 260.

Ver. 447. *Εὖ μὲν γὰρ.*] Refertur istud, γὰρ, non ad id, quod jam antè erat dictum,

sed ad id, quod eleganter reticetur. *Fortiter me geram; Non quòd nescius sim nihil me virtute profecturum; NAM probè novi, interituram hanc urbem, &c.* Vide suprâ ad ε', 22.

Ver. 448. *Ἔσσειται ἡμερ, ὅτ' ἂν.*] Vide suprâ ad δ', 164.

Ver. 449.—*εὐμμελίῳ Πριάμοιο.*] Ita edidit Barnesius ex MSS. et ex δ', 165. suprâ. *Al. εὐμμελίον.*

Πόλλ' ἀεκαζομένη κρατερῇ δ' ἐπικείσεται ἀνάγκη  
 Καί ποτέ τις εἶπησιν, ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν,  
 "Ἐκτορος ἦδε γυνή, ὃς ἀριστεύεσκε μάχεσθαι  
 Τρώων ἵπποδάμων, ὅτε Ἴλιον ἀμφεμάχοντο.

460

"Ὡς ποτέ τις ἐρέει· σοὶ δ' αὖ νέον ἔσσεται ἄλγος  
 Χήτεϊ τοιοῦδ' ἀνδρὸς, ἀμύνειν δούλιον ἦμαρ.

'Αλλά με τεθνεῖῶτα χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτει,  
 Πρίν γ' ἔτι σῆς τε βοῆς, σοῦ δ' ἐλκηθμοῖο πυθέσθαι.

465

"Ὡς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἐκτωρ·

"Ἀψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον εὐζάνοιο τιθήνης

'Ἐκλίνθη ἰάχων, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθεῖς,

Ταρβήσας χαλκὸν τε, ἰδὲ λόφον ἵππιοχαίτην,

Δεινὸν ἀπ' ἀκροτάτης κόρυθος νέουonta νοήσας·

470

'Ἐκ δ' ἐγέλασσε πατῆρ τε φίλος, καὶ πότνια μήτηρ.

Αὐτίκ' ἀπὸ κρατὸς κόρυθ' εἶλετο φαίδιμος Ἐκτωρ,

Καὶ τὴν μὲν κατέθηκεν ἐπὶ χθονὶ παμφανόωσαν.

" Valdè invita: dura autem incumbet necessitas:

" Et aliquando quis dixerit, conspicatus lacrymas fundentem:

" Hectoris haec uxor, qui praestantissimus erat in pugnando

460

" Trojanorum equum-domitorum, quando Ilium circa-pugnabant.

" Sic aliquando quis dicet: tibi que rursus novus erit dolor.

" Ex desiderio talis mariti, ad depellendum servilem diem.

" Sed me mortuum aggesta terra obtegat,

" Antequam tuumque clamorem, tuamque abreptionem audiero.

465

Sic fatus, suum filium porrectis-manibus-petiit illustris Hector:

Retrò autem puer ad sinum eleganter-cinctae nutricis

Inclinatus est clamans, patris chari aspectum exhorrescens,

Timens aequae et cristam setis-equinis-horridam,

Horrendum à summâ galeâ nutantem intuens:

470

Leniter verò arrisit paterque charus, et veneranda mater.

Tum statim à capite galeam abstulit illustris Hector,

Et hanc quidem deposuit in terrâ collucentem:

Ver. 464.—τεθνεῖῶτα.] Quâ analogiâ ex βασιλῆος et βασιλῆῆ, factum est βασιλῆως et βασιλῆῆ; eâdem analogiâ ex τεθνήσκος fit τεθνεῖῶτος (et inde, more Ionico, τεθνεῖῶτος;) ex μιμῶδός, μιμῶδός; ex Κρονίονος, Κρονίονος; et similia. Vide suprâ ad ἀ, 265. et ad β', 818.

Ibid.—χυτὴ κατὰ γαῖα καλύπτει, Πρίν]

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat. *Æn.* IV, 24.

Ver. 466. "Ὡς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο.— ἰδὲ λόφον ἵππιοχαίτην.] Vide suprâ ad ver. 404. Caterùm optimè de hoc loco obser-

vavit *Dionys. Halicarn.* περὶ τῆς Ὀμήρου ποιήσεως, Poetam res verbis, ut grandes grandibus, ita et tenuibus tenues, pari ferè pulchritudine depinxisse, et rem unamquamque ornamentis decorasse propriis et suis.

Ἰσχυρὸν δὲ [πλάσμα ἴστι], τὸ καὶ τῇ ὕλῃ τῶν παραγμάτων μικρὸν, καὶ τῇ λέξει κατασχευμένον οἶον ἴστι τοῦτο, [ver. 466—469.] "Ὡς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο —, "Ἀψ δ' ὁ πάϊς —. Χαλκὸν τ' ἠδ' αὖ λόφον ἵππιοχαίτην." § 9. Ubi notandum χαλκὸν τ' ἠδ' αὖ scriptum, quod hodiè legimus χαλκὸν τε ἰδί. *Eustathius* legit, χαλκὸν τ' ἠδ' ἰδί.

Αὐτὰρ ὄγ' ὄν φίλον υἷον ἐπεὶ κύσε, πῆλέ τε χερσίν,  
 Εἶπεν ἐπευξάμενος Διί' τ', ἄλλοισίν τε θεοῖσι· 475  
 Ζεῦ, ἄλλοι τε θεοὶ, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέσθαι  
 Παῖδ' ἐμόν, ὡς καὶ ἐγὼ περ, ἀριπρεπέα Τρώεσσι,  
 ὦδ' ἐβίην τ' ἀγαθόν, καὶ Ἰλίου ἴφι ἀνάσσειν·  
 Καί ποτ' ἐτις εἶπησι, Πατὴρ δ' ὄγε πολλὸν ἀμείναν,  
 Ἐκ πολέμου ἀνίοντα· φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα, 480  
 Κτείνας δῆϊον ἄνδρα, χαρεῖν δὲ φρένα μήτηρ.  
 Ὡς εἰπὼν, ἀλόχοιο Φίλης ἐν χερσίν ἔθηκε  
 Παῖδ' ἐόν· ἢ δ' ἄρα μιν κηῶδει δέξατο κόλπῳ,  
 Δακρυόεν γελάσασα· πόσις δ' ἐλέγησε νοήσας,  
 Χειρὶ τέ μιν κατέρεξε, ἔπος τ' ἔφατ', ἔκ τ' ὄνομαζε· 485  
 Δαιμονίη, μή μοί τι λῆν ἀκαχίζωο θυμῷ·  
 Οὐ γάρ τις μ' ὑπὲρ αἴσαν ἀνῆρ αἰῶδι προΐαψει.  
 Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,

Atque ille suum dilectum filium ut osculatus fuerat, leviterque-agitárat manu,  
 Dixit precans Jovemque, caeterosque deos; 475  
 “ Jupiter, aliique dii, date et hunc fieri  
 “ Filium meum, ut et ego sum, eximium inter Trojanos,  
 “ Itá viribusque fortem, et Ilio potentèr imperitare :  
 “ Et olim quis dicat, Patre verò hic multò est fortior,  
 “ Ex pugná redeuntem conspicátus : referat autem spolia cruenta, 480  
 “ Interfecto hoste, gaudeatque animo mater.  
 Sic fatus, uxoris dilectae in manibus posuit  
 Puerum suum ; haec verò ipsum fragranti excepit sinu,  
 Lacrymabundum ridens : Vir autem misertus est intuitus,  
 Manuque ipsam demulsit, verbaque fecit, dixitque : 485  
 “ O bona, ne mihi praeter modum tristeris animo :  
 “ Non enim quis me praeter fatum vir oreo praematurè-mittet.  
 “ Fatum verò neminem arbitror, qui effugerit, esse hominum,

Ver. 474. Αὐτὰρ ὄγ' ὄν φίλον υἷον.]

Ascanium fuis circum complectitur armis,  
 Summaque per gleam delibans oscula fat-  
 tur. *En.* XII, 435.

Ver. 476. — δότε δῆ.] Non supervaca-  
 neum est istud, δῆ; sed eam ferè vim habet,  
 ac si latinè dicas, “ date quæso.”

Ver. 477. — ὡς καὶ ἐγὼ περ, ἀριπρεπέα.]

Disce, puer, virtutem ex me, verumque  
 laborem. *En.* XII, 435.

Ver. 486. — μή μοί τι λῆν ἀκαχίζωο.]

— Τοῖς ἀφαιρουμένοις τὰς λύπας διὰ τῆς  
 γενναίας καὶ σιμνῆς παρηγορίας, — ἔχοντας  
 ἐν τῷ Ὀμηρικῷ τοῦτο ἔπος. — “ Δαιμονίη,  
 “ μή μοί τι λῆν ἀκαχίζωο θυμῷ.” — *Plutarch.*  
*de Consolat. ad Apoll.*

Ver. 488. Μοῖραν δ' οὔτινά φημι.] Ὀμήρου  
 πάλιν ποιήσαντος, “ Μοῖραν δ' οὔτινά φημι

“ πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,” — ἢ, ὡς  
 Δημοσθένους, “ Πᾶσι μὲν γὰρ ἀνθρώποις τίλος  
 “ τοῦ βίου θάνατος, καὶ ἐν εὐκρίσῳ τις αὐτῶν  
 “ καθιέξας τηρεῖ.” *Clem. Alexandrin. Strom.*  
 VI.

— inexorable fatum.

*Georg.* II, 491.

— ineluctabile tempus.

*En.* II, 324.

— ineluctabile fatum.

*En.* VIII, 334.

— irrepairabile tempus.

*En.* X, 467.

*Ibid.* — πεφυγμένον.] Contendit Bar-  
 nesius, “ πεφυγμένον scribendum : — et  
 “ ἰλὸ τευκτός et φευκτός.” Quod si verum  
 esset; “ ergò et composita,” (ut rectè ob-  
 servavit *Eruditus scriptor Anonymus.*)

Οὐ κακὸν, αὐδὲ μὲν ἔσθλόν, ἐπὴν ταπρῶτα γένηται.

Ἄλλ' εἰς οἶκον ἰούσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, 490

Ἴστον τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε

Ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει

Πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασιν.

Ὡς ἄρα φανήσας κόρυθ' εἴλετο φαίδιμος Ἔκτωρ

Ἴππουριν' ἄλοχος δὲ φίλη οἰκόνδε βεβῆκει 495

Ἐντροπαλιζομένη, θαλερὸν κατὰ δάκρυ χέουσα.

Αἰψα δ' ἔπειθ' ἴκανε δόμους εὖ ναιετάοντας

Ἐκτορος ἀνδροφόνιοιο· κιχήσατο δ' ἔνδοθι πολλάς

Ἀμφιπόλους, τῆσιν δὲ γόον πάσῃσιν ἐνῶρσεν.

Αἰ μὲν ἔτι ζῶν γόον Ἐκτορα ᾧ ἐνὶ οἴκῳ· 500

Οὐ γάρ μιν ἔτ' ἔφαντο ὑπότροπον ἐκ πολέμοιο

Ἰξεσθαι, προφυγόντα μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν.

Οὐδὲ Πάρις δῆθ' ἔβηνεν ἐν ὑψηλοῖσι δόμοισιν·

Ἄλλ' ὄγ', ἐπεὶ κατέδου κλυτὰ τεύχεα ποικίλα χαλκῷ,

“ Neque ignavum, neque verò fortem, postquam primùm natus fuerit.

“ Sed in domum profecta, tua ipsius opera cura, 490

“ Telamque, columque; et ancillas jube

“ Munus obire: bellum autem viris curae erit

“ Omnibus, mihi verò praecipuè, qui in Ilio nati sunt.

Sic utique fatus, galeam sustulit illustris Hector

Setis-equinis-comantem: uxor autem dilecta domum abiit 495

Respectans, uberes lacrymas effundens.

Statim autem deinde venit ad aedes habitantibus-commodas

Hectoris homicidae; invenitque intus multas

Ancillas; his verò luctum omnibus commovit.

Hae quidem adhuc vivum lugebant Hectorem suam in domo: 500

Non enim eum ampliùs putabant reducem ex pugna

Venturum, elapsum robur ac manus Achivorum.

Neque verò Paris moram-trahebat in altis aedibus:

Sed is, postquam induit incluta arma varia aere,

“ ἄφυκτος, ἄτυκτος, ἔτυκτος, apud omnes

“ *Autores apud quos occurrunt, et in omnibus*

“ *eorum Editionibus, et quotiescunque occur-*

“ *runt, vitiosè erunt scripta.*—*Nimis*

“ *hoc improvidè Vir Clarissimus.*” Acta E-

ruditor. Lipsiae, ad Februar. 1712. Sed et

occurrit präteritum medium πύφυγα, inde-

que verbum poeticum πύφυγα.

Ver. 490.—τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε, —

πόλεμος δ' ἀνδρεσσι μελήσει.]

Cura tibi, Divùm effigies et templa tueri:

Bella viri pacemque gerant, queis bella

gerenda. *Æn.* VII, 443.

Ver. 495. Ἴππουριν' ἄλοχος.] Quà ratione,

ἴππουριν, hïc ultimam producat; item, μιν,

ver. 501. vide suprà ad ε, 51.

*Ibid.*—βεβῆκει.] Vide suprà ad δ, 492.

Ver. 497.—εὖ ναιετάοντας.] Vide suprà ad β', 648.

Ver. 500. Αἰ μὲν ἔτι ζῶν γόον Ἐκτορα ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.] Hïc quidem sententià nihil unquam fuit, ad commovendos affectus, neque excogitatum exquisitius, neque elegantius dictum.

*Ibid.*—γόον Ἐκτορα.] *Al.* γόον Ἐκτορα. Quod utique pronuntiabatur, γῶν Ἐκτορα.

Ver. 501.—ἔφαντο.] Plerique, ἔφαντ', Pessimè.

Ver. 503. Οὐδὲ Πάρις δῆθ' ἔβηνεν.] Suprà; ver. 341.

Ver. 504.—τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

—versicoloribus armis.

*Æn.* X, 181.

Σεύατ' ἔπειτ' ἀνὰ ἄστν, ποσὶ κραιπνοῖσι πεποιθῶς.	505
Ἦς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ φάτην,	
Δεσμὸν ἀπορρήξας θείει πεδίωιο κροαίνων,	
Εἰωθῶς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο,	
Κυδιῶν ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται	
Ἦμοις αἰσσοῦνται ὁ δ' ἀγλαίῃφι πεποιθῶς,	510
Ῥίμφα ἔ γούνα φέρει μετὰ τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων	
Ἦς υἱὸς Πριάμοιο Πάρις κατὰ Περγᾶμου ἄκρης	
Τεύχεσι παμφαίνων, ὡς ἠλέκτωρ, ἐβεδῆκει	
Καγχαλόων, ταχέες δὲ πόδες φέρον· αἶψα δ' ἔπειτα	
Ἔκτορα δῖον ἔτετμεν ἀδελφεὸν, εὗτ' ἄρ' ἔμελλε	515
Στρέψεσθ' ἐκ χῶρης, ὅθι ἦ ὀάριζε γυναϊκί.	

Properabat deinde per urbem, pedibus velocibus fretus.	505
Ut verò cùm stabulans equus, hordeo-pastus ad praeesepe,	
Vinculo rupto currit per campum terrani-pedibus-pulsans,	
Consuetus lavari in pulchrè-fluenti fluvio,	
Superbiens; altè verò caput fert, circumque jubae	
Humeros motantur: ipse autem pulchritudine corporis fretus,	510
Facilè ipsum genua ferunt ad loca-consueta et pascuae equarum:	
Sic filius Priami Paris à Pergami arce	
Armis collucens, tanquam sol, incedebat	
Exultans; veloces autem eum pedes ferebant: statimque postea	
Hectora nobilem invenit fratrem, quando jam erat	515
Digressurus è loco, ubi cum suâ colloquebatur uxore.	

Ver. 506. Ἦς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος.]  
 Qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis  
 Tandem liber equus, campoque potitus  
 aperto;  
 Aut ille in pastus armentaue tendit e-  
 quarum,  
 Aut assuetus aquae perfundi flumine noto  
 Emicat, arrectisque fremit cervicibus altè  
 Luxurians, luduntque jubae per colla, per  
 armos.

Aen. XI, 492.

Pulcherrimè uterque Poeta. Rectè tamen  
 hic observavit Poprius, comparisonem istam  
 et aptiore loco, et ad personam convenientius,  
 de Paride Homerum, quàm de Turno instituis-  
 se Virgilium.

Ibid.—ἀκοστήσας ἐπὶ φάτην.] Ἀκοστήσαι  
 δὲ, τὸ πολυκριθῆσαι, κατὰ τοὺς παλαιούς, ἦγον  
 τὸ κριθιάσαι ἀκοσταὶ γὰρ, αἱ κριθαί.—Ἄλλοι  
 δὲ ἀκοστήσαι φασί, τὸ σχεῖν ἄχος ἐν τῷ ἴστασθαι.  
 Ἔνοι δὲ, τὸ λαθεῖν ἄχος, ἢ μάλλον  
 ἄκος, τῇ στάσει καὶ τῇ τῆς τροφῆς ἀπολαύσει.  
 Ἔτιροιο τὸ ἀκόαστως διατεθῆναι,  
 [Schol. δυσχεράνας ἐπὶ τῇ τῆς φάτης στάσει]  
 Ἄλλοι δὲ, τὸ ἠσυχάσαι—

τινὲς δὲ γράφουσιν, ἀγοστήσας, ὅ ἐστι, ῥυπανθῆς.  
 Eustath.

Ver. 510.—ὁ δ'—Ῥίμφα ἔ γούνα  
 φέρει.] De hujusmodi Syntaxis ἀνακολούθῳ,  
 suis in locis elegantissimâ, et (ut ait Deme-  
 trius Phalereus) μεγαλοπρεπεῖ, vide suprâ ad  
 β', 355 et 681. et ad γ', 211. Utique hoc  
 in loco singulari id artificio dandum est,  
 quòd rem ipsam, δισμὸν ἀπορρήξας θείει, quasi  
 ob oculos ponat syntaxis ista infracta, ὁ δ'  
 —ῤίμφα ἔ γούνα φέρει. Quâ de re ita  
 Eustathius: Σχημά ἐστι καινοπρεπῆς, ἐπὶ και-  
 νῷ ῤηθὲν καὶ αὐτὸ πράγματι.—Ὁ δὲ  
 καινοπρεπῆς κἀνταῦθα σχηματίζων,  
 συναγλαΐζομενος ὡς τῷ φραζομένῳ πράγματι.  
 Quin et Motum insuper equi currentis celer-  
 ritimum aptissimè depingunt numeri isti dac-  
 tylici, Ῥίμφα ἔ γούνα φέρει μετὰ τ' ἤθεα καὶ  
 νομὸν ἵππων.

Ver. 513.—ἰβεδῆκει.] Vide suprâ ad δ', 492.

Ver. 514.—ταχέες δὲ πόδες φέρον.]  
 Barnesius edidit, ταχίς δ' ἐ πόδες φέρον, "ut  
 "longè meliorem Lectionem." Quod tamen  
 sententia nihil addit, elegantia non paulum  
 detrahit.

Τὸν πρότερος προσέειπεν Ἀλέξανδρος Θεοειδής·  
 Ἥθει, ἧ μάλα δὴ σε καὶ ἐσσύμενον κατερύκω,  
 Δηθύνων, οὐδ' ἦλλον ἐναΐσιμον, ὡς ἐκέλυες.

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη κορυθαίολος Ἔκτωρ· 520

Δαιμόνι, οὐκ ἂν τις τοι ἀνὴρ, ὅς ἐναΐσιμος εἶη,  
 Ἔργων ἀτιμήσειε μάχης, ἐπεὶ ἄλκιμός ἐσσι.

Ἄλλὰ ἐκὼν μεθίεις τε, καὶ οὐκ ἐθέλεις· τὸ δ' ἐμὸν κῆρ  
 Ἄχυνται ἐν θυμῷ, ὅθ' ὑπὲρ σέθεν αἴσχε' ἀκούω

Πρὸς Τρώων, οἳ ἔχουσι πολὺν πόνον εἴνεκα σείο. 525

Ἄλλ' ἴομεν· τὰ δ' ὄπισθεν ἀρессόμεθ', αἶνε πόθι Ζεὺς  
 Δάη, ἐπουραίοισι θεοῖς αἰειγενέτησι

Κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον ἐν μεγάροισιν,

Ἐκ Τροίης ἐλάσαντες ἑὺκνήμιδας Ἀχαιοὺς.

Hunc prior allocutus est Alexander divinâ-formâ-præditus :

“ Venerande frater, certè valdè jam te etiam properantem detinco,

“ Remorans, neque veni maturè, ut jussisti.

Hunc autem respondens allocutus est pugnam-expeditè-ciens Hector : 520

“ O bone, nemo tibi hominum, qui æquus-rerum-aestimator sit,

“ Opera vituperaverit bellica ; nam fortis es.

“ Sed sponte remittisque *animum*, et non vis *pugnare* : at meum cor

“ Tristatur in animo, quando de te probra audio

“ A Trojanis, qui ferunt multum laborem gratiâ tui. 525

“ Sed eamus : hæc autem postea componemus, si quando Jupiter

“ Dederit, coelestibus diis sempiternis

“ Craterem statuere liberum in aedibus,

“ Quam Trojâ expulerimus benè-ocreatos Achivos.

Ver. 517. Τὸν πρότερος προσέειπεν.] Festinante optime depingit oratio ista ἀσύνδετος.

Ibid.—Θεοειδής.] Vide suprâ ad β', 625.

Ver. 520.—κορυθαίολος.] Vide suprâ ad β', 816.

Ver. 521. Δαιμόνι.] Vide suprâ ad β', 190.

Ver. 524. Ἀχυνται.] Vide suprâ ad γ', 260.

Ver. 528. Κρητῆρα στήσασθαι.] Craterem basi suppositæ imponere. Quam quidem basin

Veteres appellabant ὑποκρητήριον vel ὑποκρητηρίδιον, apud Athenæum, lib. V. cap. 13. Item ἐπίστατον, ut doctissime observavit Edmundus Chishull de Inscriptione Sigedâ ; “ unde “ (inquit) phrasis illa Homericâ, κρητῆρα “ στήσαι, aut καθίστανα, quod et Latine craterem statuere à Virgilio dictum.” Casaubonus, in Annotatis ad locum Athenæi jam citatum, rectè emendavit ὑποκρητηρίδιον, quod fuerat malè scriptum ὑποκρητηρίδιον ; sed pesimè vertit, cratercula parva.

## ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ

ΡΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, Η΄.

Ὑπόθεσις τῆς Η΄. ΟΜΗΡΟΥ Ῥαψωδίας.

ἘΛΕΝΟΥ συμβουλευσάντος, Ἐκτωρ προκαλεῖται τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον εἰς μονομαχίαν. Ἐννέα δὲ ἀναστάντων, ἔλαχεν Αἴας ὁ Τελαμάνιος· καὶ γενναίως αὐτοὺς ἀγωνισαμένους διαλύουσι κήρυκες, ἐσπέρας γενομένης. Τῇ δ' ἐξῆς τοὺς νεκροὺς ἀνελόμενοι θάπτουσι, καὶ τῆχος οἱ Ἕλληνες κατασκευάζουσι, ἐφ' ᾧ ὁ Ποσειδῶν ἠγανάκτησε· Ζεὺς τε αὐτοῖς διὰ νυκτὸς σημεῖα οὐκ αἴσια τῶν μελλόντων δείκνυσιν.

Α Λ Λ Η.

ἘΚΤΩΡ σὺν Ἀλεξάνδρῳ τῶ ἀδελφῷ κατελθὼν εἰς τὴν μάχην, ἰσοῖθει τοῖς Τρωσὶ κικμηκόσιν ἦδη. Καὶ συμβουλευσάντος Ἐλένου τοῦ ἀδελφοῦ, μόντως ὄντος, προκαλεῖται αὐτὸς, τίς αὐτῷ βούλοιο τῶν Ἑλλήνων μονομαχῆται. Πολλῶν δὲ προαιρουμένων, Αἴας ὁ Τελαμάνιος κληρωθεὶς ἀνθίσταται. Μαχομένους δὲ αὐτοὺς κήρυκες καταπαύουσι, καὶ νῦν διαλύει τὴν μάχην. Καὶ οἱ μὲν ἀλλήλοις δῶρα διδίδασιν. Ἐπικηρυκευσαμένων δὲ Τρώων περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως, τὰ αὐτὰ γίγνεται παρὰ ἀμφοτέροις τοῖς στρατοῖς· αἶτε Ἕλληνες πολυάνδριον κατασκευάζουσι, καὶ τῆχος τοῦ ναυστάθμου.

Ἐπιγραφαί.

Ἐκτορος καὶ Αἴαντος μονομαχία.

Ἄλλως.

Ἦτα δ' Αἴας πολέμιζε μόνῳ μόνος Ἐκτορι δίῳ.

Ὄς εἰπὼν πυλέων ἐξέσσυτο φαίδιμος Ἐκτωρ·  
 Τῷ δ' ἄμ' Ἀλέξανδρος κί ἀδελφεός· ἐν δ' ἄρα θυμῷ  
 Ἀμφότεροι μέμασαν πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι.

HAEC fatus, portis erupit illustris Hector;  
 Cumque eo simul Alexander ivit frater: animo verò  
 Ambo ardebant bellare et pugnare.



Ὡς δὲ θεὸς ναύτησιν ἐελδομένοισιν ἔδωκεν  
 Οὔρον, ἐπὴν κεκάμασιν εὐξέστησ' ἐλάτῃσι 5  
 Πόντον ἐλαύνοντες, καμάτῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυνται.  
 Ὡς ἄρα τὰ Τρῶεσσιν ἐελδομένοισι φανήτην.  
 Ἐνθ' ἐλέτην, ὃ μὲν υἱὸν Ἀρηϊθόοιο ἀνακτος,  
 Ἄρηη ναιετάοντα Μενέσθιον, ὃν κορυνήτης  
 Γείνατ' Ἀρηϊθόος καὶ Φιλομέδουσα βοῶπις· 10  
 Ἐκτῶρ δ' Ἡϊονῆα βάλ' ἔγχρῃ ὄξυόεντι  
 Αὐχέν' ὑπὸ στεφάνης εὐχάλκου· λῦσε δὲ γυῖα.  
 Γλαυκὸς δ', Ἴππολόχοιο πάϊς, Λυκίων ἀγὸς ἀνδρῶν,  
 Ἴφινόον βάλε δουρὶ, κατὰ κρατερὴν ὑσμίνην,  
 Δεξιὰδην, ἵππων ἐπιάλμενον ἀκείων, 15  
 Ὄμμον· ὃ δ' ἐξ ἵππων χαμάδις πέσε· λῦντο δὲ γυῖα.  
 Τοὺς δ' ὡς οὖν ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη  
 Ἀργείους ὀλέκοντας ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ,  
 Βῆ ῥα κατ' Οὐλύμποιο καρήνων αἰΐζασα  
 Ἴλιον εἰς ἰρήν· τῇ δ' ἀντίος ἄρενυτ' Ἀπόλλων, 20  
 Περγᾶμου ἐκκατιδᾶν, Τρῶεσσι δὲ βούλετο νίκην.  
 Ἀλλήλοισι δὲ τῶγε συναντίεσθην παρὰ φηγαῖ.

Sicut autem Deus nautis desiderantibus dat  
 Ventum-secundum, postquam defatigati fuerint politis remis 5  
 Pontum agitantes, laboreque membra soluta sunt :  
 Sic utique hi Trojanis desiderantibus apparuerunt.  
 Tunc interfecerunt, hic quidem [Paris] filium Areithoi regis,  
 In Arnâ habitantem Menesthium, quem claviger  
 Genuit Areithoüs et Philomedusa magnis-oculis : 10  
 Hector autem Eioneum ferit hastâ acutâ  
 Ad cervicem sub galeâ aere-solidâ : solvitque membra.  
 Glaucus verò, Hippolochi filius, Lyciorum dux virorum,  
 Iphinoum ferit hastâ, in asperâ pugnâ  
 Dexiadem, equas insilientem veloces 15  
 In humero : hic autem ex equabus humi cecidit, solutaque sunt membra.  
 Hos verò ut animadvertit Dea glaucis-oculis Minerva  
 Argivos perimentes in asperâ pugnâ,  
 Descendit de Olympi verticibus impetu facto  
 Ilium ad sacram : huic autem obvius properabat Apollo, 20  
 Ex Pergamo conspicatus, Trojanisque cupiebat victoriam.  
 Sibi invicem autem hi occurrerunt apud fagum.

Ver. 9.—κορυνήτης.] Vide infrâ ad ver. 141.

Ver. 10.—βοῶπις.] Vide suprâ ad á, 551.

Ver. 11.—ὄξυόεντι.] Vide suprâ ad á, 50.

Ver. 15. 16.—ἵππων ἐπιάλμενον, —  
ἰξ ἵππων—πίσι.] Nempe in curru con-  
scendens, è curru cecidit.

Ver. 17.—γλαυκῶπις.] Vide suprâ ad á, 206.

Ver. 19. Βῆ ῥα.] Non vacat istud ῥα; sed eam ferè vim habet, ac si latinè dicas, statim, continuo, illicò.

Ibid.—αἰΐζασα.] Vide suprâ ad δ', 74.

Ver. 20.—ἄρενυτ'.] Vide suprâ ad γ', 260.

- Τὴν πρότερος προσέειπεν ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων·  
 Τίπτε σὺ δ' αὖ μεραυῖα, Διὸς θυγάτηρ μέγαλοιο,  
 Ἔλθεις ἀπ' Οὐλύμπιοι, μέγας δέ σε θυμὸς ἀνήκειν; 25  
 Ἢ ἵνα δὴ Δαναοῖσι μάχης ἑτεραλκεία νίκην  
 Δῶς; ἐπεὶ οὗτοι Τρῶας ἀπολλυμένους ἑλεαίρεις.  
 Ἄλλ' εἴ μοί τι πίθοιο, τό κεν πολὺ κέρδιον εἶη,  
 Νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον καὶ δῆϊοτῆτα  
 Σήμερον· ὕστερον αὖτε μαχήσονται, εἰσόκε τέκμαρ 30  
 Ἰλίου εὔρωσιν· ἐπεὶ ἄς Φίλον ἔπλετο θυμῷ  
 Ὑρμῖν ἀθανάτησι, διαπραβέειν τόδε ἄστν.  
 Τὸν δ' αὖθις προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·  
 ὦδ' ἔστω, Ἐκάεργε· τὰ γὰρ φρονέουσα καὶ αὐτὴ  
 Ἔλθον ἀπ' Οὐλύμπιοι, μετὰ Τρῶας καὶ Ἀχαιοὺς· 35  
 Ἄλλ' ἄγε, πῶς μέμονας πόλεμον καταπαυσέμεν ἀνδρῶν;  
 Τὴν δ' αὖτε προσέειπεν ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων·  
 Ἐκτορος ὄρωμεν κρατερὸν μένος ἵπποδάμοιο,  
 Ἦν τινὰ πού Δαναῶν προκαλέσσεται οἰόθεν οἴος  
 Ἀντίβιον μαχέσασθαι ἐν αἰνῇ δῆϊοτῆτι· 40

Hanc prior allocutus est rex, Jovis filius, Apollo :

- “ Cur tu verò rursus concitata, ò Jovis filia magni,  
 “ Venisti ab Olympo, magnusque te affectus impulit? 25  
 “ An ut jam Danaïs pugnae accipitem victoriam  
 “ Des? quandoquidem minimè Trojanorum pereuntium misereris.  
 “ Sed si mihi quid obtemperaveris, quod certè multò satius esset,  
 “ Nunc quidem cessare-faciamus bellum et pugnam  
 “ Hodie: posthac rursus pugnabunt, donec finem 30  
 “ Ilii invenerint: quandoquidem sic gratum est animo  
 “ Vobis Deabus, evertere hanc urbem.

Hunc autem vicissim allocuta est dea caesiis-oculis Minerva :

- “ Ita sit, ò eminùs-jaculans; eadem enim sentiens et ipsa  
 “ Veni ab Olympo, ad Trojanos et Achivos: 35  
 “ Verùm age, quomodo proelium sedare viròrum?  
 Hanc autem rursus allocutus est rex, Jovis filius, Apollo :  
 “ Hectoris excitemus fortem animum equùm-domitoris,  
 “ Si quem fortè Danaorum provocabit, quocum solò solus 40  
 “ Ex adverso pugnet in gravi pugnà :

Ver. 25. Τὴν πρότερος προσέειπεν.] Festinantem indicat constructio ἀσύνδετος.

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dicitis. En. IV, 92.

Ver. 27.—ἀπολλυμένους.] Vide suprâ ad γ', 260.

Ver. 29. 34. Νῦν μὲν παύσωμεν πόλεμον, —τὰ γὰρ φρονέουσα καὶ αὐτή.] Quod hic inter se collocutos Apollinem et Minervam finxit Poeta, id videlicet pro suâ prudentiâ admonuit Helenus. Est enim Minerva, ἡ

φρόνησις, “ potior sententia.” Vide suprâ ad α', 194. Hinc jam infrâ, ver. 44 et 53. “ Ελενος—σύνθετα θυμῷ βουλήν, ἢ ῥα θεοῖσιν ἐφ' ἠνδανε.—“ Ὡς γὰρ ἐγὼν ὄπ' ἀκουσα θεῶν.

Ver. 51.—εὔρωσιν ἐπεὶ ἄς.] Quâ ratione, εὔρωσιν, hic ultimam producat; item Διὶ et μῆτιν, ver. 47. vide suprâ ad α', 51.

Ver. 52. Ὑρμῖν ἀθανάτησι.] Junoni et Minervæ. Barnesius, in uno MS. reperit ἀθανάτοισι. Quo pacto et Jupiter quoque intelligetur.

Οἱ δὲ κ' ἀγασσάμενοι χαλκοκνήμιδες Ἀχαιοὶ  
 Οἶον ἐπόρσειαν πολεμίζειν Ἐκτορι δίῳ.

“Ὡς ἔφατ' οὐδ' ἀπίθησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.  
 Τῶν δ' Ἐλενος, Πριάμοιο φίλος παῖς, σύνθετο θυμῷ  
 Βουλὴν, ἣ ῥα θεοῖσιν ἐφῆνδανε μητιάσσι”

Στῆ δὲ παρ' Ἐκτορ' ἰὼν, καί μιν πρὸς μῦθον ἔειπεν·

“Ἐκτορ, υἱὲ Πριάμοιο, Διὶ μῆτιν ἀτάλαντε,  
 Ἥ ῥα νύ μοί τι πίθοιο; κασίγνητος δέ τοι εἰμί·  
 Ἄλλους μὲν κάθισον Τρῶας καὶ πάντας Ἀχαιοὺς·

Αὐτὸς δὲ προκάλεσσαι, Ἀχαιῶν ὅστις ἄριστος,

Ἀντίξιον μαχέσασθαι ἐν αἰνῇ δηϊοτήτι.

Οὐ γὰρ πά τοι μοῖρα θανεῖν καὶ πότμον ἐπισπεῖν·

“Ὡς γὰρ ἔγῳν ὅπ' ἄκουσα θεῶν αἰειγενετάων.

“Ὡς ἔφαθ'· Ἐκτορ δ' αὖτ' ἐχάρη μέγα, μῦθον ἀκούσας·

Καί ῥ' ἐς μέσσον ἰὼν, Τρῶων ἀνέεργε φάλαγγας,

Μέσσου δουρὸς ἐλάν· τοὶ δ' ἰδρύνθησαν ἅπαντες.

Κάδδ' Ἀγαμέμνων εἶσεν ἑυκνήμιδας Ἀχαιοὺς·

“ Qui porrò et ipsi indignati aere-ocreati Achivi

“ Solum aliquem incitent pugnare cum Hectore nobili.

Sic dixit : neque non-obsecuta est dea glaucis-oculis Minerva.

Horum autem Helenus, Priami carus filius, sensit animo

Consilium, quod utique diis placuit consultantibus :

Stetit itaque juxta Hectorem profectus, et eum allocutus est :

“ Hector, filii Priami, Jovi consilio par,

“ Num mihi quid obsequèris? frater utique tibi sum ;

“ Caeteros quidem sedere-fac Trojanos et omnes Achivos :

“ Ipse autem provoca, Achivorum quicumque fortissimus,

“ Ut contra te pugnet in gravi pugnâ.

“ Nondum enim tibi fatum mori et interitum attingere :

“ Sic enim ego vocem audivi deorum immortalium.

Sic dixit : Hector verò gavisus est vehementer, sermone audito :

Et in medium progressus, Trojanorum coërcuit phalangas,

Mediâ hastâ prehensâ : illi autem resederunt omnes.

Sed et Agamemnon sedere-fecit benè-ocreatos Achivos :

Ver. 45.—[ἣ ῥα.] Vide suprâ ad α, 56. et ad ε, 858.

Ver. 47.—[ἀτάλαντε.] Vide suprâ ad β, 627.

Ver. 49.—[κάθισον Τρῶας.] Vide suprâ ad α, 565. et ad β, 191.

Ver. 52. Οὐ γὰρ πά——“Ὡς γὰρ ἔγῳν ὅπ' ἄκουσα θεῶν.] Existimat Eustathius, quem secutus est et Porpius, de fortitudine Hectoris diminuire hanc orationem, eò quòd sciret se isto die non interitum : Σμικρύνεται πως ἐνταῦθα τὸ θάρσος καὶ ἡ ἀνδρεία τοῦ Ἐκτορος. οὐ γὰρ ἀπλῶς εἰς μονομαχίαν ὁρμῶ, ἀλλὰ πρότερον

μαθὼν ὅτι οὐπω οἱ μοῖρα θανεῖν. Mihi è contrariò videtur Heleni oratio, de auditâ Deorum voce, hoc ipsum velle ; utique Hectorem, quæ esset nota et singularis ipsius Fortitudo, victoriam sine dubio reportaturum.

Ver. 55.—[Τρῶων ἀνέεργε φάλαγγας, Μέσσου δουρὸς ἐλάν.]

Significatque manu, et magno simul incipit ore :

Parcite jam, Rutuli, et vos tela inhibete, Latini,——

Discessere omnes medii, spatiumque dedere. Æn. XII, 692.

Κάδδ' ἄρ' Ἀθηναίη τε καὶ ἀργυρότοξος Ἀπόλλων	
Ἐξέσθην, ὄρεσιν ἰοικότες αἰγυπιοῖσι,	
Φηγῶ ἔφ' ὑψηλῇ πατρὸς Διὸς αἰγίοχοιο,	60
Ἄνδράσι τερπόμενοι τῶν δὲ στίχες εἶατο πυκναί,	
Ἀσπίσι καὶ κορύθεσσι καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι.	
Οἷη δὲ ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἐπι φριζ	
Ὀρτυμένιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς·	
Τοῖαι ἄρα στίχες εἶατ' Ἀχαιῶν τε Τρώων τε	65
Ἐν πεδίῳ· Ἐκτωρ δὲ μετ' ἀμφοτέροισιν εἶπε·	
Κέκλυτέ μευ, Τρῶες, καὶ εὐκνήμιδες Ἀχαιοί,	
Ὅφρ' εἶπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.	
Ὅρκια μὲν Κρονίδης ὑψίζυγος οὐκ ἐτέλεσσεν,	
Ἀλλὰ κακὰ φρονέων τεκμαίρεται ἀμφοτέροισιν,	70
Εἰσόκεν ἢ ὑμεῖς Τροίην εὐπυργον ἔλητε,	
Ἢ αὐτοὶ παρὰ νηυσὶ δαμείετε ποντοπόροισιν.	
Ἦμῖν μὲν γὰρ ἔασιν ἀριστῆες παναχαιῶν·	
Τῶν νῦν ὄντινα θυμὸς ἐμοὶ μαχέσασθαι ἀνάγει,	
Δεῦρ' ἴτω ἐκ πάντων, πρόμος ἔμμεναι Ἐκτορι δῖῳ.	75

Atque Minerva etiam et argenteum-arcum-gerens Apollo

Desederunt, avibus similes vulturibus,

Fago super altâ patris Jovis Aegiochî,

Viris delectati: Horum utique ordines sedebant densi,

Scutis et galeis et hastis horrentes.

Qualis autem Zephyri funditur super pontum horror

Surgere jam inchoantis, nigrescitque pontus sub illo:

Tales quidem ordines sedebant Achivorumque Trojanorumque

In campo: Hector autem inter utrosque locutus est:

“Audite me, Trojani, et benè-ocreati Achivi,

“Ut dicam quae me animus in pectoribus jubet.

“Foedera quidem Saturnius in excelso-sedens non rata-fecit,

“Sed mala cogitans molitur utrisque;

“Donec vel vos Trojam benè-turritam ceperitis,

“Vel ipsi ad naves domiti fueritis pontum-transeuntes.

“Vobis quidem enim sunt viri fortissimi omnium Achivorum;

“Quorum nunc quemcunque animus meus cum mecum pugnare jubet,

“Huc prodeat ex omnibus, ut pugnet ante alios cum Hectore nobili.

60

65

70

75

Ver. 60.—*αἰγίοχοιο.*] Vide suprâ ad α, 202.

Ver. 62.—*πεφρικυῖαι.*] Vide suprâ ad β, 314. et ad δ', 282.

Ver. 64. Ὀρτυμένιο.] Vide suprâ ad γ', 260.

Ver. 69. Ὅρκια μὲν Κρονίδης.] Quum *Pari-dis* et *Menelai* certamen singulare, irritum jam antè cecidisset, neque deditus fuisset qui fœdus primùm fregisset *Pandarus*; ideoque in aperto esset, certamine rursùm singulari nihil quicquam profecturos; sed eò jam om-

ninò devenit, ut decernendum esset bello: præfari hæc necessariò oportebat *Hectorem*, ut intelligeretur certamen hoc non jam deinceps de summo bello, sed de Herouïum ipsorum gloriâ ac virtute ineundum.

Ver. 72.—*δαμείετε.*] *Iones*, quâ analogiâ id raptim pronuntiabant, *πίθεμεν, δάμεν, τράφην*, quod alii voce productiore *πίθεμεν, ἰδάμηνσαν ἰσράφηνσαν*, &c. eâdem analogiâ et *δαμείετε* enuntiabant id, quod alii *δάμείετε*.

ὦδε δὲ μυθέομαι, Ζεὺς δ' ἄμμ' ἐπιμάρτυρος ἔστω  
 Εἰ μὲν κεν ἐμὲ κείνος ἔλη ταναηκίῃ χαλκῇ,  
 Τεύχεα συλήσας, φερέτω κοίλας ἐπὶ νῆας,  
 Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν, ὄφρα πυρός με  
 Τρῶες καὶ Τρῳῶν ἄλοχοι λελάχασι θανόντα. 80  
 Εἰ δέ κ' ἐγὼ τὸν ἔλω, δῶή δέ μοι εὖχος Ἀπόλλων,  
 Τεύχεα συλήσας, οἶσω ποτὶ Ἴλιον ἱρῆν,  
 Καὶ κρεμῶω ποτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἐκάτοιο·  
 Τὸν δὲ νέκυν ἐπὶ νῆας εὐσέλμους ἀποδώσω,  
 Ὅφρα ἐταρχύσωσι κερηκομόωντες Ἀχαιοὶ, 85  
 Σῆμά τέ οἱ χεύσωσιν ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ.  
 Καὶ ποτέ τις εἴησι καὶ ὄψιγόνων ἀνθρώπων,  
 Νηὶ πολυκλήϊδι πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον·  
 Ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνηῶτος,

“ Sic verò aio, Jupiterque nobis testis adsit ;

“ Si quidem fortè me ille occiderit protensam-cuspidem-habente hastà,

“ Arma detracta ferat cavas ad naves,

“ Corpus verò domum remittat, ut ignis me

“ Trojani et Trojanorum uxores participem-faciunt mortuum. 80

“ Sin ego illum interfecero, dederitque mihi gloriam Apollo,

“ Arma detracta feram ad Ilium sacram,

“ Et suspendam ad templum Apollinis longè-jaculantis ;

“ At cadaver ad naves bonis-transtris-instructas remittam ;

“ Ut ei exequias-faciant caput-comantes Achivi, 85

“ Tumulumque ei aggerant ad latum Hellespontum :

“ Et aliquando aliquis dicat etiam posterorum hominum,

“ In navi multis-transtris-instructà navigans super nigrum pontum :

“ Viri quidem hic tumulus jam diu defuncti,

Ver. 76.—ἐπιμάρτυρος.] Quà analogià ex ἐπιμαρτύρομαι, quod literam ὡ necessaryò producit, deducatur ἐπιμάρτυρος, quod eandem necessaryò corrigit ; neque in his, et simili-bus, Poetarum ulla sit licentià ; vide suprà ad á, 358.

Ver. 77. Εἰ μὲν κεν ἐμὲ.] Quà ratione, κεν, hic producatur ; item ultima, in voce Ἀπόλλωνος, ver. 83. et νέκυν, ver. 84. itemque τίς, ver. 87 et 91. vide suprà ad á, 51. Porro, vocem ταναηκίῃ, scribendum ταναηκίῃ contendit Barnesius : Sed hoc in utramvis partem perparvi est momenti.

Ver. 82 et 83.—ποτί.] *Al. προσί.*

Ver. 85.—κερηκομόωντες.] Vide suprà ad β', 11.

Ver. 86.—πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ.] Stultis-simè hic Scholiastes : Πλατεῖς, κατὰ ἀντίφρα-sin στινὸς γὰρ ὁ Ἑλλησπόντος. Quasi verò in hujusmodi locutione *Ironià* locus esse pos-set ! *Athenais* πλατῶν intelligere videtur ἄλ

μυρόν Διασίλλει· καὶ γλυκὴ ὕδωρ ἀπὸ πλατεῖος, Lib. II. cap. 4. Quem in locum, vide *Ani-madvers. Is. Casauboni*. Meliùs Eustathius : πλατῶν Ἑλλησπόντον, Hellespontum quã parte latior est, sive in latitudinem se laxat : Τὸ δεικ-πίπτον αὐτοῦ ἔξω πρὸς τῷ Αἰγαίῳ, —ικεῖνο πλατῶν Ἑλλησπόντον λέγει· ἐκεῖ γὰρ εἰς πλάτος ὁ τῆς Ἑλλης πόντος ἀνοίγεται. Haud tamen scio annon his omnibus simplicius sit, ut πλα-τῶν hic Hellespontum ideò dictum intelliga-mus, non quòd is, cum aliis Maribus com-paratus, non sit στενός ; sed quòd inde, quàm ἐ Τερά, (id quod omnibus commune est mar-ibus,) tumuli nullò magis ἐ longinquo se ape-riret prospectus.

Ver. 89.—κατατεθνηῶτος.] Ex τεθνηῶτος, fit τεθνηῶτος, (vide suprà ad β', 818. et ad ζ', 464.) et inde, more Ionico, τεθνηῶτος et τεθνηῶτος. Caterùm Cicero, in fragmento li-bri qui est secundus de gloriã ; (ubi, notante *Gullio*, lib. XV. cap. 6. memoriã lapsus *Ajaci*

“Ον ποτ’ ἀριστεύοντα κατέκτανε Φαίδιμος Ἐκτωρ·	90
“Ὡς ποτέ τις ἐρέει· τὸ δ’ ἐμὸν κλέος οὔ ποτ’ ὀλεῖται.	
“Ὡς ἔφαθ’· οἱ δ’ ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ·	
Αἰδέσθην μὲν ἀνήρασθαι, δεῖσαν δ’ ὑποδέχθαι.	
“Ὅψε δὲ δὴ Μενέλαος ἀνίστατο, καὶ μετέειπε,	
Νείκει ὀνειδίζων, μέγα δὲ στοναχίζετο θυμῷ·	95
“Ὀμοί, ἀπειλητῆρες, Ἀχαιῖδες, οὐκέτ’ Ἀχαιοί·	
“Ἡ μὲν δὴ λῶσθι τάδε γ’ ἔσεται αἰνόθεν αἰνῶς,	
Εἰ μὴ τις Δαναῶν νῦν Ἐκτορος ἀντίος εἶσιν.	
Ἄλλ’ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε,	
“Ἡμενοὶ αὖθι· ἕκαστος ἀκῆριος, ἀκλέες αὐτῶς·	100
Τῶδε δ’ ἐγὼν αὐτὸς θωρήξομαι· αὐτὰρ ὕπερθεν	

“ *Quem olim fortissimè se-gerentem occidit illustris Hector.* 90

“ *Sic olim aliquis dicit ; mea verò gloria nunquam peribit.*

*Sic dixit : Illi autem omnes obmutuerunt silentio ;*

*Verebantur quidem renuere, timebant autem suscipere.*

*Tandem verò Menelaus surrexit, et inter eos dixit,*

*Jurgio probra-objectans, gravitérque ingemiscebat animo :*

“ *Me miserum ! jactatores, Achivæ, non amplius Achivi ;*

“ *Certè jam dedecus hæc erunt gravissimè graviter,*

“ *Si nullus Danaorum nunc Hectori obvius iverit.*

“ *Atqui vos quidem omnes aqua et terra fiat,*

“ *Sedentes ibi singulî excordes, inglorii pariter :*

“ *Adversus istum verò ego ipse armabor ; verùm supernè* 100

id tribuit, quod erat dictum ab *Hectore*,) hosce versiculos ita vertit :

“ Hic situs est vitæ jampridem lumina

“ linquens,

“ Qui quondam Hectoreo percussus con-  
“ cidit ense :”

Fabitur hoc aliquis : Mea semper gloria  
vivet.

*Ver. 92.*—πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.]  
—olli obstupere silentes,

Conversique oculos inter se atque ora te-  
nebant. *Æn. XI, 120.*

Quæritur huic alius ; nec quisquam ex  
agmine tanto

Audet adire virum.— *Æn. V, 578.*

*Ver. 93.* Αἰδέσθην μὲν ἀνήρασθαι, δεῖσαν δ’ ὑποδέχθαι.] Miras hic nescio quas collegit aut commentus est Scholiastes ineptias : Δῖσαν, διὰ τὰς σπονδὰς· ἢ περιμένοντες κίλευσιν—ἢ ὑπὸ Θεοῦ ἀρμῆσθαι αὐτὸν ὑπονοοῦντες· ἢ διὰ τὸ, Νῆξ δ’ ἤδη τελέθει.—Τινὲς δὲ, δεῖσαντες τὸν Ἀγαμέμνονα. Quorum quidem excusationum ultimam meminit et *Eustathius*. At Sententia ipsa per se clara est admodum et perspicua : *Annuere timebant, quoniam fortissimum nōrant Hectorem ; renuere verebantur, nē ipsi scilicet viderentur non fortes.*

*Ver. 96.*—Ἀχαιῖδες, οὐκέτ’ Ἀχαιοί.]

O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.—  
*Æn. IX, 617*

*Ver. 97.* Ἡ μὲν δὴ λῶσθι—Εἰ μὴ τις Δαναῶν.]

—si nemo audet se credere pugnæ.

—heroïum quondam fortissime frustrâ,  
Tantâne tam patiens nullo certamine tolli

Dona sines ?— *Æn. V, 585—590*

*Ver. 99.*—ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.]  
Quamvis ignis eris, quamvis aqua—

*Virgil. in Diris.*

Quæ tibi terra velim, quæ tibi fiet aqua—  
*Propert. lib. II*

*Ver. 100.*—ἀκλεῖς αὐτῶς.] “ *Rem ingloriam !*” Vel, “ *Id quod valdè erit inglorium.*” Sic suprâ, α, 142, ἱερίτας πιστηδές,

“ *Remigium quod sufficiat.*” Nam durius paullo est, quod assert *Eustathius* : Τὸ ἀκλεῖς, εὐθιῶτά ἐστι πληθυντικῆ, ἀντὶ τοῦ ἀκλεῖς.—ὡς

καὶ ἐν τῷ, ἱερίτας πιστηδές.—τινὲς μὲντοι ἐπίρρημα τοῦτό φασιν εἶναι. Equidem, si nomen

plurale habendum erit, cum iis potiùs sentiam, (quos et memorat *Eustathius*,) qui ἀκ-

λεῖς scribunt, quomodò et ἀγακλεῖς : Quâ quidem formâ scriptum videtur, *Odys. δ,*

728. ἀκκλια.

Νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν.

Ὡς ἄρα φανήσας κατεδύσατο τεύχεα καλά.

Ἔνθα κέ τοι, Μενέλαε, φάνη βιότοιο τελευτῆ

Ἐκτορος ἐν παλάμῃσιν, ἐπεὶ πολὺ φέρτερος ἦεν. 105

Εἰ μὴ ἀναΐξαντες ἔλον βασιλῆες Ἀχαιῶν

Αὐτός τ' Ἀτρεΐδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων,

Δεξιτερεῆς ἔλε χεῖρὸς, ἔπος τ' ἔφατ' ἐκ τ' ὀνόμαζεν.

Ἀφραίνεις, Μενέλαε διοτρεφές· οὐδέ τί σε χρῆ

Ταύτης ἀφροσύνης· ἀνὰ δ' ἴσχεο, κηδόμενός περ, 110

Μηδ' ἔθειλ' ἐξ ἔριδος σεῦ ἀμείνوني φῶτι μάχεσθαι,

Ἐκτορι Πριαμίδῃ, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι·

Καὶ δ' Ἀχιλεὺς τούτῳ γε μάχῃ ἐνὶ κυδιανείρῃ

Ἐρρίγ' ἀντιβόλῃσαι, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείναν.

Ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν ἴζευ, ἰὼν μετὰ ἔθνος ἑταίρων. 115

Τούτῳ δὲ πρόμον ἄλλον ἀναστήσουσιν Ἀχαιοί.

Εἴπερ ἀδείης τ' ἐστὶ, καὶ εἰ μόθου ἐστ' ἀκόρητος,

“ Victoriae termini positi sunt in immortalibus diis.

Sic fatus induebat arma pulchra.

Tunc utique tibi, Menelaë, adfuisset vitae finis

Hectoris in manibus, quoniam multo fortior erat:

105

Nisi properè-exurgentes inhibuissent te reges Achivorum;

Ipseque Atrides, latè-dominans Agamemnon,

Dextram prehendit manum, verbaque fecit, et compellavit:

“ Insanis, Menelaë Jovis-alumne: neque quicquam tibi opus est

Hæc dementia; contine verò te, dolens quamvis;

110

“ Neque velis, prae contentionis-studio, te fortiori cum viro pugnare,

“ Hectore Priamide, quem extimescunt et alii:

“ Quin et Achilles huic pugnâ in gloriosâ

“ Horret occurrere, qui te multò est fortior.

“ Verùm tu quidem nunc sede, profectus ad agmen sociorum:

115

“ Huic autem duellatorem alium excitabunt Achivi.

“ Licèt intrepidusque sit, et etiamsi pugnae sit insatiabilis,

Ver. 102. — πείρατ' ἔχονται.] Εὐθεία ἰκμη τοῦ Πείρατα, οὐ τὸ Πείρας, ἀλλὰ τὸ Πείραρ. Eustath.

Ver. 103. — κατεδύσατο.] Ἀλ. κατιδύσαιο, et κατιδύσαιο. Vide suprâ ad β', 35. et ad ε', 109.

Ibid. — καλά.] Vide suprâ ad β', 43.

Ver. 104. Ἔνθα κέ τοι.]

Hic tibi mortis erant metæ. —

Æn. XII, 546.

Notandum porrò istud, κέ, nequaquam hic supervacuum esse: “ Tunc utique tibi, &c.” Vide suprâ ad α', 56. et ad β', 158.

Ver. 109. Ἀφραίνεις, Μενίλαι.]

Infelix! quæ tanta animum dementia cepit?

Non vires alias — sentis?

Cede deo. — — — — — Æn. V, 465.

Ver. 112. — Πριαμίδῃ.] Similiter et ἀθανάτοισι, ver. 102 et 130. Vide suprâ ad α', 398.

Ver. 113. Καὶ δ' Ἀχιλεὺς τούτῳ γε.] Notandum quanto cum artificio in singulis libris, quæcunque res narretur, nusquam tamen non inseratur Achilles.

Ver. 114. Ἐρρίγ' ἀντιβόλῃσαι.] Non sine horrore aliquo occurrit. De voce, ἔρριγι, vide suprâ ad β', 314.

Ver. 115. — μὲν νῦν ἴζευ.] Voculam, νῦν, quæ olim ex multis exciderat, recte hic repositit doctissimus Henr. Stephanus.

Ver. 117. Εἴπερ ἀδείης τ' ἐστὶ, καὶ εἰ μόθου ἐστ' ἀκόρητος.

Φημί μιν ἀσπασίως γόνυ κάμψειν, αἴ κε φύγησι  
Δηϊῖου ἐκ πολέμοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτήτος.

“Ὡς εἰπὼν παρέπεισεν ἀδελφειοῦ φρένας ἥρωος, 120

Αἴσιμα παρεϊπῶν· ὁ δ’ ἐπέειθετο. Τοῦ μὲν ἔπειτα

Γηρόσυνοι θεράποντες ἀπ’ ὤμων τεύχε’ ἔλοντο·

Νέστωρ δ’ Ἀργείοισιν ἀνίστατο καὶ μετέειπεν·

“ὦ πόποι, ἦ μέγα πένθος Ἀχαιῖδα γαῖαν ἰκάνει·

ἼΗ κε μέγ’ οἰμῶζειε γέρον ἱππηλάτα Πηλεὺς, 125

ἼΕσθλὸς Μυρμιδόνων βουληφόρος ἠδ’ ἀγορητῆς,

“Ὅς ποτὲ μ’ εἰρόμενος μέγ’ ἐγήθεεν ᾧ ἐνὶ οἴκῳ,

Πάντων Ἀργείων ἐρέαν γενεήν τε τόκον τε.

Τοὺς νῦν εἰ πτώσσοντας ὑφ’ Ἐκτορι πάντα ἀκούσει,

Πολλὰ κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας αἰείρας, 130

“ Existimo eum libenter genu flexurum [requieturum] si effugerit

“ Ardentī ex bello, et gravi pugnā.

Sic fatus flexit fratris praecordia heros,

Recta monens; ille autem paruit: Illius quidem postea

Laeti famuli ab humeris arma detraxerunt.

Nestor autem inter Argivos surrexit et dixit:

“ O dii, profecto ingens luctus Achivam terram invadit:

“ Certè valdè ploraverit senex equūm-agitator Peleus,

“ Praestans Myrmidonum consiliarius et concionator,

“ Qui olim me interrogans valdè laetabatur suā in domo,

“ Omnium Achivorum inquirens genusque sobolemque:

“ Quos nunc si metu-consternatos propter Hectorem omnes audierit,

“ Saepe sanè immortalibus suas manus attollet,

Bellum importunum, cives, cum gente  
Deorum

Invictisque viris gerimus; quos nulla fati-  
gigant

Proelia, nec victi possunt absistere ferro.

*Aen.* XI, 505.

*Ver.* 118. Φημί μιν ἀσπασίως.] Referunt haec ad πρόμον ἄλλον, ad heroem quisquis sit ille Achivorum, qui cum Hectore esset dimicaturus: Quia scilicet eò spectet tota haec Agamemnonis oratio, ut Hectorem planè invictum dicat, adeoque Menelaum ab hoc certamine singulari deterreat. Confer *ver.* 173. 174. infrā. Possint tamen haec et de Hectore intelligi: Quippe non modò deterrendus erat Menelaus, nè se ipse iniquo certamini offerret; sed et in spem inducendus, exiturum aliquem qui et certamen continuò iniret, atque etiam victoriam de Hectore reportaret.

*Ibid.*—ἀσπασίως.] Vide suprā ad α, 140.

*Ibid.*—γόνυ κάμψειν.] Eadem phrasid occurrit, *Iliad.* τ, 72. eainque ita explicat

*Porphyrius:* Οἱ φύγοντες, τεταμένον ἔχουσι τὸ γόνυ· οἱ δὲ καθήμενοι, κικαμμένον Ἀσπασίως οὖν, φησι, καθέδεται τῶν φευγόντων τις ἐκ τοῦ πολέμου δ; καὶ ἀσπασίως ἑαυτὸν, καὶ τὰ σκέλη, ἐκ τοῦ συντόνου τῆς φυγῆς δρόμου καθίσας. *Quaest. Homeric.* 52.

*Ver.* 120. “Ὅς εἰπὼν παρέπεισεν.] Haec ad persuadendum dixit; vel, His ei persuadere conatus est; vel, His persuasibiliter dixit;—ὁ δ’ ἐπέειθετο, atque ei persuasum est.

*Ver.* 121.—παρεϊπῶν.] Vide suprā ad ζ, 62.

*Ver.* 125. ἼΗ κε μέγ’ οἰμῶζειε γέρον.] Καίρω πολλάκις, ἄλλαν τε δὴ λογοποιῶν, καὶ τὰ Δημοσθένους ἐγγὺς τῶν Ὀμήρου τιθείς· ὡς λίγα τὴν σφοδρότητα, καὶ πικρίαν, καὶ τὸν ἐνθουσιασμόν—καὶ τὸ, “ἼΗ κε μὲν οἰμῶζειε γέρον ἱππηλάτα Πηλεὺς” πρὸς τὸ “Πηλεῖον ποτὲ στενάζειν ἂν οἱ ἄνδρες ἐκείνοι, οἱ ὑπὲρ δόξης καὶ ἰλευθερίας τελευτήσαντες;” *Lucian.* *Encom. Demosthenis*, haud longè ab initio.

*Ibid.*—ἱππηλάτα.] Vide suprā ad α, 175.



Θυμὸν ἀπὸ μελέων δῦναι δόμον Ἄϊδος εἶσω.

Αἶ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἀπολλων,

Ἡβῶμ', ὡς ὅτ' ἐπ' ἀκυρώ Κελάδοντι μάχοντο

Ἀγρόμενοι Πύλιοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι,

Φειῶς παρ τείχεσσι, Ἰαρδάνου ἀμφὶ ρέεθρα·

135

Τοῖσι δ' Ἐρευθαλίων πρόμος ἴστατο, ἰσόθεος Φῶς,

Τεύχε' ἔχων ἄμοισιν Ἀρηϊθόοιο ἀνακτος·

Δίου Ἀρηϊθόου, τὸν ἐπέκλησιν Κορυνήτην

Ἄνδρες κίκλησκον, καλλίζωνοί τε γυναῖκες,

Οὔνεκ' ἄρ' οὐ τόξοισι μαχέσκετο, δουρί τε μακρῶ,

140

Ἀλλὰ σιδηρεῖη κορὴν ῥήγνυσκε φάλαγγας·

Τὸν Λυκόοργος ἔπεφνε δόλω, οὔτι κράτει γε,

“ Anima è membris ut descendat domum Plutonis intra.

“ Utinam enim, ò Jupiterque pater, et Minerva, et Apollo,

“ Essem juvenis, sicut quando ad rapidum Celadontem pugnabant

“ Congregati Pyliaque et Arcades hastarum-usu-exercitati,

“ Phæac ad muros, Jardani circa fluentia :

135

“ Inter illos autem Ereuthalion in acie-primus stabat, par-deo vir,

“ Arma gerens humeris Areithoi regis,

“ Nobilis Areithoi, quem cognomento Clavigerum

“ Viri appellabant, eleganterque cinctæ mulieres,

“ Quoniam utique non arcu pugnabat, hastâque longâ,

140

“ Sed ferreâ clavâ rumpebat phalangas :

“ Hunc Lycurgus interfecit dolo, non vi,

Ver. 131. Θυμὸν ἀπὸ μελέων.] Quâ ratione, ἀπὸ, hîc ultimam producat; item κράτει, ver. 142. vide suprâ ad á, 51. Barnesius edidit, Θυμὸν ἀπαι μελέων. Sed nihil opus.

Ver. 132. Αἶ γὰρ—Ἡβῶμ', ὡς ὅτ'.] De sui laude istâ senili Nestoris, vide infrâ ad ver. 157. item suprâ ad á, 249. 260. et ad β', 372. Notandum porrò istud, γὰρ, non ad id quod proximè præcessit, sed ad id quod reticetur de suo pugnandi studio, elegantissimè referri: Vide suprâ ad é, 22.

Ver. 135. Ἡβῶμ', ὡς ὅτ' ἐπ'.]

—Non laudis amor, nec gloria cessit

Pulsa metu; sed enim gelidus tardante senectâ

Sanguis hebet, frigentque efflætæ in corpore vires.

Si mihi, quæ quondam fuerat, quæque improbus iste

Exultat fidens, si nunc foret illa juventa; Haud equidem— . Æn. V, 394.

O mihi præteritos referat si Jupiter annos! Qualis eram, cùm primam aciem Præneste sub ipsâ

Stravi, scutorumque incendi victor acervos; |

Et regem hâc Herilum dextrâ sub Tartaro misi. Æn. VIII, 560.

Ibid.—Κελάδοντι μάχοντο,—Φειῶς παρ τείχεσσι.] Ἔνοι δὲν εἰσὶναι γράφειν,— “ Ἀκίδοντι μάχοντο.—Χάος παρ τείχεσσι” —ὁ Κελάδοντι, οὐδὲ Φειῶς. Strab. lib. VIII. pag. 555. al. 548.

Ver. 134.—ἐγχεσίμωροι.] Vide suprâ ad δ', 242.

Ver. 136. Τοῖσι δ'.] Arcadibus.

Ver. 141. Ἀλλὰ σιδηρεῖη κορὴν.] Sicuti Iones κορὴν, ver. 141 et 145. et κορὴντης, ver. 9 et 138. itâ Dores enutiabant κορὴνα.

Διξενεῶν κορὴναν.—Theocrit. Idyll. VII, 19.

Τάν τοι ἔφα κορὴναν— Ibid. ver. 45.

Δάφνιδι μὲν κορὴναν.— Idyll. IX, 25. ut adeò Idyllium istud 25tum, ubi legitur,

—χειροπληθῆ τι κορὴνν, ver. 63.

fortè non sit Theocriti, sed recentioris ejusdam Poete. Nam apud Veteres, ut syllabæ istæ penultima non habeant certam pronuntiandi rationem, admodum est rarum.

Ibid.—κορὴν ῥήγνυσκε φάλαγγας.]

—sternentes agmina clavâ.

Æn. X, 318.

Στεινωπῶ ἐν ὀδῶ, ὅθ' ἄρ' οὐ κορύνη οἱ ὄλεθρον  
 Χρᾶϊσμε σιδηρεΐη· πρὶν γὰρ Λυκόοργος ὑποφθὰς  
 Δουρὶ μέσον περόνησεν· ὁ δ' ὕπτιος οὔδει ἐρείσθη· 145  
 Τεύχεά τ' ἐξενάριξε, τὰ οἱ πόρε χάλκεος Ἄρης·  
 Καὶ τὰ μὲν αὐτὸς ἔπειτ' ἐφόρει μετὰ μῶλον Ἄρης.  
 Αὐτὰς ἔπει Λυκόοργος ἐνὶ μεγάροισιν ἐγήρα,  
 Δῶκε δ' Ἐρευθαλίωι, φίλω Δερᾶποντι, φορῆναι·  
 Τοῦ ὅγε τεύχε' ἔχων προκαλίζετο πάντας ἀρίστους· 150  
 Οἱ δὲ μάλ' ἐτρόμεον καὶ ἐδειδίσαν, οὐδέ τις ἔτλη·  
 Ἄλλ' ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε πολυτλήμων πολεμίζειν  
 Θάρσει ᾧ· γενεῇ δὲ νεώτατος ἔσκειν ἀπάντων·  
 Καὶ μαχόμεν οἱ ἐγὼ, δῶκεν δέ μοι εὖχος Ἀθήνη.  
 Τὸν δὴ μήκιστον καὶ κάρτιστον κτάνον ἀνδρῶ· 155  
 Πολλὸς γὰρ τις ἔκειτο παρήγορος ἔνθα καὶ ἔνθα.  
 Εἶθ' ὡς ἠέωοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἶη,

“ Angustâ in viâ, ubi utique non clava ei exitium

“ Arcebat ferrea; antè enim Lycurgus occupans

“ Hastâ medium transfodit, isque supinus solo allisus est; 145

“ Armisq; interfectum-spoliavit, quae ei dederat aereus Mars;

“ Et ea quidem ipse postea gestabat in pugnâ Martis.

“ At postquam Lycurgus in aedibus senuerat,

“ Dedit utique Ereuthalioni, dilecto famulo, gestanda:

“ Illius igitur hic arma ferens provocabat omnes fortissimos; 150

“ Hi autem valdè tremebant et timebant, neque quisquam sustinebat;

“ Verùm me animus impulit audax ut pugnarem,

“ Confidentia suâ; natu autem minimus eram omnium:

“ Et pugnabam cum-eo ego, deditque mihi gloriam Minerva.

“ Hunc utique procerissimum et fortissimum interfeci virum; 155

“ Multus enim jacebat extensus hinc atque illinc.

“ Utinam sic nunc pubescerem, viresque mihi integrae essent,

*Ver. 145.—*ἄ.] Ità edidit *Barnesius*, ex Editt. quibusdam veteribus, et MS. Rectè credo; ut sit scilicet, ἄ. *Stephanus* et *Recentiores* ediderant, ἄτ. Quod est multò minus venustum.

*Ibid.*—οὐ κορύνη οἱ ὄλεθρον Χρᾶϊσμε σιδηρεΐη.]

—nihil illos Herculis arma,

Nil validæ juvere manus.—*En. X*, 519.

*Ver. 148.* Αὐτὰρ ἐπεὶ—Δῶκε δ΄.] Particula ista, δὲ, quam vim hoc in loco habeat, cùm non intelligeret *Barnesius*; vertit id, *Dederatque*, quod erat vertendum, *Dedit utique*. Similis enim hic constructio est, *Αὐτὰρ ἐπεὶ*—, *Δῶκε δέ*: ac suprâ, *Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν*,—*τοῖσι δέ*. Vide ad *ά*, 57.

*Ver. 150.* τοῦ.] Tam *Arctithoi* quàm *Lycurgi*. Parenthesi enim intercludendi sunt versus præcedentes *duodecim*. Vide infrâ ad *ver. 157*.

*Ibid.*—προκαλίζετο πάντας ἀρίστους.] Post

has voces, ex uno MS. versum istum, Ἀντίθειον μαχίσσασθαι ἐν αἰνῇ διήστῃ, ut “ *penè* “ *necessarium*,” interserit *Barnesius*. Sed nihil opus. Videtur enim ex *ver. 40* et *51*. irrepsisse.

*Ver. 155.* Τὸν δῆ.] “ *Hunc utique*.” Voculam, δὲ, si hoc in loco omiseris, planè sententiam perimas. Similis ferè est vis particulae, ἄρ, *ver. 140* et *169*.

*Ver. 156.* Πολλός.] Δυνατός, θυμαστός, μέγιστος. *Schol. ad Eurip. Hippol. 1*.

—et latè terram consternere tergo.

*En. XII*, 543.

*Ver. 157.* Εἶθ' ὡς ἠέωοιμι.] Senis personam mirè concedet hæc et *Sui laudatio*, laudisque istius *iteratio*, et orationis *longitudo*, et *Parathesis* ista, quæ est *duodecim ipsorum* ver suum (ab usque *ver. 157* ad *ver. 150*.) interclusio. Vide suprâ ad *ver. 132* et *133*. item ad *ά*, 249. 260. et ad *β'*, 372.

Τῷ κε τάχ' ἀντήσειε μάχης κορυβαίολος Ἔκτωρ. Ἵμέαν δ' οἵπερ ἔασιν ἀριστῆες παναχαϊῶν, Οὐδ' οἱ προφρονέως μέμαθ' Ἔκτορος ἀντίον ἔλθειν.	160
“Ὡς νεῖκεσσ' ὁ γέρον' οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνίσταν. Ἦρτο πολὺ πρῶτος μὲν ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων Τῷ δ' ἐπι Τυδεΐδης ἄρτο κρατερὸς Διομήδης· Τοῖσι δ' ἐπ' Αἴαντες, Φοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκῆν· Τοῖσι δ' ἐπ' Ἴδομενεὺς, καὶ ὅπῃαν Ἴδομενεὺς Μηριόνης, ἀτάλαντος Ἐυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ· Τοῖσι δ' ἐπ' Εὐρύπυλος, Εὐαίμονος ἀγλαὸς υἱός· Ἄν δὲ Θόας Ἀνδραϊμονίδης, καὶ δῖος Ὀδυσσεύς. Πάντες ἄρ' οἷγ' ἔθελον πολεμίζειν Ἔκτορι δῖῳ. Τοῖς δ' αὐτοῖς μετέειπε Γερένιος ἱππότα Νέστωρ· Κλήρω νῦν πεπάλαχθε διαμπερές, ὅς κε λάχησιν·	165 170

“ Ità citò haberet quicum-pugnaret expeditè-pugnam-ciens Hector.

“ Vestrum autem qui sunt fortissimi omnium Achivorum,

“ Nè hi quidem alacriter parati estis Hectori obviam ire.

Sic increpavit senex : Ac statim novem omnes surrexerunt.

Surrexit multò primus quidem rex virorum Agamemnon :

Post hunc autem Tydides surrexit fortis Diomedes ;

Post hos autem Ajaces, strenuam induiti fortitudinem ;

Post hos Idomeneus, et armiger Idomenei

Meriones, par Marti homicidae ;

Post hos autem Eurypylus, Evaemonis praeclarus filius ;

Surrexit porrò Thoas Andraemonides, et nobilis Ulysses.

Omnes utique hi volebant pugnare cum Hectore nobili.

Hos autem inter rursus dixit Gerenius eques Nestor :

“ Sortibus nunc sortimini universi, cui sors obtigerit :

Ver. 158.—κορυβαίολος.] Vide suprâ ad β', 816.

Ver. 161.—οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνίσταν.] Non pauciores quam novem. Latine dicas, “ novem ipsi :” Quâ ratione dixit Cicero, decem ipsos dies, et, annis octoginta ipsis. Simili sententiâ dixit Homerus, *Iliad. σ', 470.* —εἰκοσι πάσαι ἐφῶσαν, viginti ipsi simul spirabant ; Et *ibid. ver. 375.*—τρίποδας γὰρ εἰκοσι πάντας ἔτευχεν, tripodas enim viginti ipsos uno eodemque tempore fabricabatur. (Quem ad locum stultissime Scholiastes : πειρισσὸν, ἰηκὴν, τὸ πάντως· cùm, è contrario, in isto sit vocabulo tota sententiæ vis et venustas.) Item, *Odys. λ, 204.* Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δωδεκά πασσιν, Vinum in amphoris duodecim ipsis. Vide infrâ ad κ', 560.

Ver. 164.—Φοῦριν ἐπιειμένοι.] Quâ ratione, Φοῦριν, hic ultimam producat ; item Εὐρύπυλος, *ver. 167.* et αὐτὸς, *ver. 175.* et τις, *ver. 178.* vide suprâ ad α', 51.†

Ver. 165. Τοῖσι δ' ἐπ' Ἴδομενεὺς.] Pessimè hic edidit Barnesius, τοῖσι δ' ἐπ' : et *ver. 165.* Τῷ δ' ἐπι· et *ver. 164* et *167.* Τοῖσι δ' ἐπ'· et *ver. 170.* Τοῖσι δ' αὐτοῖς. Similiterque in locis aliis quamplurimis. Ac si ὅδε, et ὁ δὲ, non significarent diversa. Vide suprâ ad α', 57.

Ver. 166.—ἀτάλαντος.] Vide suprâ ad β', 627.

*Ibid.*—Ἐυαλίῳ ἀνδρειφόντῃ.] Vide suprâ ad β', 651.

Ver. 170. Τοῖς δ' αὐτοῖς.] *Barnesii* MSS. duo, Τοῖς δ' αὐτῆς. Quæ sanè et ipsa lectio non mala.

*Ibid.*—ἱσπύσσα.] Vide suprâ ad α', 175.

- Οὗτος γὰρ δὴ ὀνήσει ἑὺκνήμιδας Ἀχαιοῦς·  
 Καὶ δ' αὐτὸς ὃν θυμὸν ὀνήσεται, αἶ κε φύγησι  
 Δηϊοῦ ἐκ πολέμοιο καὶ αἰνῆς δηϊοτήτος.  
 Ὡς ἔφαθ'· οἱ δὲ κλῆρον ἔσημήναντο ἕκαστος, 175  
 Ἐν δ' ἔβαλον κυνέη Ἀγαμέμνωνος Ἀτρεΐδαο.  
 Λαοὶ δ' ἠρήσαντο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον.  
 Ὡς δὲ τις εἶπεσκεν, ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·  
 Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν, ἢ Τυδεὸς υἴον,  
 Ἥ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρῦσοιο Μυκῆνης. 180  
 Ὡς ἄρ' ἔφαν' πάλλιν δὲ Γερῆμιος ἱππῶτα Νέστωρ·  
 Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης, ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοῖ,  
 Αἴαντος· κήρυξ δὲ φέρων ἀν' ὄμιλον ἀπάντη,  
 Δεῖξ' ἐνδῆξια πᾶσιν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν.  
 Οἱ δ' οὐ γινώσκοντες ἀπηγήναντο ἕκαστος· 185  
 Ἄλλ' ὅτε δὴ τὸν ἴκανε, φέρων ἀν' ὄμιλον ἀπάντη,  
 Ὅς μιν ἐπιγράψας κυνέη βάλε φαίδιμος Αἴας,  
 Ἥ τοι ὑπέσχεθε χεῖρ'· ὃ δ' ἄρ' ἔμβαλεν, ἄγχι παραστάς·  
 Γῶ δὲ κλῆρου σῆμα ἰδὼν, γήθησε δὲ θυμῷ.  
 Τὸν μὲν πᾶρ πόδ' ἐὼν χαμάδις βάλε, φώνησέν τε· 190

“ Ille enim sanè juvabit benè-ocreatos Achivos :

“ Quin etiam ipse suum animum juvabit, si effugerit

“ Ardenti ex bello et gravi pugnâ.

Sic dixit: Ii autem sortem signaverunt singuli,

175

Et injecerunt galeae Agamemnonis Atridae.

Populi interim supplicabant, diisque manus attollebant.

Sic autem quis dicebat, intuens in coelum latum :

“ Jupiter pater, da aut Ajacem sortiri, aut Tydei filium,

“ Aut ipsum regem divitis Mycenae.

180

Ita dicebant: Concutiebatque sortes Gerenius eques Nestor:

Exiliit autem sors è galeâ, quam utique volebant ipsi,

Ajacis: praeco autem ferens per coetum undiquaque

Ostendit, orsus à dextrâ, omnibus principibus Graecorum.

Hi autem non agnoscentes renuerunt singuli :

185

Sed cum ad illum pervenit praeco, ferens per coetum undiquaque,

Qui ipsam inscriptam galeae injecerat illustris Ajax,

Porrexit quidem manum, et is imposuit propè astans :

Agnovit autem sortis signum conspicatus, et gavisus est animo.

Hanc quidem ad pedem suum humi jecit, dixitque :

190

Ver. 172. Οὗτος γὰρ —, Καὶ δ' αὐτός.] fuerat, non, αἶ κε φύγησι, sed ὅς κε φύγησι nec utique, ἐκ πολέμοιο, sed, πόλεμον.  
 Ver. 175. — ἐσημήναντο.] Signis occultis notabant; ut liquet ex ver. 185 et 189.  
 Ver. 177. — θεοῖσι δέ.] Al. θεοῖς δέ. notante H. Stephano.  
 Ver. 181. — ἱππῶτα.] Vide suprâ ad 4, 175.

ὦ φίλοι, ἦ τοι κλῆρος ἔμους, χαίρω δὲ καὶ αὐτὸς  
 Θυμῶ· ἐπεὶ δοκέω νικησέμεν Ἐκτορα δῖον.  
 Ἀλλ' ἄγετ', ὄφρ' ἂν ἐγὼ πολεμηῖα τεύχεα δύω,  
 Τόφρ' ὑμεῖς εὐχεσθε Διὶ Κρονίῳ ἀνακτι  
 Σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶές γε πύθωνται· 195  
 Ἥε καὶ ἀμφαδίην, ἐπεὶ οὐτίνα δείδιμεν ἔμπης.  
 Οὐ γάρ τις με βίη γε ἐκὼν ἀέκοντα δίηται,  
 Οὐδέ τ' αἰδρεῖη· ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ νῆϊδά γ' οὕτως  
 Ἐλπομαι ἐν Σαλαμῖνι γενέσθαι τε, τραφέμεν τε.  
 Ὄς ἔφαθ'· οἱ δ' εὐχοντο Διὶ Κρονίῳ ἀνακτι. 200  
 ὦ δὲ τις εἶπεσκεν, ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν·  
 Ζεῦ πάτερ, Ἰδθλεν μεδέων, κύνιστε, μέγιστε,  
 Δὸς νίκην Αἴαντι καὶ ἀγλαὸν εὐχος ἀρέσθαι·  
 Εἰ δὲ καὶ Ἐκτορά περ φιλέεις, καὶ κῆδεαι αὐτοῦ,  
 Ἴσην ἀμφοτέροισι βίην καὶ κῦδος ὅπασσον. 205  
 Ὄς ἄρ' ἔφαν· Αἴας δὲ κορύσσετο νάρσπι χαλκῷ.  
 Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα περὶ χροῖ ἔσσητο τεύχη,  
 Σέυατ' ἐπεῖθ', οἷόσπε πελώριος ἔρχεται Ἄρης,

“ O amici, sanè sors est mea, gaudeoque et ipse

“ Animitùs; quoniam puto superaturum me Hectorem nobilem.

“ Verùm agite, dum ego bellica arma induo,

“ Interim vos supplicate Jovi Saturnio regi

“ Tacitè vobiscum, ut nè Trojani audiant :

195

“ Vel etiam palam; quandoquidem neminem timemus prorsus.

“ Non enim quis me vi volens nolentem summovebit,

“ Neque verò per imperitiam meam; quippe neque me rudem adeò

“ Spero in Salamine natum educatumque fuisse.

Sic dixit: illi autem supplicabant Jovi Saturnio regi.

200

Sic autem quis dixit, intuens in coelum latum :

“ Jupiter pater, qui inde-ab-Idà imperas, augustissimè, maximè ;

“ Da ut victoriam Ajax et praeclaram gloriam referat :

“ Quòd si et Hectorem diligis, et curam geris ejus,

“ Aequalem ambobus vim et gloriam praebe.

205

Sic dixerunt : Ajax autem armabatur splendido aere.

Postquam verò omnia circa corpus induerat arma,

Concitus-ferebatur deinde, qualis ingens incedit Mars,

Ver. 195. ——— γε πύθωνται.] *Al.* στυπύ-  
θωνται,

Ver. 197. ——— ἐκὼν.] *Aristarchus* legebat,  
ἰλῶν.

Ver. 198. ——— οὐδ' ἐμὲ νῆϊδά γ' οὕτως Ἐλ-  
πτομαι ἐν Σαλαμῖνι γενέσθαι.]

Non ita me genitor bellis assuetus Opheltus  
Argolicum terrorem inter Trojaeque labores  
Sublatum erudit. ——— *AEn.* XI, 201.

Ver. 206. ——— νάρσπι χαλκῷ.] Vide suprà ad  
β', 578.

Ver. 208. ——— οἷόσπε πελώριος ἔρχεται Ἄρης.]  
Qualis apud gelidi cùm flumina concitus

Hebri  
Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque  
furentes

Bella movens immittit equos. ———

*AEn.* XII, 531.

Ὅς τ' εἶσιν πόλεμόνδε μετ' ἀνέρας, οὔστε Κρονίαν  
 Θυμοζόρου ἔριδος μένει ζυνέηκε μάχεσθαι 210  
 Τοῖος ἄρ' Αἴας ᾤετο πελᾶριος, ἔρκος Ἀχαιῶν,  
 Μειδιῶν βλοσυροῖσι προσώπασι· νέρθε δὲ ποσσὶν  
 Ἦϊε, μακρὰ βιβᾶς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος.  
 Τὸν δὲ καὶ Ἀργεῖοι μὲγ' ἐγήθειον εἰσορόαντες·  
 Τρῶας δὲ τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον, 215  
 Ἐκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασεν·  
 Ἄλλ' οὔτως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ' ἀναδύναι  
 Ἄψ λαῶν ἐς ὄμιλον, ἐπεὶ προκαλέσσατο χάρμη.  
 Αἴας δ' ἐγγύθεν ἤλθε, φέρων σάκος, ἧῦτε πύργον,

Qui it in-bellum ad viros, quos Saturnius

Animum-rodentis contentionis vi commisit pugnare :

210

Talis utique Ajax progressus est ingens, murus Achivorum,

Subridens terribili vultu : infra autem pedibus

Incedebat, magnis passibus gradiens, quassans praelongam hastam.

Hunc autem et Argivi valde lactabantur aspicientes :

Trojanis autem tremor gravis subiit membra singulis ;

215

Hectorique ipsi animus in praecordiis palpitabat :

Sed nequaquam jam poterat metu-refugere, neque regredi

Retrò copiarum in turbam, quoniam provocarat ad certamen.

Ajax autem propè accessit, ferens scutum instar turris,

Ver. 209.—Κρονίαν.] De prosodiâ vocis, Κρονίαν, Κρονίονος, Κρονίανος vide suprâ ad α', 265 et 397.

Ver. 211. Τοῖος ἄρ'.] Non vacat istud ἄρ', sed vim habet in connectendâ sententiâ perquam elegantem : Talis utique.

Ver. 212. Μειδιῶν βλοσυροῖσι.—, μακρὰ βιβᾶς.] Herodëm torvo aspectu, proceris passibus ingredientem, pulcherrimè ob oculos ponunt Versus grandiloqui et tumentes. Vide supra ad γ', 363.

Ver. 215.—τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα ἕκαστον.] Similiter infrâ :

—κραδίη δὲ μοι ἔξω

Στηθεῖν ἐκθρῶσκει, τρῆμει δ' ὑπο φαίδιμα γυῖα. x', 95.

Frigidus Arcadibus coit in praecordia sanguis. Æn. X, 452.

De voce ὑπήλυθε, vide suprâ ad γ', 205.

Ver. 216. Ἐκτορί τ' αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασεν.] Longè aliud est, θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασεν aliud, κραδίη ἔξω στηθεῖν ἐκθρῶσκει, vel, τρόμος αἰνὸς ὑπήλυθε γυῖα. Nempè Trojanis, cum ad pugnam progredientem Ajacem cernerent, terrore percussuli erant planè, et consternati : Hector autem, fortissimus omnium, etiam et ipse commovebatur nonnilil, ac subtimebat. Sententiam tam luculentam, tam perspicuam atque

elegantem, non intellixisse M. Tullium Ciceronem, prorsus est incredibile. Mirâ tamen nescio quâ negligentia aut incuriâ, locum hunc ita reddidit : " Videmus progredientem apud Homerum Ajacem multâ cum hilaritate, cum depugnaturus esset cum Hectore : cuius, ut arma sumpsit, ingressio letitiam attulit sociis, terrorem autem hostibus : Ul ipsam Hectorem, quemadmodum est apud Homerum TOTO PECTORE TREMENTEM, provocasse ad pugnam pœniteret." Tusc. Disput. Lib. IV. § 22. Sententiæ Homericæ venustatem rectè accepit Plutarchus : Τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιο τὴν διαφορὰν ; Τοῦ μὲν κινδυνεύοντος ἡ καρδία πηδᾷ ΜΟ'ΝΟΝ, ὥσπερ παλαιῖν ἢ Δί' ἢ σταδιοδρομεῖν μέλιοντος· τῶν δὲ θειμένων ΤΡΕΜΕΙ καὶ πάλλιστα τὸ σῶμα, δι' εὐνοίαν καὶ φόβον ὑπὲρ τοῦ βασιλείως. De audiend. Poetis. Item Dionys. Halicarnassensis : Εὐδὴλον, ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ τὸ λίαν φοβεῖσθαι ὑφελᾶν, τὸ μέτριον κατέλιπεν.—Οἱ μὲν ἄλλοι, καὶ ὄρωντες ἔτρημον ὁ δ' ἐν τῷ κινδύνῳ καθεστῶς, ἀνδρείως ὦν, μόνον ἠγωνία. Περί τῆς Ὁμήρου ποιήσεως § 16.

Ver. 219.—σάκος—Χάλκειον, ἑπταπέλιον.]

—clypei—septemplex orbis.

Æn. XII, 925.

Χάλκεον, ἐπταβόειον, ὃ οἱ Τυχίος κάμε τεύχων, 220  
 Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, "Υλῆ ἐνὶ οἰκίᾳ ναίων  
 "Ὅς οἱ ἐποίησεν σάκος αἰόλον, ἐπταβόειον,  
 Ταύρων ζατρεφέων, ἐπὶ δ' ὄγδοον ἤλασε χαλκόν.  
 Τὸ πρόσθε στέρνοιο φέρων Τελαμώνιος Αἴας  
 Στῆ ῥα μάλ' Ἐκτορος ἐγγύς, ἀπειλήσας δὲ προσηύδα· 225  
 "Ἐκτορ, νῦν μὲν δὴ σάφα εἴσαι οἶσθαι οἶος,  
 Οἶοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριστῆες μετέασι,  
 Καὶ μετ' Ἀχιλλῆα ῥήξήνορα, θυμολέοντα·  
 Ἄλλ' ὁ μὲν ἐν νήεσσι κορωνίσι ποντοπόροισι  
 Κεῖτ' ἀπομνήσας Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν· 230  
 Ἥμεῖς δ' εἰμὲν τοῖοι, οἳ ἂν σέθεν ἀντιάσαιμεν,  
 Καὶ πολέες· ἀλλ' ἄρχε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο.  
 Τὸν δ' αὖτε προσέειπε μέγας κορυθαίολος Ἐκτωρ·

Aereum, septem-boum-pellibus-opertum, quod ei Tychius elaborârât fabricans, 220

Coriariorum longè praestantissimus, in Hylâ aedes habitans :

Qui ei fecerat scutum varium, septem-bubulis-pellibus-munitum

Taurorum praepinguium, octavum autem superinduxerat aes.

Hoc ante pectus ferens Telamonius Ajax

Stetit valdè Hectorem propè, minabundusque allocutus est :

225

"Hector, nunc sanè manifestò scies cum-solo solus,

"Quales etiam Danaïs principes intersint,

"Etiam praeter Achillem hostium-agmina-perrumpentem, animo-leonino-praeditum :

"Sed ille quidem in navibus recurvis pontum-transeuntibus

"Jacet iram-longam-fovens adversus Agamemnonem pastorem populorum : 230

"Nos autem sumus tales, qui tibi obviam-ire-possimus,

"Et multi : Sed ordire pugnam et certamen.

Hunc autem vicissim allocutus est ingens pugnam-expeditè-ciens Hector :

Ver. 221.—"Υλῆ.] Vide suprâ ad ἰ, 708.

Ver. 222. "Ὅς οἱ ἐποίησεν.] Quâ ratione, ὅς, hîc producatur ; item τις, ver. 201. item ἔφαν, ver. 206. et Ἀχιλλῆα, ver. 228. et πολέες, ver. 232. vide suprâ ad ἰ, 51.

Ibid.—αἰόλον.] Mobile : Ut mox, ver. 258. οἷδ' ἐπὶ δεξιᾷ, οἷδ' ἐπ' ἀριστερᾷ ναυῆσαι βῶν Ἀζαλίην. Vide suprâ ad β', 816.

Ver. 224. Τὸ πρόσθε στέρνοιο.] Syllabæ breves ista modo productæ, et clypei pondus et Ajacis laborem pulchrè depingunt. Vide suprâ ad γ', 363.

Ver. 225. Στῆ ῥα.] Stetit utique vel stetit scilicet. Nimirum non supervacanea est particula ῥα, sed resumit adnectitque id, quod erat suprâ dictum, ver. 219. Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε.

Ver. 228. Καὶ μετ' Ἀχιλλῆα.] Notandum quantâ cum arte, ut Pocma unum sit à capite ad calcem, et hic et ubique, quicquid rerum narretur, quisquis hominum loquatur,

semper tamen interponatur Achilles. Καὶ τοῦτο μὲν Ἀχιλλῆας τὸ ἐγκώμιόν ἐστι. Philarch. de audiend. Poetis. Porro vox Ἀχιλλῆα ultimam hîc eâ ratione producit, quæ explicata est superius ad ἰ, 51. Nam alioqui sequitur Accusativus iste analogiam Genitivi ; Ἀχιλλῆας, Ἀχιλλῆᾱ ; Ἀχιλλῆος, Ἀχιλλῆῃ : βασιλέας, βασιλεῖᾱ ; βασιλῆος, βασιλεῖᾱ. Vide suprâ ad ἰ, 265.

Ver. 230.—ἀπομνήσας.] Producitur penultima, quia non est ex μηνίζω, sed μηνίω. Vide suprâ ad ἰ, 140.

Ver. 231.—ἀντιάσαιμεν.] Corripitur antepenultima, quia non est ex ἀντιάω, sed ἀντιά.

Ver. 232.—μάχης ἠδὲ πτολέμοιο.]

—incant pugnas, et pœlîa tentent.

Æn. XI, 912.

Vide infrâ ad ver. 279.

Ver. 233.—κορυθαίολος.] Vide suprâ ad ver. 222. et ad β', 816.

Αἴαν διογενὲς, Τελαμώνιε, κοίρανε λαῶν, Μῆτι μευ, ἥντε παιδὸς ἄφαυροῦ, πειρήτιζε, Ἥε γυναικὸς, ἢ οὐκ οἶδεν πολεμηΐα ἔργα.	235
Αὐτὰρ ἐγὼν εὖ οἶδα μάχας τ', ἀνδροκτασίας τε Οἶδ' ἐπὶ δεξιᾷ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν Ἀζαλέην, τό μοι ἐστὶ ταλαύρινον πολεμίζειν Οἶδα δ' ἐνὶ σταδίῃ δῆϊα μέλπεσθαι Ἄρηι. Οἶδα δ' ἐπαίξας μόθον ἵππων ἀκείαυ.	240
Ἄλλ οὐ γάρ σ' ἐθέλω βαλέειν, τοιοῦτον ἔοντα, Λάβρη ὀπιπτεύσας, ἀλλ' ἀμφαδὸν, αἶ κε τύχοιμι. Ἥ ῥα, καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος, Καὶ βάλεν Αἴαντος δεινὸν σάκος ἑπταβόειον, Ἀκρότατον κατὰ χαλκὸν, ὃς ὄγδοος ἦεν ἐπ' αὐτῷ. Ἐξ δὲ διὰ πύχας ἦλθε δαΐζων χαλκὸς ἀτειρής· Ἐν τῇ δ' ἐβδομάτῃ ρίνῳ σχέτο. Δεύτερος αὐτε Αἴας διογενὲς προΐει δολιχόσκιον ἔγχος, Καὶ βάλε Πριαμίδαο κατ' ἀσπίδα πάντοσε ἴσην.	245

" Ajax nobilissime, Telamonie, princeps populorum, " Nè me, tanquam puerum imbecillem, tenta, " Vel mulierem, quae nescit bellica opera :	255
" Atqui ego benè scio pugnasque, caedesque : " Scio ad dextram, scio ad sinistram motare scutum " Aridum, ita ut possim indefessus bellare : " Scio quoque in statariâ pugná, ad saevi sonos gressum-componere Martis : " Scio etiam, postquam insiluerim currum, pugnam in equabus velocibus. " Sed enim non te volo ferire, talem existentem, " Clanculum observans, sed apertè, si assequi-potuerò. Dixit, et vibratam emisit praelongam hastam, Et percussit Ajacis scutum septem-bubulis-pellibus-munitum, Extremum ad aes, quod octavum erat in illo. Sex autem per plicaturas penetravit dissecans hasta indomita : In septimâ vero pelle haesit. Secundus vicissim Ajax nobilissimus emisit praelongam hastam, Et ferit Priamidae clypeum undique aequalem,	240 245 250

Ver. 237. — ἐγὼν εὖ οἶδα μάχας. ——. Οἶδ' ἐπὶ δεξιᾷ, οἶδ'.] "Ἴνα — διαφῶν, τῶδε καὶ τὰ τούτων ἀδιελφὰ φθέγγεσθαι δυναθῆ, ὡς ἀληθῶς, ἀλλ' οὐ κατὰ κόμπον σινᾷ, — " ἐγὼν εὖ οἶδα μάχας," &c. *Aristot. de Republ. lib. IX.*  
*Ibid.* — μάχας τ', ἀνδροκτασίας τε.] Vide infra ad ver. 279.

Ver. 238. Οἶδ' ἐπὶ δεξιᾷ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερά.] Motus concitos, recipros, et celeriter agitados, optimè depingunt hujus versus Numeri. Vide supra ad γ', 363. Fuerunt qui hic, pro οἶδ' ἐπ' ἀριστερά, legerint, ἢδ' ἐπ' ἀριστερά. Sed id multò languidius.

Ver. 241. — ἐπαίξας.] *Barnesius* in uno MS. reperit, ἐπαίξαι.

Ver. 242. Ἄλλ' οὐ γάρ.] Refertur istud, γάρ, ad id, quod elegantius reticuit. " Sed accinge te ad pugnam : Non enim &c." Vide supra ad ἑ, 22.

*Ibid.* — τοιοῦτον ἔοντα.] Hostem videlicet honestum et generosum : Cui δῶκε θεὸς μέγιστος τε βίην τε, καὶ πινυτήν ver. 288.

Ver. 250. — Πριαμίδαο.] Similiter, ver. 258. Πριαμίδης. Vide supra ad α, 398.



Διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε φαεινῆς ὄβριμον ἔγχος,  
 Καὶ διὰ θώρηκος πολυδαϊάλου ἠρήρειστο·  
 Ἐντικρὺ δὲ παραὶ λαπάρην διάμησε χιτῶνα  
 Ἐγχος· ὁ δ' ἐκλίθη, καὶ ἀλεύατο κῆρα μέλαιναν.  
 Τὰ δ' ἐκσπασσαμένω δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἄμ' ἄμφω 255  
 Σύν ῥ' ἔπεσον, λείουσιν εἰκότες ἄμοφάγοισιν,  
 Ἦ συσὶ κάπροισιν, τῶν τε σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν.  
 Πριαμίδης μὲν ἔπειτα μέσον σάκος οὔτασε δουρὶ·  
 Οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν, ἀνεγνάμφθη δέ οἱ αἰχμή.  
 Αἴας δ' ἀσπίδα νύξεν ἐπάλμενος· ἡ δὲ διὰ πρό 260  
 Ἦλυθεν ἐγχείῃ· στυφέλιξε δέ μιν μεμαῶτα·  
 Τμήδην δ' αὐχέν' ἐπῆλθε· μέλαν δ' ἀνεκίκειεν αἶμα.  
 Ἄλλ' οὐδ' ὡς ἀπέληγε μάχης κορυθαίολος Ἐκτωρ·  
 Ἄλλ' ἀναχασσάμενος λίθον εἴλετο χειρὶ παχείῃ,  
 Κείμενον ἐν πεδίῳ, μέλαινα, τρηχύν τε, μέγαν τε 265  
 Τῷ βάλεν Αἴαντος δεινὸν σάκος ἑπταβόειον,  
 Μίσσον ἐπομφάλιον· περιήχησεν δ' ἄρα χαλκός.  
 Δεύτερος αὐτ' Αἴας πολὺ μείζονα λάαν ἀείρας,  
 Ἦκ' ἐπιδινήσας, ἐπέρεισε δὲ ἴν' ἀπέλεθρον·

Per quidem clypeum penetravit splendidum rapida hasta,

Et per thoracem affabrè-factum infixæ est :

E regione autem juxta ille discidit tunicam

Hasta : Ille verò inclinatus est, et evitavit mortem nigram.

Itaque eductis longis hastis eominus simul ambo

Congressi sunt, leonibus similes cruda-vorantibus,

Vel suis apris, quorum utique robur non imbecille.

Priamides quidem postea medium scutum ferit hastâ ;

Neque rupit æs, reflexa est autem ei cuspis.

Ajax autem clypeum punctim ferit insiliens, et penitus

Transivit hastâ ; conturbavit autem illum irruentem :

Et caesim super cervicem venit : ater autem subsiliit sanguis.

Verum ne sic quidem cessavit à pugnâ expeditè-pugnam-ciens Hector ;

Sed retrocedens lapidemprehendit manu robustâ,

Jacentem in campo, nigrum, asperumque, magnumque :

Et percussit Ajacis ingens scutum septem-bubulis-pellibus-munitum,

Medium ad umbonem ; circumsonuitque æs.

Secundus autem Ajax, multò majore lapide sublato,

Misit contortum, adhibuitque connixas vires immensas :

Ver. 251. Διὰ μὲν ἀσπίδος.] Vide suprâ ad γ', 357 et 363.

Ver. 253. Ἐντικρὺ δέ.] Vide suprâ ad α', 51.

Ver. 255. Τὰ δ' ἐκσπασσαμένω.] Itâ editit Barnesius : Rectè, ut mihi quidem videtur. Nam σάκω, ἔσπασσα, penultimam corripunt. Scripserant alii, ἐκσπασσαμένω.

Ver. 258.—ὄβριμος.] Vide suprâ ad α', 140.

Ver. 261. Ἦλυθεν.] Vide suprâ ad γ', 205.

Ibid.—μεμαῶτα.] Vide suprâ ad β', 818.

Ver. 265.—κορυθαίολος.] Vide suprâ ad β', 816.

Ver. 265.—τρηχύν.] Vide suprâ ad ι', 508.

- Εἶσω δ' ἀσπίδ' ἔαξε, βαλὼν μυλοειδέϊ πέτρῳ· 270  
 Βλάψε δέ οἱ φίλα γούναθ'· ὁ δ' ὑπτιος ἐξετανύσθη,  
 Ἀσπίδι ἐγχρισμφοθεῖς· τὸν δ' αἰψ' ἄρθωσεν Ἀπόλλων.  
 Καί νύ κε δὴ ξιφέεσσ' αὐτοσχεδὸν οὐτάζοντο  
 Εἰ μὴ κήρυκες, Διὸς ἄγγελοι ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,  
 Ἦλθον, ὁ μὲν Τρώων, ὁ δ' Ἀχαιῶν χαλκοχιτῶνων, 275  
 Ταλθύσιός τε καὶ Ἰδαῖος, πεπνυμένω ἄμφω·  
 Μέσσω δ' ἀμφοτέρων σκῆπτρα σχέθον· εἶπέ τε μῦθον  
 Κήρυξ Ἰδαῖος πεπνυμένα μῆδεα εἰδώς·  
 Μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε, μῆδὲ μάχεσθον·  
 Ἀμφοτέρω γὰρ σφῶϊ φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεὺς· 280  
 Ἄμφω δ' αἰχμητά· τόγε δὴ καὶ ἴδμεν ἅπαντες.  
 Νυξ δ' ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι.  
 Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη Τελαμώνιος Αἴας·  
 Ἰδαῖ', Ἐκτορα ταῦτα κελεύετε μυθήσασθαι·

- Perfregit autem clypeum, percussus molari-veluti saxo ; 270  
 Laesitque ei genua : is autem supinus extensus est,  
 Scuto inhaerens ; sed eum statim erexit Apollo.  
 Jamque ensibus cominūs vulnerāsset se invicem,  
 Nisi praecones, Jovis nuncii atque hominum,  
 Advenissent, alter Trojanorum, alter Achivorum aere-loricatorum, 275  
 Talthylusque et Idaeus, prudentes ambo :  
 Medii autem inter-utrosque sceptrā tenuerunt : dixitque sermonem  
 Praeco Idaeus, prudentium consiliorum peritus :  
 “ Nè amplius, filii dilecti, bellate, neque pugnae ;  
 “ Ambos enim vos diligit nubes-cogens Jupiter : 280  
 “ Ambo autem estis armis-acerrimi : quod quidem et scimus omnes.  
 “ Nox verò jam adest ; bonum etiā nocti parere.  
 Hunc autem respondens allocutus est Telamonius Ajax :  
 “ Idae, Hectorem haec jubete loqui ;

Ver. 274.—κῆρυκες, Διὸς ἄγγελοι.] Vide  
 suprā ad 4, 534.

Ver. 277. Μέσσω.] Itā accepit Eustathius,  
 Μέσσο ἀμφοτέρων κήρυκες. Atque itā edidit  
 Sierphanus. In editione tamen Eustathianā,  
 quam hic secutus est Barnesius Aliique, scrip-  
 tum est Μέσσω.

Ver. 279. Μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε.]  
 Nè, pueri, nè tanta animis assuescite bella.

Æn. VI, 832.

De versùs proximè sequentis, “ Neu patriæ  
 “ validas in viscera vertite vires,” κακοφω-  
 νία ; vide suprā ad γ', 565.

Ibid.—πολεμίζετε, μῆδὲ μάχεσθον.]

—ineant pugnas, et prælia tentent.

Æn. XI, 912.

“ Quum——ista multa et continua nomina  
 “ nihil plus demonstrent quàm prælium, hujus  
 “ tamen rei varia facies delectabiliter ac de-

“ corè multis variisque verbis depicta est.  
 “ Neque non illa quoque——una in duobus  
 “ verbis sententia cum egregiā ratione repe-  
 “ tita est,——πολεμίζετε μῆδὲ μάχεσθε  
 “ [Æl. μάχεσθον]. In quo versu non oportet  
 “ videri alterum verbum, idem quod superius  
 “ significans, supplendi numeri causā extrinse-  
 “ cus additum et consarcinatum ; Est enim hoc  
 “ inane admodum et futile : Sed quum in  
 “ juvenibus gloriæ studio flagrantibus pervica-  
 “ ciam ferociamque et cupidinem pugnae, leni-  
 “ tē tamen ac placidē, objurgaret ; atrocita-  
 “ tem rei, et culpam perseverandi, bis idem  
 “ dicendo alio atque alio verbo auxit inculca-  
 “ vitque ; duplexque eadem compellatio ad-  
 “ monitionem facit instantiorem.” Gell. lib.  
 XIII. cap. 25. Vide suprā ad ver. 252.

Ver. 280.—νεφεληγερέτα.] Vide suprā  
 ad 4, 175.

Αὐτὸς γὰρ χάρμη προκαλέσσατο πάντας ἀρίστους·	285
Ἄρχετα, αὐτὰρ ἐγὼ μάλα πείσομαι, εἴπερ ἂν οὗτος.	
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε μέγας κορυθαίολος Ἔκτωρ·	
Δῖαν, ἐπεὶ τοι δῶκε θεὸς μέγελός τε βίην τε,	
καὶ πινυτήν· περὶ δ' ἔγχει Ἀχαιῶν φέρτατός ἐσσι,	
Νῦν μὲν παυσάμεσθα μάχης καὶ δῆϊοτήτος	290
Σήμερον ὕστερον αὖτε μαχισόμεθ', εἰσόκε δαίμων	
Ἄμμε διακρίνη, δῶή δ' ἐτέροισί γε νίκην·	
Νῦξ δ' ἤδη τελέθει, ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι·	
Ὡς σύ τ' εὐφρήνης πάντας παρὰ νηυσὶν Ἀχαιοὺς,	
Σοὺς τε μάλιστα ἔτας, καὶ ἐταίρους, οἳ τοι ἔασιν·	295
Αὐτὰρ ἐγὼ, κατὰ ἄστυ μέγα Πριάμοιο ἀνακτος	
Τρῶας εὐφρανέω καὶ Τρῳάδας ἐλκεσιπέπλους,	
Αἷ τέ μοι εὐχόμεναι θεῖον δύσονται ἀγῶνα·	
Δῶρα δ' ἄγ' ἀλλήλοισι περικλυτὰ δώομεν ἄμφω,	
Ὅφρα τις ᾧδ' εἴπησιν Ἀχαιῶν τε Τρῳῶν τε·	300
Ἥ μὲν ἐμαρνάσθην ἔριδος περὶ θυροβόροιο,	
Ἥδ' αὖτ' ἐν φιλότῃ διέτμαγεν ἀρβήσαντε.	
Ὡς ἄρα φωνήσας δῶκε ξίφος ἀργυρόηλον,	

“ Ipse enim ad pugnam provocavit quosque fortissimos : 285

Incipiat, ac ego omninò parebo, si quidem ille paruerit.

Hunc autem vicissim allocutus est ingens pugnam-expeditè-ciens Hector :

“ Ajax, quandoquidem tibi dedit deus magnitudinemque vimque,

“ Et prudentiam ; hastà autem Achivorum longè-praestantissimus es ;

“ Nunc quidem cessemus à pugnà et certamine

“ Hodìè ; posthàc rursus pugnabimus, donec fatum

“ Nos dirimat, det autem alterutri victoriam.

“ Nox verò jam est ; bonum etiam nocti parere :

“ Ut tuque laetos facias omnes ad naves Achivos,

“ Tuosque maximè amicos, et socios, qui tibi sunt :

“ At ego per urbem magnam Priami regis

“ Trojanos laetos faciam et Trojanas longa-peplorum-syrmata-trahentes,

“ Quae utique pro me supplicantes divinum ingredientur templum ;

“ Dona autem age mutuò inclyta demus ambo,

“ Ut quis sic dicat Achivorumque Trojanorumque :

“ Profectò pugnabant per contentionem animum-rodentem,

“ Et iterum in amicitia discessere conciliati.

Sic utique locutus dedit ense argenteis-clavis-distinctum,

285

290

295

300

Ver. 292.—διακρίνη ] Vide suprâ ad 4, 509.  
 Ver. 298.—θεῖον δύσονται ἀγῶνα.] Ἄγῶνα λέγει μὲν καὶ τὸν τόπον “ Λεῖψαν δὲ χροῖν, καλὸν δ' εὐρυταν ἀγῶνα,” (Odys. 9, 260.)—θεῖον εἶν ἀγῶνα νῦν, τὸ ἱερὸν εἶπε, καὶ τὸν ναὸν ἦτοι θεῖον τόπον ὄντα, ἢ θεῖον ἄρισμα περιέχοντα· διὰ τὸ πολλῶν θεῶν ἀνατίεσθαι ἐν αὐτῷ ἀγάλματα. Porphyr. Quaest. Homeric. 20.

Ver. 299. Δῶρα δ' ἄγ'.] Al. Δῶρα δὲ γ', notante Eustathio.

Ver. 305. “Ὡς ἄρα φωνήσας δῶκε ξίφος.]

Sic ait illachrymans : humero simul exiit ense

Auratum, mirâ quem fecerat arte Ly

caon

Gnossius, atque habilem vaginâ aptarat eburnâ. *Æn.* IX, 503

Σὺν κολεῶν τε φέρον καὶ εὐτμήτῳ τελαμῶνι· Αἴας δὲ ζωστῆρα δίδου φοῖνικι φαεινόν.	305
Τὰ δὲ διακρινθέντε, ὁ μὲν μετὰ λαὸν Ἀχαιῶν "Ηἷ", ὁ δ' ἐς Τρώων ὄμαδον κίε· τοὶ δ' ἐχάρησαν, 'Ως εἶδον ζῶν τε καὶ ἀρτεμέα προσιόντα, Ἄϊαντος προφυγόντα μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους· Καί ῥ' ἦγον προτὶ ἄστυ, ἀέλποντες σόον εἶναι.	310
Ἄϊαντ' αὖθ' ἐτέρωθεν εὐκνήμιδες Ἀχαιοὶ Εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον ἄγον κεχαρηότα νίκη. Οἱ δ' ὅτε δὴ κλισίησιν ἐν Ἀτρεΐδαο γέγοντο, Τοῖσι δὲ βοῦν ἰέρευσεν ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων "Ἄρσενα, πενταέτηρον, ὑπερμενέϊ Κρονίῳ·	315
Τὸν δέρον, ἀμφὶ δ' ἔπον, καὶ μιν διέχευαν ἅπαντα, Μίστυλλόν τ' ἄρ' ἐπισταμένως, πειρὰν τ' ὄβελοῖσιν, "Ωπτησάν τε περιφραδέως, ἐρύσαντό τε πάντα. Αὐτὰρ ἐπεὶ παύσαντο πόνου, τετύκοντό τε δαῖτα, Δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδέυετο δαιτὸς εἴσης.	320
Νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν	

Cum vaginâque offerens et scitè-facto balteo :

Ajax verò cingulum dedit puniceo-colore splendidum. 305

Hî itaque digressi, alter quidem ad populum Achivorum

Ibat, alter verò ad Trojanorum multitudinem vadebat : Hî autem gavisî sunt,

Ut viderunt vivumque et incolumem venientem,

Ajacis elapsum fortitudinem et manus invictas :

Et deduxerunt ad urbem, desperantes salvum esse. 310

Ajacem verò ex-alterâ-parte benè-ocreati Achivi

Ad Agamemnonem nobilem deduxerunt laetum victoriâ.

Hî autem cùm jam in tentoriis Atridae essent,

Horum causâ bovem sacrificavit Rex virorum Agamemnon

Marem, quinquennem, praepotenti Saturnio :

Huic pellem-detraxerunt, et curârunt, et ipsum dissecuerunt totum, 315

Et in-frusta-parva-conciderunt scitè, et transfixerunt verubus,

Et assârunt accuratè, detraxeruntque omnia.

Caeterùm ubi cessâssent ab opere, apparâssentque convivium,

Epulati sunt, neque quicquam animus indignit epuli aequalis. 320

Tergo verò Ajacem perpetuo honoravit

Ver. 304. ————[εὐτμήτῳ τελαμῶνι.] Ita edidit Barnesius, ex duobus MSS. Vulg. εὐδμήτῳ τελαμῶνι. Veri eò similior hoc in loco Barnesii emendatio, quòd eadem in voce infra, *Iliad.* ψ', 825. variant et *Codices.*

Ver. 310. ————[προτὶ.] *Al.* ποτὶ.

*Ibid.* ————[ἀέλποντες σόον εἶναι.] *Prae* latitiiâ vix credentes verum id esse, quod viderent : Ut rectè notavit *Domina Dacier.* Nonnulli hic olim legerunt, ἀλπυόντες; notante *Eustathio.*

Ver. 315. Οἱ δ' ὅτε ———, Τοῖσι δὲ.] Quâ ratione posterius istud δὲ non sit supervacaneum, vide suprâ ad ζ', 57.

Ver. 520. ————[δαιτὸς εἴσης.] Vide suprâ ad ζ', 468.

Ver. 521. Νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι.]

Vescitur Æneas ————

Perpetui tergo bovis, et lustralibus extis.

*Æn.* VIII, 182.

*Al.* Νώτοισι δ' Αἴαντα. Quod perinde est. Vide ad ζ', 51.

- Ἴηρας Ἀτρείδης, εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων.  
 Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο,  
 Τοῖς ὁ γέρον πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν  
 Νέστωρ, οὗ καὶ πρόσθεν ἀρίστη φαίνετο βουλή· 325  
 Ὅς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπεν·  
 Ἀτρείδη τε, καὶ ἄλλοι ἀριστῆες παναχαιῶν·  
 Πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι καρηκομόωντες Ἀχαιοί,  
 Τῶν νῦν αἶμα κελαινὸν εὐῤῥοον ἀμφὶ Σκάμανδρον  
 Ἐσκέδασ' ὄξυς Ἄρης, ψυχαὶ δ' αἰδίοσδε κατῆλθον· 330  
 Τῷ σε χρεὴ πόλεμον μὲν αἶμ' ἧοῖ παῦσαι Ἀχαιῶν,  
 Αὐτοὶ δ' ἀγρόμενοι κυκλήσομεν ἐνθάδε νεκροῦς  
 Βουσί καὶ ἡμίονοισιν· ἀτὰρ κατακίημεν αὐτοὺς  
 Τυτθὸν ἄπο πρὸ νεῶν, ὥς κ' ὄστέα παισὶν ἕκαστος  
 Οἴκαδ' ἄγη, ὅταν αὐτε νεώμεθα πατρίδα γαῖαν· 335  
 Τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες,

Heros Atrides, latè-dominans Agamemnon.

Ac postquam potūs et cibi appetentiam exemissent,

His senex primus-omnium texere coepit consilium  
 Nestor, cujus et antea optimum apparuerat consilium :

325

Qui ipsis prudens concionatus est et dixit :

“ Atridaeque et caeteri principes Achivorum ;

“ Multi quidem mortuī sunt comantes Achivi,

“ Quorum nunc sanguinem atrum, pulchrè-fluentem circa Scamandrum

“ Diffudit acer Mars, animaeque ad orcum descenderunt :

330

“ Itaque te oportet pugnare quidem primâ luce intermittere Achivorum,

“ Nos verò congregati curribus-advehemus huc cadavera

“ Bobus et mulis ; ac comburemus ea

“ Propè à navibus, ut ossa filius quisque

“ Domum ferat, quando revertamur in patriam terram :

335

“ Tumulum autem circa pyram unum aggestâ-terrâ-faciamus egressi,

Ver. 323. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος.]

Postquam exempta fames, et amor compressus edendī.

Æn. VIII, 184.

Ver. 325. — ἀρίστη φαίνετο βουλή.] Vide suprâ ad β', 5.

Ver. 328. Πολλοὶ γὰρ.] Refertur istud γὰρ, ad id quod elegantius reticuit : “ Audite me de induciis jam paciscendis ; NAM multi,” &c. Vide suprâ ad ε', 22.

Ver. 329. — αἶμα κελαινὸν εὐῤῥοον ἀμφὶ Σκάμανδρον.]

Et Tybrim multo spumantem sanguine cerno.

Æn. VI, 87.

recalet nostro Tyberina fluenta

Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albert.

Æn. XII, 35.

Ver. 332. — κυκλήσομεν.] Eustath. ἐφ' ἀμαξῶν κομίσωμεν. — προῖόν οὖν ἱεῖ, “ Ἀμαξῶν ἐπάσιζαν,” ver. 426. Al. ἐν κύκλῳ συσπλάσσομεν.

Ver. 333. — κατακίημεν αὐτοὺς.] Vide infrâ ad ver. 428 et 430. Cæterum Eustathius, quanquam hanc lectionem probat, tamen apud Veterum plerisque scriptum testatur κατακίηομεν.

Ver. 334. Τυτθὸν ἄπο πρὸ νεῶν.] Ante naves, parvo interjecto intervallo.

Ver. 336. — ἐξαγαγόντες.] Vide suprâ ad ζ', 252.

Ἄκριταν ἐν πεδίῳ· ποτὶ δ' αὐτὸν δαίμοιεν ὦκα  
 Πύργους ὑψηλοῦς, εἴλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν·  
 Ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀρραρυίας,  
 Ὄφρα δι' αὐτῶν ἰππηλασίῃ ὁδὸς εἴη·

340

Ἐκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ὀρύζομεν ἐγγυθὶ τάφρον,  
 Ἡ γ' ἵππους καὶ λαὸν ἐρυκάκοι ἀμφὶς εἴουσα,  
 Μὴ ποτ' ἐπιβρίση πόλεμος Τρώων ἀγερώχων.

“Ὡς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπήνησαν βασιλῆες.

Τρώων αὐτ' ἀγορῇ γένετ' Ἴλιου ἐν πόλει ἄκρη,  
 Δεινὴν, τετραχυῖα, παρὰ Πριάμοιο Δύρησι·  
 Τοῖσιν δ' Ἀντήνωρ πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν·

345

Κέκλυτέ μευ, Τρῶες, καὶ Δάρδανοι, ἢ δ' ἐπίκουροι,  
 Ὄφρ' εἴπω τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.

“ Omnibus communem in campo: juxta autem ipsum aedificemus citò

“ Turres altas, propugnaculum naviumque et nostrum ipsorum;

“ In ipsis autem portas faciamus bene coagmentatas,

“ Ut per ipsas equestris via sit:

340

“ Exterius autem profundam fodiamus propè fossam,

“ Quae equos et viros prohibeat circum-ducta,

“ Nè quando ingravescat bellum Trojanorum superborum.”

Ita dixit: omnes autem approbârunt principes.

Trojanorum item concio facta est Ilii in arce summâ,

345

Trepida, turbulenta, ad Priami fores:

His autem Antenor prudens incepit concionari:

“ Audite me, Trojani, et Dardani, et Socii,

“ Ut dicam quae me animus in pectoribus jubet.

Ver. 337. Ἄκριτον.] De κρήνω, κρήτις, ἀκρίτος, vide supra ad α', 509 et 514.

Ibid. — ἐν πεδίῳ.] Al. ἐκ πεδίου. Sicuti infra, ver. 436.

Ibid. — ποτὶ.] Al. προστί. Quod perinde est.

Ver. 338. — εἴλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.] Rectè hîc annotat Porpius, (itemque Domina Dacier, ad 9', 177.) castris munitis ante ultimum hunc annum nihil opus fuisse Graecis. Quippe, dum Achilles adesset,

Οὐδέποτε Τρῶες πρὸ πυλῶν Δαρδανιῶν

Οἴχνησκον, κείνου γὰρ ἰδεῖσθαι ὄφειμον ἔγχος.  
 ἰ, 789.

absente autem Achille, Agamemnon

— μάλα πολλὰ πονήσατο —,

Καὶ δὴ τείχος ἴδιμε, καὶ ἤλασε τάφρον ἐπ' αὐτῶν

Εὐρείαν, μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοσας κατέπηξεν·

Ἄλλ' οὐδ' ὡς δύναται σθένος Ἐκτορος —.  
 ἰ, 348.

Ver. 339. — ἔδ.] Al. ἔπε· notante Eustathio.

Ver. 340. — ἰππηλασίῃ.] Al. ἰσπηλασίῃ.

Ver. 345. Μὴ ποτ' ἐπιβρίση.] Futura et Aoristi Verborum in ἴζω corripuntur, quia etiam in Praesenti vocalem habent non naturâ, sed positione tantum productam. At βρῖσθω iota habet naturâ longam.

Ver. 347 — 354. — Ἀντήνωρ πεπνυμένος ἦρχ' ἀγορεύειν. — τοῖσι δ' ἀνίστη Δίος Ἀλέξανδρος.] Horatii, Lib. I. Epist. 2. v. 9.

Antenor censet belli praevidere causam.

Quid Paris? ut salvus regnet vivatque beatus,

Cogi posse negat ———.

Nempe, ut reddidit Helenâ belli causam praevideret, id verò à Paride nè eâ quidem impetrari mercede potuit, etiam ut salvus deinceps et beatus regnaret. Sententia, perspicua admodum, et luculenta. Verba autem cùm apud Horatium paulò essent impeditiora, elegantèr isto modo emendavit Bentley:

Antenor censet belli praevidere causam:

Quod Paris, ut salvus regnet vivatque beatus,

Cogi posse negat ———.

- Δεῦτ' ἄγετ', Ἀργεῖην Ἑλένην καὶ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ 350  
 Δάομεν Ἀτρεΐδῃσιν ἄγειν· νῦν δ' ὄρκια πιστὰ  
 Ψευσάμενοι μαχόμεσθα· τῶ οὐ νύ τι κέρδιον ἡμῖν  
 Ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέζομεν ὦδε.  
 Ἦ τοι ὄγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἔζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη 355  
 Δῖος Ἀλέξανδρος, Ἑλένης πόσις ἠυκόμοιο·  
 Ὅς μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·  
 Ἀντῆνος, σὺ μὲν οὐκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα ταυτ' ἀγορεύεις·  
 Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι·  
 Εἰ δ' ἔτεόν δὴ τοῦτον ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις,  
 Ἐξ ἄρα δὴ τοι ἔπειτα θεοὶ φρένας ἄλεσαν αὐτοί. 360  
 Αὐτὰρ ἐγὼ Τρώεσσι μὲν ἵπποδάμοις ἀγορεύσω·  
 Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι, γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω·  
 Κτήματα δ', ὅσσ' ἀγόμεν ἐξ Ἄργεος ἡμέτερον δῶ,  
 Πάντ' ἐθέλω δόμεναι, καὶ ἔτ' οἴκοθεν ἄλλ' ἐπιθεῖναι.  
 Ἦ τοι ὄγ' ὡς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἔζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη 365  
 Δαρδανίδης Πρίαμος, θεόφιν μῆστῳ ἀτάλαντος·

- "Eja agite, Argivam Helenam et opes cum ipsâ 350  
 "Reddamus Atridis abducendas; nunc autem foederibus fidis  
 "Violatis pugnamus: quare nihil utile nobis  
 "Autumo effectum-iri, nisi fecerimus ita."  
 Ille quidem sic locutus resedit: iis autem surrexit  
 Nobilis Alexander, Helenae maritus pulchrae-comas: 355  
 Qui ipsum respondens verbis alatis allocutus est:  
 "Antenor, tu quidem non jam mihi grata haec dicis:  
 "Nosti et aliam sententiam meliorem hâc excogitare:  
 "Sin autem reverâ hanc seriô dicis,  
 "Utique tibi jam dii mentem ademerunt ipsi. 360  
 "At ego Trojanos inter equum domitores dicam-sententiam;  
 "Aperte autem profiteor, conjugem quidem non reddam:  
 "Opes verò quasunque abduxî ex Argo nostrum domum,  
 "Omnes volo dare, atque etiam de meo alias adjungere."  
 Ille quidem sic locutus consedit: inter eos autem surrexit 365  
 Dardanides Priamus, diis consiliarius par:

Ver. 353. — ἵνα μὴ ῥέζομεν ὦδε.] Vocabulorum, ἵνα μὴ, vis hujusmodi est: "Nihil-video, cujus rei spe adduci possimus, QUOMINUS Helenam reddamus." Porro quâ ratione, ἵνα, hic ultimam producat; item Ἀλέξανδρος, ver. 355. et ἀμειβόμενος, ver. 356. et ἀντικρὺν, ver. 362. Vide supra ad α', 51.

Ver. 355. — Ἑλένης πόσις ἠυκόμοιο.] Τὸν Ἀλέξανδρον Ὀμηρος "Ἑλένης πόσις ἠυκόμοιο," μὴδὲν ἔχοντα πρὸς δόξαν ἄλλο, σεμνίνων, ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὀνομάζει πολλάκις. Plutarch. in Galbâ.

Ver. 358. Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα.] Μὴ τοῖς ἀμαρτάνουσι σὺν ὀργῇ καὶ πρὸς ὕβριν ἐπιφουμένον, ἀλλ', ὡς Ὀμηρος, ἠθικώτερον. — "οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα." Plutarch. παραγωγίμ. πολιτικῆ.

Ver. 359. Εἰ δ' ἔτεόν δὴ — Ἐξ ἄρα δὴ.] De isto, δὴ, vide supra ad β', 158.

Ver. 366. — θεόφιν μῆστῳ ἀτάλαντος.] Non quòd Priamus hâc in parte sententiam potiore sequeretur, Paridi nimium facilis; sed quòd in universon vir esset gravis, sapiens et benignus. De voce, ἀτάλαντος, vide supra ad β', 627.

Ἵς σφιν εὐφρονέων ἀγορήσατο καὶ μετέειπε·

Κέκλυτέ μευ, Τρῶες, καὶ Δάρδανοι, ἥδ' ἐπικούροισι,

Ἵς εἶπω, τά με θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι κελεύει.

Νῦν μὲν δόρπον ἔλεσθε κατὰ στρατὸν, ὡς τοπάρης περ,

370

Καὶ φυλακῆς μνήσασθε, καὶ ἐγρήγορθε ἕκαστος·

Ἵῃθεν δ' Ἰδαῖος ἴτω κοίλας ἐπὶ νῆας,

Εἰπέμεν Ἀτρείδῃσ', Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ,

Μῦθον Ἀλεξάνδροιο, τοῦ εἵνεκα νεῖκος ὄρασε.

Καὶ δὲ τόδ' εἰπέμεναι πυκινὸν ἔπος, αἶψ' ἐθέλωσι

375

Παύσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰσόκε νεκροὺς

Κήομεν· ὕστερον αὐτε μαχησόμεθ', εἰσόκε δαίμων

Ἵμμε διακρίνη, δάη δ' ἑτέροισί γε νίκην.

Ἵς ἔφαθ'· οἳ δ' ἄρα τοῦ μάλα μὲν κλύον, ἥδ' ἐπίθοντο.

Δόρπον ἔπειθ' εἶλοντο κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσιν·

380

Ἵῃθεν δ' Ἰδαῖος ἔβη κοίλας ἐπὶ νῆας.

Τοὺς δ' εὖρ' εἰν ἀγορῇ Δαναοὺς, Δερῆαποντας Ἴδης,

Νηὶ παρὰ πρύμνῃ Ἀγαμέμνονος· αὐτὰρ ὁ τοῖσι,

Στάς ἐν μέσσοισιν, μετεφώνεεν ἠπύτα κήρυξ·

Qui ipsis sapiens concionatus est et dixit :

“ Audite me, Trojani, et Dardani, et Socii,

“ Ut dicam, quae me animus in pectoribus jubet.

“ Nunc quidem coenam sumite per exercitum, sicut antea,

370

“ Et excubiarum mementote, et vigilate quisque :

“ Manè autem Idaeus eat cavae ad naves,

“ Nuntiatum Atridis, Agamemnoni et Menelao,

“ Sententiam Alexandri, cujus causâ contentio exorta est.

“ Quin et hunc addat prudentem sermonem, num velint

375

“ Cessare à bello horrisono, donec cadavèra

“ Combusserimus : postea iterum pugnabimus, donec fatum

“ Nos dirimat, detque alterutris victoriam.”

Sic dixit : illi autem ei maximè auscultarunt, et paruerunt

Coenam deinde sumserunt per exercitum turmatim :

380

Manè autem Idaeus ivit cavae ad naves.

Invenit verò in concione Danaos, famulos Martis,

Navis ad puppim Agamemnonis : atque ille inter eos,

Stans in mediis, vocem-edidit vocalis praeco ;

Ver. 370. — κατὰ στρατὸν.] *Al.* κατὰ  
στόλιν Minus rectè. Nam, ver. 380. Δόρπον  
ἔπειθ' εἶλοντο κατὰ στρατὸν.

Ver. 374 et 388. — τοῦ εἵνεκα νεῖκος ὄρασε.]  
Ἵρασε, hoc in loco, non est ab ὄραρον, sed ab  
ὄραρα. Cujus causâ bellum hodiè gerimus.  
Vidè suprâ ad ἄ, 37.

Ver. 375. — πυκινὸν ἔπος.] Quâ ratione,  
πυκινὸν, hic ultimam producat ; item, μὲν,

ver. 389. et πρὶν, ver. 390. vidè suprâ ad  
ἄ, 51.

Ver. 377. Κήομεν.] *Al.* κίομεν. Vide suprâ  
ad ver. 535.

Ver. 378. Ἵμμε.] Nos duos populos. Vide  
suprâ ad ἄ, 59 et 566. item ad β', 288. et ad  
ἔ, 247.

*Ibid.* — διακρίνη.] Vide suprâ ad ἄ, 309.  
Ver. 384. — ἠπύτα.] Vide suprâ ad ἄ, 175.



'Ατρεΐδαί τε, καὶ ἄλλοι ἀριστῆες παναχαιῶν,	385
'Ηνώγει Πρίαμός τε, καὶ ἄλλοι Τρῶες ἀγαυοί,	
Εἰπεῖν, αἶκε περ ὕμμι φίλον καὶ ἠδὺ γένοιτο,	
Μῦθον Ἀλέξανδροιο, τοῦ εἵνεκα νεῖκος ὄραρε·	
Κτήματα μὲν ὅσ' Ἀλέξανδρος κοίλῃς ἐνὶ νηυσὶν	
'Ηγάγετο Τροίηνδ', ὡς πρὶν ᾠφελλ' ἀπολέσθαι,	390
Πάντ' ἐθέλει δόμεναι, καὶ ἔτ' οἴκοθεν ἄλλ' ἐπιθεῖναι·	
Κουριδίην δ' ἄλοχον Μενελάου κυδαλίμοιο	
Οὐ φησιν δάσειν ἧ μιν Τρῶές γε κέλονται.	
Καὶ δὲ τόδ' ἠνώγεον εἰπεῖν ἔπος, αἴ κ' ἐθέλητε	
Πάυσασθαι πολέμοιο δυσηχέος, εἰσόκε νεκροὺς	395
Κήομεν· ὕστερον αὐτε μαχησόμεθ', εἰσόκε δαίμων	
" Ἀμμε διακρίνη, δῶή δ' ἐτέροισί γε νίκην.	
" Ὡς ἔφαθ'· οἳ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.	
'Οψὲ δὲ δὴ μετέειπε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης·	
Μήτ' ἄρ τις νῦν κτήματ' Ἀλέξανδροιο δεχέσθω,	400

" Atridaeque, et alii principes omnium Graecorum,	385
" Jussit Priamusque, et alii Trojani illustres,	
" Dicere, si quidem vobis gratum et jucundum sit,	
" Sententiam Alexandri, cujus causâ contentio exorta est :	
" Opes quidem quascunque Alexander cavis in navibus	
" Adduxit Trojam, (utinam antè periisset,) 390	
" Omnes vult dare, et etiam de suo alias adjungere :	
" Juvenem autem uxorem Menelai gloriosi	
" Negat se redditurum : quanquam eum Trojani sanè hortantur.	
" Quin et hunc <i>insuper</i> jusserunt dicere sermonem, num velitis	
" Cessare à bello horrisono, donec mortuos 395	
" Cremaverimus ; postea iterum pugnabimus, donec fatum	
" Nos dirimat, detque alterutris victoriam."	
Sic dixit : illi verò omnes obmutuerunt silentio.	
Tandem autem inter eos locutus est pugnâ-strenuus Diomedes :	
" Nè quis nunc opes Alexandri accipiat, 400	

Ver. 385. ——— ἀριστῆες παναχαιῶν.] Ita edidit Barnesius, ex tribus MSS. *Al.* ἰυκνήμιδες Ἀχαιοί.

Ver. 392. Κουριδίην δ' ἄλοχον.] Vide suprâ ad *ἀ.* 114.

Ver. 394. Καὶ δὲ τόδ' ἠνώγεον.] Pronuntiabant, ἠνώγον.

Ver. 395. Πάυσασθαι ———, εἰσόκε νεκροὺς κήομεν.

Corpora, per campos ferro quæ fusa jacebant,

Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ. *Æn.* XI, 102.

Ver. 396. Κήομεν.] Vide suprâ ad ver. 353.

Ver. 598. ——— ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ.] Τῶν Ἑλλήνων τὸ μὲν Πλήθος σιγῆ, ὅτι τῶν Βασιλέων ἦν τὸ ἀποκρίνασθαι. Οἳ δὲ γε Βασιλεῖς σιωπῶσιν, οὐ μόνον φειδοὶ τῶν Ἑλλήνων, ἵνα μὴ δόξωσιν ἐπὶ καλῶ τῶν ἰαυτῶν οἱ Ἀτρεΐδαι παραβάλλειν κινδύνοις τοὺς ἄλλους· ἀλλὰ καὶ διότι θαρροῦσιν, ὡς ἀισχυρόμενοι οἱ ἀριστεῖς οὐδὲν ἱροῦσιν ἀνανδρον. *Eustath.* Vide suprâ ad ver. 92.

Ver. 399. ——— βοὴν ἀγαθὴς.] Vide suprâ ad β', 408.

Ver. 400. Μήτ' ἄρ τις.] Repperit Barnesius in uno MS. *Μὴ γὰρ τις.* Quod emphasis habet non contemendam.

Μῆθ' Ἐλένην γνωτὸν δὲ, καὶ ὅς μάλα νήπιός ἐστιν,  
'Ως ἤδη Τρῶεσσιν ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται.

"Ὡς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπίαχον υἴες Ἀχαιῶν,

Μῦθον ἀγασσάμενοι Διομήδεος ἵπποδαμοιο·

Καὶ τότε ἄρ' Ἰδαῖον προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων·

405

Ἰδαῖ, ἦτοι μῦθον Ἀχαιῶν αὐτὸς ἀκούεις,

"Ὡς τοι ὑποκρίνονται· ἐμοὶ δ' ἐπιανθάνει οὔτως.

Ἄμφι δὲ νεκροῖσιν κατακήμεν οὔτι μεγαίρω·

Οὐ γάρ τις φειδὼ νεκῶν κατατεθνεϊῶτων

Γίνεται, ἐπεὶ κε θάνασι, πρὸς μειλισσέμεν ὄκα·

410

"Ὅρκια δὲ Ζεὺς ἴστω ἐρίγδουπος, πόσις Ἡρῆς.

"Ὡς εἰπὼν, τὸ σκῆπτρον ἀνέσχεθε πᾶσι θεοῖσιν.

"Ἀψορρόν δ' Ἰδαῖος ἔβη ποτὶ Ἴλιον ἱρῆν·

Οἱ δ' ἔατ' εἰν ἀγορῇ Τρῶες καὶ Δαρδανίανες,

Πάντες ὀμηγερέες, ποτιδέγμενοι ὀππότ' ἂν ἔλθοι

415

Ἰδαῖος· ὁ δ' ἄρ' ἦλθε καὶ ἀγγελίην ἀπίεπε,

Στάς ἐν μέσσοισιν· τοὶ δ' ὀπλίζοντο μάλ' ὄκα,

" Neque ipsam quidem Helenam: Manifestum enim ei, qui vel planè infans est,  
" Quod jam Trojanis interitùs extremitates immineant."

Sic dixit: omnes autem acclamabant filii Achivorum,  
Sermonem admirati Diomedis equùm-donitoris:

Atque tum porro Idaeum allocutus est rex Agamemnon:

405

" Idaee, utique sententiam Achivorum ipse audis,

" Quemadmodum tibi respondeant: mihi autem *itidem* placet sic.

" Sed de mortuis cremandis nihil aegrè-fero:

" Non enim ullo modo invidendum cadaveribus mortuis

" Est, postquam occubuerint, igne gratum-officium-facere ocyùs:

410

" Foederis autem Jupiter esto-testis, altitønans, maritus Junonis."

Sic locutus, sceptrum sustulit omnibus diis.

Retrò verò Idaeus ivit ad Ilium sacram:

Sedebant autem in concione Trojani et Dardani,

Omnes congregati, expectantes quando rediret

415

Idaeus: ille autem venit et nuntium exposuit,

Stans in mediis: hi autem accingebantur perquam celeriter,

Ver. 401. Μῆθ' Ἐλένην] Neque ipsam quidem Helenam, ἧς εἶνεκα νίκος ὄρωρ. Pulcherrimè hoc, et (ut rectè notavit Eustathius) convenientissimè ad personam Diomedis ἀάνο μεγαλόφρονος.

Ver. 402. Ἐφῆπται.] Vide suprà ad ἄ, 537.

Ver. 407. — ὑποκρίνονται.] Vide suprà ad ἄ, 309.

Ver. 408. — κατακήμεν.] Vide suprà ad ver. 353.

Ver. 409. Οὐ γάρ τις φειδὼ νεκῶν.]

Nullum cum victis certamen, et aethere cassis. Æn. XI, 104.

Ibid. — νεκῶν κατατεθνεϊῶτων.] Non esse hoc ταυτολόγον, liquet ex Scriptoris Tragici, quorum locutio Sermoni propior est:

Οὐ μαρτυρήσει ταῦθ' ὁ καθ'αὐτὸν νίκος.

Sophoc. Antigon. 525.

Ibid. — κατατεθνεϊῶτων.] Vide suprà ad ἄ, 265; et ad β', 818; et ad ζ', 464.

Ver. 412. — ἀνίσχεται.] *Al.* ἀνίσχιστο.

Ver. 415. — ποτὶ.] *Al.* προτὶ.

Ver. 415. — ποτιδέγμενοι.] *Al.* προτιδέγμενοι.

Ver. 416. Ἰδαῖος.] Quà ratione, Ἰδαῖος, hic ultimam producat; item, ἀγέμεν, ver. 418 et 420; vide suprà ad ἄ, 51.

Ver. 417. — τοὶ δ' ὀπλίζοντο μάλ' ὄκα, — μὲθ' ὕλων Ἀργείων δ' ἐτέρωθεν.]

et pace sequestrà

Per sylvas Teuceri, mixtique impune Latini Erravere jugis ———.

Æn. XI, 153.

- Ἄμφότερον, νέκυάς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην  
 Ἀργεῖοι δ' ἐτέρωθεν εὐσσήλων ἀπὸ νῆων  
 Ὀτρυνον νέκυάς τ' ἀγέμεν, ἕτεροι δὲ μεθ' ὕλην. 420  
 Ἡέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας,  
 Ἐξ ἀκαλαρρέϊταιο βαθυρῥόου Ὀκεανοῖο,  
 Οὐρανὸν εἰσανιάν· οἳ δ' ἦντεον ἀλλήλοισιν.  
 Ἔμβα διαγνῶναι χαλεπῶς ἦν ἀνδρα ἕκαστον  
 Ἄλλ' ὕδατι νίζοντες ἀπὸ βρότον αἱματόεντα, 425  
 Δάκρυα θερμὰ χέοντες, ἀμαξάων ἐπάειραν·  
 Οὐδ' εἶα κλαίειν Πρίαμος μέγας· οἳ δὲ σιωπῇ  
 Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον, ἀχνύμενοι κῆρ·  
 Ἐν δὲ πυρὶ πρήσαντες ἔβαν ποτὶ Ἴλιον ἰσθῆν.  
 Ὡς δ' αὐτὰς ἐτέρωθεν εὐκνήμιδες Ἀχαιοὶ 430  
 Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον, ἀχνύμενοι κῆρ·  
 Ἐν δὲ πυρὶ πρήσαντες ἔβαν κοίλας ἐπὶ νῆας.  
 Ἦμος δ' οὐτ' ἄρ πω ἦώς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ,

Utrumque ad opus, alii ad cadavera advehenda, alii verò ad lignandum :

Argivi item ex-alterâ-parte bonis-transtis-instructis à navibus

Properabant, alii ut cadavera ad adherent, alii verò lignatum.

420

Sol quidem dein recens percutiebat radiis arva,

Ex leniter-fluente profundo Oceano,

Caelum ascendens : illi verò occurrebant sibi invicem.

Tunc dignoscere difficile erat virum quemque in mortuis :

Sed aquâ abluentes tabum sanguinolentum,

425

Lachrymas calidas fundentes, curribus imposuerunt :

Neque sinebat flere Priamus magnus : illi igitur silentio

Cadavera rogo cumulatim imponebant, moerentes corde :

Quum verò igne cremâssent, redierunt ad Ilium sacram.

Similiter etiam ex-alterâ-parte benè-ocreati Achivi

430

Cadavera rogo cumulatim-imponebant, moerentes corde :

Iisque igne crematis, redierunt cavas ad naves.

Cum verò nondum esset aurora, sed adhuc sublustris nox,

Ver. 418.—μεθ' ὕλην.] Vide suprâ ad γ', 151.

Ver. 421.—ἀρούρας.] Vide suprâ ad ζ', 142.

Ver. 422.—ἀκαλαρρέϊταιο βαθυρῥόου Ὀκεανοῖο.] Ἀκαλαρρέϊταιο δὲ, ἔχει τινὰ ἔμφασιν τῆς πλημμυρίδος ἐχούσης τὴν ἐπίβασιν πραΐταν, καὶ οὐ τελίως βῶδη. Strabo, lib. I. p. 9. Ἐπὶ τοῦ βραδυκνήτου στοιχείου τοῦ ὕδατος, — ὅπου μὲν, πρὸ ἰσημαῖον δηλῶν τῆς ἐπὶ ῥοῆς φησὶν οὖν. “Ἐξ ἀκαλαρρέϊταιο —” ὅπου δὲ, τὴν αἰτίαν ἐμφαίνων τῆς βραδυκνήσιας· λέγει γὰρ, “βαθυρῥόου ἀκεανοῖο.” Aristid. Quintilian. de Musicâ, lib. II. p. 81.

Ver. 428. Νεκροὺς πυρκαϊῆς ἐπενήνεον.]

Constituere pyras ; huc corpora quisque suorum

More tulere patrum ; subjectisque ignibus atris

Conditur in tenebras altum caligine cœlum.

Æn. XI, 185.

Ver. 429. — ποτὶ.] Ἄλ. ποτὶ.

Ver. 450. Ὡς δ' αὐτὰς ἐτέρωθεν —————

 Οὐδὲ μὲν ἄλλοι Τρῶες ἐφ' ἵππων ἠγερέθοντο,  
 Ἄλλ' ἀποβάντες ὄρουσαν, ἐπεὶ ἴδον Ἐκτορα δῖον.

Ἡνιόχῳ μὲν ἔπειτα ἔῳ ἐπέτελλεν ἕκαστος,  
 Ἴππους εὖ κατὰ κόσμον ἐρυκόμεν αὐθ' ἐπὶ τάφρῳ· 85

Οἱ δὲ διαστάντες, σφείας αὐτοὺς ἀρτύναντες,  
 Πένταχα κοσμηθέντες, ἅμ' ἠγεμόνεσσιν ἔποντο.

Οἱ μὲν ἅμ' Ἐκτορ' ἴσαν καὶ ἀμύμονι Πουλυδάμαντι,  
 Οἱ πλεῖστοι καὶ ἀριστοὶ ἔσαν, μέμασαν δὲ μάλιστα  
 Τεῖχος ῥήξάμενοι κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχεσθαι· 90

Καὶ σφιν Κεβριόνης τρίτος εἶπετο· παρ δ' ἄρ' ὄχεσφιν  
 Ἄλλον, Κεβριόναο χερεῖονα, κάλλιπεν Ἐκτωρ.

Τῶν δ' ἐτέρων Πάρις ἦρχε, καὶ Ἀλκίβοος, καὶ Ἀγήνωρ·  
 Τῶν δὲ τρίταν Ἐλενος, καὶ Διήφοβος Θεοειδῆς,  
 Υἱεὶ δὴ Πριάμοιο, τρίτος δ' ἦν Ἄσιος ἦρας, 95

“ Equos quidem famuli contineant propè fossam,

“ Ipsi verò pedibus, armis, induti,

“ Hectorem omnes sequamur conferti : at Achivi

“ Non sustinebunt, siquidem ipsis exitii fines impendent.”

Sic dixit Polydamas ; placebatque Hectori consilium tutum : 80

Statim itaque de curribus cum armis desiliit in terram.

Ac ne caeteri quidem Trojani in equis convenerunt ;

Sed desilierunt cum impetu, ut viderunt Hectorem nobilem.

Aurigae quidem deinde suo praecepit quisque,

Ut equos benè ex ordine coërcerent illic ad fossam : 85

Ipsi vero in-ordines-digesti, se ipsos instruentes,

In-quinque-agmina distributi, simul duces sequebantur.

Alii quidem cum Hectore iverunt et eximio Polydamante,

Qui plurimi et fortissimi erant, cupiebantque maximè

Muro rupto cavas ad naves pugnare ; 90

Et ipsos Cebriones tertius sequebatur ; apud currus autem

Alium, Cebrione deteriore, reliquit Hector.

Aliis vero Paris praefuit, et Alcahous, et Agenor.

Tertiis autem Helenus et Deiphobus divinâ-formâ-praeditus,

Filii duo Priami ; tertiusque erat Asius heros, 95

Ver. 77. — σὺν τεύχεσι, θωρηχθέντες.] Refertur istud, σὺν τεύχεσι, non ad θωρηχθέντες, sed ad ἐπώμεθα. Vide suprâ ad S', 550 ; et ad λ', 49.

Ver. 80. — ἀπήμων.] Al. ἀμύμων.

Ver. 81. — σὺν τεύχεσιν ἄλτο χαμαῖζε.]

Ver. 82. — ἠγερέθοντο.] Al. ἠερέθοντο. Sed ista vox non est, eo significatu, Homericâ.

Ver. 86. — σφείας αὐτοῦς.] Pronuntiabatur σφᾶς. Nam σφείας ultimam producit.

Ver. 90. Τεῖχος ῥήξάμενοι κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχεσθαι.] Al. Τεῖχος τε ῥήξεν, καὶ ἐνισπρήσειεν πυρὶ νῆας. Nempe ex ver. 198. infrâ.

Ἄσιος Ὑρτακίδης, ὃν Ἀρίσκηθεν φέρον ἵπποι  
 Αἴθωνες, μεγάλοι, ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.  
 Τῶν δὲ τετάρτων ἤρχεν εἰς πάϊς Ἀγχίσιαι  
 Αἰνείας· ἅμα τῷγε δῦα Ἀντήνορος υἱε,  
 Ἀρχίλοχος τ', Ἀκάμας τε, μάχης εὔειδότε πάσης. 100  
 Σαρπηδὼν δ' ἠγήσατ' ἀγακλειτῶν ἐπικούρων,  
 Πρὸς δ' ἔλετο Γλαῦκον, καὶ ἀρήϊον Ἀστεροπαῖον·  
 Οἱ γάρ οἱ εἴσαντο διακριδὸν εἶναι ἄριστοι  
 Τῶν ἄλλων, μετὰ γ' αὐτόν· ὁ δ' ἔπρεπε καὶ διὰ πάντων.  
 Οἱ δ' ἐπεὶ ἀλλήλους ἄραρον τυκτῆσι βόεσσι, 105  
 Βάν ῥ' ἰθύς Δαναῶν λελιημένοι, οὐδέ τ' ἔφαντο  
 Σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνησιν πεσέεσθαι.  
 Ἔνθ' ἄλλοι Τρῶες, τηλέκλητοί τ' ἐπίκουροι,  
 Βουλῆ Πουλυδάμαντος ἀμωμήτοιο πίθοντο·  
 Ἄλλ' οὐχ Ὑρτακίδης ἔθειλ' Ἄσιος, ὄρχαμος ἀνδρῶν, 110  
 Αὔθι λιπεῖν ἵππους τε καὶ ἠνίοχον θεράποντα,  
 Ἄλλὰ σὺν αὐτοῖσιν πέλασεν νήεσσι δοῆσι,  
 Νήπιος, οὐδ' ἄρ' ἐμελλε κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξας,  
 Ἴπποισιν καὶ ὄχεσφιν ἀγαλλόμενος παρὰ νηῶν  
 Ἄψ' ἀπονοστήσειν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν· 115  
 Πρῶσθεν γάρ μιν μοῖρα δυσάνυμος ἀμφεκάλυψεν

Asius Hyrtacides, quem ab-Arisbâ vexerant equi  
 Rutili, magni, fluvio à Selléente.

At quartorum ductor erat strenuus filius Anchisae

Aeneas: cumque eo duo Antenor's filii,

Archilochusque Acamasque, pugnae periti omnigenae. 100

Sarpedon vero dux-erat inclytorum sociorum;

Assumpsitque Glaucum, et Mavortium Asteropaeum;

Hi enim ei visi sunt eximiè esse fortissimi

Caeterorum, post se ipsum scilicet; ipse verò antecellebat etiam omnes.

Hi igitur, postquam se firmè-aptâssent affabrè-factis boum-tergoribus, 105

Iverunt rectâ in Danaos animosî, neque ampliùs putabant

Sustenturos, sed in navibus nigris casuros.

Tum caeteri Trojani, et longè-vocati socii,

Consilio Polydamantis inculpati paruerunt:

At non Hyrtacides voluit Asius, princeps viro-  
 rum, 110

Illic relinquere equos et aurigam famulum;

Sed unâ-cum ipsis accedebat ad naves veloces,

Demens; neque enim erat, malo fato evitato,

Equis et curribus exultans à navibus

Retrò reversurus ad Ilium ventosam:

115

Prîus enim eum fatum infaustum circumtextit,

Ver. 100. Ἀρχίλοχος.] Ita edidit Barn-  
 sius, ex β', 825. *Al.* Ἀρχίλοχος.

Ver. 105. Οἱ γάρ οἱ εἴσαντο.] Quâ ratione,  
 γὰρ, hic producatur, etiam extra cæsuram;  
 vide suprâ ad α', 51. n. 10.

*Ibid.* — διακριδὸν.] Vide suprâ ad α', 509.

Ver. 106. — οὐδέ τ'.] *Al.* οὐδ' ἔτ'. Sicuti  
 infrâ, ver. 125, ἔφαντο γὰρ οὐκίτ' Ἀχαιοὺς Σχή-  
 σεσθ'.

Ver. 112. — πέλασιν.] Vide suprâ ad α', 140.

Ἔγχεϊ Ἰδομενῆος ἀγαυοῦ Δευκαλίδαιο.

Εἶσατο γὰρ νηῶν ἐπ' ἀριστερά, τῇ περ' Ἀχαιοὶ

Ἐκ πεδίου νίσσοντο σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι·

Τῇ ῥ' ἵππους τε καὶ ἄρμα διήλασεν, οὐδὲ πύλῃσιν

Εὗρ' ἐπικεκλιμένας σανίδας καὶ μακρὸν ὄχηα·

Ἄλλ' ἀναπεπταμένας ἔχον ἀνέρες, εἴ τιν' ἑταίρων

Ἐκ πολέμου φεύγοντα σαώσειαν μετὰ νῆας.

Τῇ ῥ' ἰθὺς φρονέων ἵππους ἔχε· τοὶ δ' ἄμ' ἔποντο

Ὀξέα κεκλήγοντες· ἔφαντο γὰρ οὐκέτ' Ἀχαιοὺς

Σχήσεσθ', ἀλλ' ἐν νησὶ μελαίνῃσιν πεσέεσθαι·

Νήπιοι· ἐν δὲ πύλῃσι δὴ ἀνέρας εὗρον ἀρίστους,

Υἱὰς ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητῶν,

Τὸν μὲν, Πειριθόου υἱά, κρατερὸν Πολυποίτην,

*Ex hastâ Idomenei praeclari Deucalidonidae.*

*Irruit enim navium ad sinistram-partem, quâ Achivi*

*Ex campo redibant cum equis et curribus:*

*Hac equosque et currum egit, neque in portis*

*Invenit oclusas januas, et longum vectem oppressulatum:*

*Sed apertas tenebant viri, si quem sociorum*

*E bello fugientem salvum-reciperent ad naves.*

*Hac utique rectâ animo-elato equos dirigebat; et sui simul sequebantur*

*Acutum clamantes: Putabant enim non amplius Achivos*

*Sustenturos esse, sed in navibus nigris casuros;*

*Dementes: in portis quippe duos viros invenerunt fortissimos,*

*Filios animosos Lapitharum bellicosorum;*

*Alterum quidem, Pirithoi filium strenuum Polypoetem,*

*Ver. 117. "Εγχεῖ Ἰδομενῆος.]* Infrâ, ὄ, 587. Cæterum, ἔγχεϊ, numerosius hîc scribitur, quàm ἔγχει' ut rectè notavit *Barnesius*.

*Ver. 120 et 124. Τῇ ῥ' ἵππους, et, τῇ ῥ' ἰθὺς.]* Hâc utique. Non enim vacat istud ῥά, sed sententiam cum præcedente, τῇ περ, connectit.

*Ver. 121. — ἐπικεκλιμένας.]* Vide suprâ ad ἄ, 309 et 314.

*Ver. 122. — εἴ τιν' ἑταίρων Ἐκ πολέμου φεύγοντα σαώσειαν.]*

Qui cursu portas primi irrupere patentes, Hos inimica super mixto premit agmine turba.

———— Pars claudere portas, Nec sociis aperire viam; ———

———— oriturque miserrima cædes

Defendentum armis aditus, inque arma ruentum. *Æn. XI, 879.*

Irrumpunt, aditus Rutuli ut videre patentes. *Æn. IX, 685.*

*Ver. 125. — κεκλήγοντες.]* Vide suprâ ad β', 514; et ad γ', 31.

*Ver. 127—132. — ἐν δὲ πύλῃσι δὴ ἀνέρας, — ὡς ὅτε τι δρῶς.]*

Pandarus et Bitias ———

Portam, quæ ducis imperio est commissa, recludunt

Freti armis; ultrôque invitant mœnibus hostem.

Ipsi intus dextrâ ac lævâ pro turribus astant, Armati ferro, et cristis capita alta corusci.

Quales aëriæ, liquentia flumina circum, Sive Padi ripis, Athesim seu propter amœ-

num, Consurgunt geminæ quercus, intonsaque cœlo

Attollunt capita, et sublimi vertice nutant. *Æn. IX, 675.*

Quo de loco, ita *Macrobius*: "Græci milites *Polypates* et *Leonteus* stant pro portis, et immobiles *Asium* advenientem hostem velut fixæ arbores opperiantur. Hactenus est Græca descriptio. Verùm Virgiliana, *Bitian* et *Pandarum* portam ultrô recludere facit, oblaturus hosti, quod per vota quærebatur, ut compos castrorum fieret, per hoc futurus in hostium potestate. Et geminos heros modò turres vocat, modò describit luce cristarum coruscus. Nec arborum, ut ille, similitudinem prætermisit; sed uberius eam pulchriusque descripsit." *Lib. V. cap. 11*

Τὸν δὲ, Λεοντῆα, βροτολοιγῶ ἴσον Ἄρηϊ·	130
Τὰ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων	
Ἔστασαν, ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι,	
Αἴτ' ἀνεμον μίμνουσι καὶ ὑέτον ἤματα πάντα,	
Ῥίζησιν μεγάλησι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι.	
Ὡς ἄρα τὰ, χεῖρεσσι πεποισότες ἠδὲ βίηφι,	135
Μίμνον ἐπερχόμενον μέγαν Ἄσιον, οὐδ' ἐφέβοντο.	
Οἱ δ' ἰθὺς πρὸς τεῖχος εὐδμητον, βόας αὔας	
Ἦψός' ἀνασχόμενοι, ἔκιοι μεγάλα ἀλαλητῶ,	
Ἄσιον ἀμφὶ ἀνακτα, καὶ Ἰαμενὸν, καὶ Ὀρέστην,	
Ἀσιάδην τ' Ἀκάμαντα, Θῶνά τε, Οἰνόμαόν τε.	140
Οἱ δ' ἦτοι εἴως μὲν εὐκνήμιδας Ἀχαιοὺς	
Ὀρηνον, ἔνδον ἰόντες, ἀμύνεσθαι περὶ νηῶν	
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῖχος ἐπεσσυμένους ἐνόησαν	
Τρῶας, ἀτὰρ Δαναῶν γένετο ἰαχὴ τε φόβος τε,	
Ἐκ δὲ τὰ αἰΐξαντε, πυλάων πρόσθε μαχέεσθην,	145
Ἀγροτέροισι σύεσσιν ἰοικότε, τὰ τ' ἐν ὄρεσσιν	
Ἀνδρῶν ἠδὲ κυνῶν δέχαται κολοσυρτὸν ἰόντα,	

Alterum verò, Leonteum, hominum-pernicièi parem Marti : 130

Hi scilicèt ante portas altas

Stabant, ut quandò quercus in montibus proceræ,

Quæ quidem ventum sustinent et pluviam dies omnes,

Radicibus magnis latè-porrectis haerentes.

Sic utiqûe hi, manibus freti atqûe viribus,

135

Manebant advenientem magnum Asium, neque fugiebant.

Illi verò rectà ad murum benè-structum, tergora-boum arida

In altum elevantes, ibant magno cum fremitu,

Asium circa regem, et Iamenum, et Orestem,

Asiademque Acamanta, Thoonaque, Oenomaumque.

140

Atque hi [*Polyphœtes et Leonteus*] adhuc quidem benè-ocreatos Achivos

Hortabantur, intùs existentes, pugnare pro navibus :

Sed postquam in murum ruentes animadverterunt

Trojanos, Danaorumque ortus est clamorque fuga ;

Tum tandem hi duo erumpentes, portas ante pugnabant,

145

Agrestibus apris similes, qui in montibus

Virorum atque canum excipiunt tumultum advenientem,

Ver. 131. Τὸ μὲν ἄρα.] Vocabuli, ἄρα, ea ferè hic vis est, ac si Latinè scribas; "Hi quidem, ut dictum est," &c.  
Ver. 132. Ἔστασαν.] Vide suprà ad ver. 55.

Ver. 141. ——— ἐκνήμιδας Ἀχαιοὺς, ——— ἔνδον ἰόντες.] *Al.* ἐκνήμιδες Ἀχαιοί. ——— ἔνδον ἰόντας. Minùs rectè. Opposita enim sunt, ἔνδον ἰόντες, et, ἐκ δὲ αἰΐξαντε.

Ver. 142. Ὀρηνον.] *Barnesius* emendavit, Ὀρηνον. Sed nihil opus.

Ver. 144. ——— γένετο ἰαχὴ τε φόβος τε.]

De harum vocum prosodià, vide suprà ad ὃ 456.

It clamor totis per propugnacula muris.

*Æn.* IX, 664.

Ver. 145. Ἐκ δὲ τὰ αἰΐξαντε.] Suprà, ver 127. Cæterùm quod hic annotat *Barnesius*, τὸ, "Δι," παρίλκει, absurdum est. Eam enim vim habet, ac quod aiunt Latini, *tum verò*, &c. Vide suprà ad ἄ, 57.

Ver. 146. ——— ἰοικότι.] Ita edidit *Barnesius*, rectè. Sed et *Eustathius*, in Commentario, ita scripsit. *Al.* ἰοικότις, malè.

Δοχμῶ τ' αἴσسونτε περὶ σφίσιν ἄγνυτον ὕλην,  
 Πρυμνήν ἐπτάμνοντες, ὑπαὶ δέ τε κόμπος ὀδόνταν  
 Γίγνεται, εἰσόκε τίς τε βαλὼν ἐκ θυμὸν ἔληται· 150  
 Ὡς τῶν κόμπει χαλκὸς ἐπὶ στήθεσφι φαεινὸς,  
 Ἄντην βαλλομένων· μάλα γὰρ κρατερῶς ἐμάχοντο,  
 Λαοῖσιν καθύπερθε πεποιθότες, ἠδὲ βίηφιν.  
 Οἱ δ' ἄρα χερμαδίοισιν εὐδμήτων ἀπὸ πύργων  
 Βάλλον, ἀμυνόμενοι σφῶν τ' αὐτῶν, καὶ κλισιάων, 155  
 Νηῶν τ' ἠκυπόρων· νιφάδες δ' ὡς πίπτον ἔραζε,  
 Ἄς τ' ἄνεμος ζαῆς, νέφεια σκίοέντα δονήσας,  
 Ταρφειᾶς κατέχευεν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ·  
 Ὡς τῶν ἐκ χειρῶν βέλε' ἔρρεον, ἡμὲν Ἀχαιῶν,  
 Ἥδ' ἐ καὶ ἐκ Τρώων· κόρυθες δ' ἀμφ' αὖτον αὐτέων, 160

Obliquoque impetu-ruentes, circa se frangunt sylvam,  
 Ad radices usque excindentes, subtúsque stridor dentium  
 Oritur, donec aliquis jaculatus vitam eis eriperit : 150  
 Sic horum resonabat aes in pectoribus lucidum,  
 Hinc illinc percussorum : valdè enim fortitèr procliabantur,  
 Copiis supernè freti, atque propriis viribus.  
 Illi quippe saxis-missilibus, benè-aedificatis à turribus  
 Jaculabantur, propugnantes sibique ipsis et tentoriis, 155  
 Navibusque velocibus : Nives autem ut cadunt in terram,  
 Quas ventus vehementèr-flans, nubes opacas agitans,  
 Crebras è-sublimi-effundit in terram almam :  
 Sic horum è-manibus tela fluebant, tam Achivorum,  
 Quàm etiam ex Trojanorum : galeae autem circùm raucum sonabant 160

Ver. 148. — ἄγνυτον.] Sicut ex δίδωμι, δίδωτον' ita ex ἄγνυμι, ἄγνυτον' Vide suprâ ad γ', 260. Neque in his ulla unquam est licentia.

Ibid. — ὕλην.] Vide suprâ ad γ', 151.

Ver. 150. Γίγνεται.] *Al.* Γίνεταί. Quod perinde est. Nam γίνομαι primam producit.

Ver. 153. Λαοῖσιν καθύπερθε.] *Al.* Λαοῖσι. Quod et ferri potest. Vide ad α', 51. n. 8.

Ver. 154. — χερμαδίοισιν — ἀπὸ πύργων.]

Saxa quoque infestoolvebant pondere, si quâ

Possent tectam aciem perrumpere. —

*Æn.* IX, 512.

Ver. 156. — νιφάδες δ' ὡς πίπτον ἔραζε.] Utroque modo rectè se habebit constructio : sive scribatur, νιφάδες δ' ὡς, πίπτον ἔραζε : ut πίπτον scilicèt referatur ad χερμαδία : Sive scribatur, νιφάδες δ' ὡς πίπτον ἔραζε, ut referatur πίπτον ad νιφάδες. Tam enim coherent tempora, πίπτον et κατέχευεν, quàm πίπτον et βάλλον.

Sternitur omne solum telis ; —

— pugna aspera surgit :

Quantus ab occasu veniens pluvialibus hædis

Verberat imber humum ; quàm multâ grandine nimbi

In vada præcipitant, cùm Jupiter horridus Austris

Torquet aquosam hyemem, et cælo cava nubila rumpit. *Æn.* IX, 666.

Telaque conjiciunt, proturbantque eminus hostem

Missilibus : —————

Ac velut, effusâ siquando grandine nimbi Præcipitant, —————

——— sic obrutus undique telis

*Æneas.* ————— X, 801.

— Fundunt simul undique tela

Crebra, nivis ritu ; cælumque obtexitur umbrâ. XI, 610.

Ver. 159. — ἐκ χειρῶν βέλε' ἔρρεον.]

— Telorum effundere contra

Omne genus Teuceri. — *Æn.* IX, 509.

Ver. 160. — κόρυθες δ' ἀμφ' αὖτον αὐτέων.]

— Tum scuta cavæque

Dant sonitum flictu galeæ. — *Æn.* IX, 666.

— Injctis sic undique telis

Obruitur : Strepit assiduò cava tempora circum

Tinnitu galeæ, et saxis solida æra fatiscunt. *Ibid.* 807.

Βαλλόμεναι μυλάκεσσι, καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι.

Δή ῥα τότ' ἄμωξέν τε καὶ ἄ πεπλήγετο μηρῷ

"Ἄσιος Ὑρτακίδης, καὶ ἀλαστήσας ἔπος ἠΰδα·

Ζεῦ πάτερ, ἧ ῥά νυ καὶ σὺ φιλοψευδῆς ἐτέτυξο  
Πάγχυ μάλ'· οὐ γὰρ ἔγωγ' ἐφάμην ἥρωας Ἀχαιοῖς

165

Σχῆσειν ἡμέτερόν γε μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους·

Οἱ δ', ὡς τε σφῆκες μέσον αἰόλοι, ἧε μέλισσαι,

Οἰκία ποιήσονται ὀδῶ' ἐπι παιπαλοέσση,

Οὐδ' ἀπολείπουσιν κοῖλον δόμον, ἀλλὰ μένοντες

"Ἄνδρας θρητηῆρας, ἀμύνονται περὶ τέκνων·

170

"Ὡς οἴγ' οὐκ ἐβέλουσι πυλάων, καὶ δὴ εἴοντε,

Χάσασθαι, πρὶν γ' ἧε κατακτάμεν, ἧε ἀλῶναι.

"Ὡς ἔφατ', οὐδὲ Διὸς πείθε φρένα ταῦτ' ἀγορεύων·

"Ἐκτορι γὰρ οἱ θυμὸς ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι.

"Ἄλλοι δ' ἀμφ' ἀλλησι μάχην ἐμάχοντο πύλησιν·

175

Ἀργαλέον δέ με ταῦτα, θεῶν ὡς, πάντ' ἀγορεύσαι·

Πάντη γὰρ περὶ τεῖχος ὀρᾷρει θεσπιδαῖς πῦρ,

Percussae ingentibus-saxis, et clypei umbonibus-muniti.

Tum verò ingemuitque et sua percussit femora

Asius Hyrtacides, et indignatus verbum dixit:

" Jupiter pater, igitur jam et tu fallax factus es

" Omnino: Non enim ego putabam heroas Achivos

165

" Sustenturos nostrum robur et manus invictas:

" At illi, ut vespae in medio maculosae, aut apes,

" Nidos faciunt viam ad asperam,

" Neque relinquunt concavam domum, sed manentes

" Viros venatores, pugnant pro natis;

170

" Sic illi nolunt à portis, tantùm duo licèt existentes,

" Recedere, antequam vel interficiantur, vel capiantur."

Sic dixit, neque Jovis flexit mentem haec dicens:

Hectori enim ejus animus volebat hujus diei gloriam praebere.

Alii interim circa alias pugnam pugnabant portas:

175

Difficile verò me haec, deum tanquam, omnia proloqui;

Undiquaque enim circa murum excitatus est immanè-ardens ignis,

Ver. 161. Βαλλόμεναι μυλάκεσσι.]

— Telis premit, omniaque arma

Advocat, et ramis vastisque molaribus instat.

Æn. VIII, 249.

Ver. 162. — ἄμωξέν τε, καὶ ἄ πεπλήγετο μηρῷ.] De voce πεπλήγετο, vide suprâ ad γ', 31; et ad β', 314.

—gemens—palmis percussa lacertos.

Æn. VII, 501, 503.

Ver. 164. — ἧ ῥά νυ καὶ σὺ φιλοψευδῆς ἐτέτυξο.]

— Fallax haud antè repertus

Hoc uno responso animum delusit Apollo.

Æn. VI, 543.

Ver. 167. — αἰόλοι.] Εὐκίνητοι, ὡς καὶ ἀλλοτρίως φησι, " Πόδας αἰόλον ἴππον." Schol. Τὸ

μῖσον συνηχῶς κινούμενοι καὶ εἰλούμενοι. Porphyry. Quæst. Homeric. 3. Vide suprâ ad β', 816.

Ibid. — ἧε μέλισσαι.] Ita edidit Barnesius; Rectè. Sed et Eustathius, in Commentario, ita legit. Al. ἧδε μέλισσαι.

Ver. 168. Οἰκία ποιήσονται.] Al. ποιήσονται.

Ver. 171. — καὶ δὴ εἴοντε.] Suprâ, ver. 127, 145.

Ver. 172. — ἧε κατακτάμεν, ἧε ἀλῶναι.] Versio Wetsteniana: vel interficiant alios, vel ipsi capiantur. Minus rectè.

Ver. 174. — γὰρ οἱ.] Quâ ratione, γὰρ, hîc producatur; item θεῶν, ver. 176; vide suprâ ad α', 51. n. 10.

Ver. 177.] — περὶ τεῖχος ὀρᾷρει θεσπιδαις πῦρ.] De voce, ὀρᾷρει, vide suprâ ad β',

Λαίϊνον Ἄργεῖοι δὲ, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἀνάγκη  
 Νηῶν ἠμύνοντο· θεοὶ δ' ἀκαχρίατο θυμῷ  
 Πάντες, ὅσοι Δαναοῖσι μάχης ἐπιτάρροθοι ἦσαν.

180

Σὺν δ' ἔβαλον Λαπίθαι πόλεμον καὶ δηϊοτῆτα·

Ἔνθ' αὖ Πειριθίου υἱός, κρατερός Πολυποίτης,  
 Δουρὶ βάλεν Δάμασον, κνήης διὰ χαλκοπαρήου·  
 Οὐδ' ἄρα χαλκείῃ κόρυς ἔσχεθεν· ἀλλὰ διὰ πρὸ  
 Αἰχμῇ χαλκείῃ ῥῆξ' ὀστέον· ἐγκέφαλος δὲ

185

Ἔνδον ἅπας πεπάλακτο· δάμασσε δέ μιν μεμαῶτα·  
 Αὐτὰρ ἔπειτα Πύλωνα καὶ Ὀρμενον ἐξενάρξιζεν·

Υἱὸν δ' Ἀντιμάχοιο Λεοντεύς, ὄζος Ἄρης,  
 Ἴππόμαχον βάλε δουρὶ, κατὰ ζωστήρα τυχήσας.  
 Αὐτὶς δ' ἐκ κολεοῖο ἐρυσσάμενος ξίφος ὄζυ,

190

Ἀντιφάτην μὲν πρῶτον, ἐπαΐζας δι' ὀμίλου,  
 Πληξ' αὐτοσχεδίνην· ὁ δ' ἄρ' ὑπτιος οὐδεὶ ἐρείσθη·  
 Αὐτὰρ ἔπειτα Μένωνα, καὶ Ἰαμενὸν, καὶ Ὀρέστην,

Lapideum : Argivi autem, moesti licet, necessitate  
 Pro navibus pugnabant : dii verò tristes-erant animo  
 Omnes, quotquot Danais in proelio favebant.

180

Commiserunt autem Lapithae pugnam et proelium :

Tum utique Pirithoi filius, fortis Polypoetes,

Hastâ percussit Damasum per galeam aereis-munitam-malis :

Neque aerea galea prohibuit ; sed penitus

Cuspis aerea perrupit os ; cerebrumque

185

Intus totum foedatum est ; domuitque ipsum ardentem :

Deinde verò Pylonem et Ormenum interfecit :

Filium item Antimachi Leonteus, ramus Martis,

Hippomachum percussit hastâ, ad balteum assecutus.

Deinde autem ex vaginâ extracto ense acuto,

190

Antiphatem quidem primùm, impetu facto per turbam,

Percussit cominùs ; atque is supinus solo allisus est :

Tum dein Menonem, et Iamenum, et Orestem,

810. Est autem *Δισπιδαιὸς πῦρ*, hoc in loco, τὸ θεῖον τῆς μάχης. Quod praefere videtur *Eustathius*, ut ignis reverà intelligatur ; minus hic aptum est. *Virgilius*, in re diversâ, aptè ;

Undique clamor

Tollitur ; invadunt, et fossas aggere complent :

Ardentes tædas alii ad fastigia jactant.

*Æn.* IX, 566.

*Ver.* 178. — ἀχνύμενοι.] Vide suprâ ad γ', 260.

*Ver.* 179. — ἀκαχρίατο θυμῷ.] *Al.* ἀκαχρίατο, et θυμῶν.

*Ver.* 181. — Λαπίθαι.] Suprà, *ver.* 128.

*Ver.* 185. — κνήης διὰ χαλκοπαρήου· — ἐγκέφαλος δὲ.]

— telumque aurata ad tempora torquet :  
 Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro.

*Æn.* XII, 556.

*Ver.* 185. Αἰχμῇ χαλκείῃ.] *Al.* Αἰχμῇ ἰεμίνῃ. Id quod, propter χαλκείην in versu præcedente, non videtur prorsùs contemnendum.

*Ver.* 186. — μεμαῶτα.] Vide suprâ ad β', 818.

*Ver.* 188. Τῖον δ' Ἀντιμάχοιο Λεοντεύς, — Ἴππόμαχον.] *Vulgò*, υἱός. Sed rectè ex MSS. et ex *Eustathii* commentario restituit *Barnesius*, υἱόν. Non enim *Antimachi* filius erat *Λεοντεύς*, sed *Coronί*. Suprà β', 745.

*Ver.* 190. — ἐρυσσάμενος.] Ita edidit *Barnesius* ; rectè. Nam *ἐρυσσάμενος*, quod habent *Vulgati*, secundam corripit.

Πάντας ἐπασσυτέρους πέλασε χθονὶ πουλυβοτείρη.

“Οφρ’ οἱ τοὺς ἐνάριζον ἀπ’ ἔντεα μαρμαίροντα, 195

Τόφρ’ οἱ Πουλυδάμαντι καὶ Ἔκτορι κούροι ἔποντο,

Οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἔσαν, μέμασαν δὲ μάλιστα

Τεῖχος τε ῥήξαι, καὶ ἐνιπρῆσαι πυρὶ νῆας·

Οἱ ῥ’ ἔτι μερμήριζον, ἐφεσταότες παρὰ τάφρω·

“Ορνις γὰρ σφιν ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν, 200

Διετὸς ὑψιπέτης, ἐπ’ ἀριστερὰ λαὸν ἔέργων,

Φοιήνεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον,

Ζῶν, ἔτ’ ἀσπαίροντα· καὶ οὐπω λήθετο χάρμης·

Κόψε γὰρ αὐτὸν ἔχοντα κατὰ στῆθος, παρὰ δεξιῆν,

Omnes alios-super-alios admovit terrae almae.

Dum ii hos interfectos-spoliabant armis coruscis, 195

Interea Polydamantem et Hectorem juvenes sequebantur,

Qui plurimi et fortissimi erant, ardebantque maxime

Murumque perumpere, et incendere igne naves :

Hi tamen adhuc anxie-deliberabant, stantes ad fossam :

Augurium enim ipsis supervenit transire cupientibus, 200

Aquila altivolans, ad sinistram copias dividens,

Cruentatum serpentem gestans unguibus immanem,

Vivum, adhuc palpitantem ; necdum is oblitus erat pugnae ;

Percussit enim ipsam tenentem ad pectus, prope collum,

Ver. 194. — πέλασε.] Vide supra ad α', 140.

Ver. 198. — ῥήξαι, καὶ ἐνιπρῆσαι.] *Al.*  
ῥήξαι καὶ ἐνιπρῆσαι.

Ver. 200. “Ορνις γὰρ σφιν ἐπῆλθε.]

Hic Jovis altisoni subito pinnata satelles  
Arboris e trunco, serpentis saucia morsu,

transfigens unguibus anguem .

Semianimum, et varia graviter cervice mi-  
cantem.

Quem se intorquentem lanians——

Abjicit efflantem,——

Seque obitu a solis nitidos convertit in or-  
tius. *Cic. de Divinat. lib. I. § 47.*

Namque volans rubra fulvus Jovis ales in  
æthra,——

Cycnum excellentem pedibus rapit impro-  
bus uncis.

—— donec vi victus et ipso

Pondere defecit, prædamque ex unguibus  
ales

Projecit fluvio, penitusque in nubila fugit.

*Æn. XII, 247.*

Utque volans altè raptum cum fulva dra-  
conem

Fert aquila, implicuitque pedes, atque un-  
guibus hæsit :

Saucius at serpens sinuosa volumina versat,

Arrectisque horret squamis, et sibilat ore  
Arduus insurgens ; illa haud minus urget  
obunco

Luctantem rostro, simul æthera verberat  
alis. *Æn. XI, 751.*

De quo posteriore loco *Macrobius* : “ Vir-  
gilius solam aquilæ prædam refert, nec  
“ Homericæ aquilæ omen advertit ; quæ et  
“ sinistrâ veniens vincuntium prohibebat  
“ accessum, et accepto à captivo serpente  
“ morsu prædam dolore dejecit ; factoque  
“ tripudio solistimo, cum clamore dolorem  
“ testante prætervolat : His prætermis-  
“ quæ animam parabolæ dabant, velut ex-  
“ animum in Latinis versibus corpus re-  
“ mansit.” *Lib. V. cap. 13.* Verùm (ut  
rectè notavit *Poppius*) non hæc omnia vitio  
erant vertenda *Virgilio* ; quia aliam ad rem  
adduxit hanc similitudinem *Virgilius*, ad aliam  
*Homerus*.

*Ibid.* — περησέμεναι.] Vide supra ad α', 67.

*Ibid.* — μεμαῶσιν.] Vide ad β', 818.

Ver. 201. — ἐπ’ ἀριστερὰ.] Ζητείται πῶς  
ὁ Ζεὺς ἐπικρατεστέρους ἑίλων ποιῆσαι τοὺς  
Τρῶας, σημείον αὐτοῖς κωλυτικὸν ἀσπίμπεσι·  
—— καὶ ῥητέον, ὅτι νίκην μὲν ἐβούλετο τοῖς  
Τρῶσιν, ἐξελθεῖν δὲ τὸ δίος τῶν Ἑλλήνων. *Schol.*  
Ineptè admodum. Non enim victoriam erant  
reportaturi Trojani, sed è manibus jamjam  
partam dimissuri, *ver. 223, &c.* Neque hoc  
signum omninò viderunt Græci, sed aliud et  
diversum, *ver. 254.*

Ver. 204. — παρὰ δεξιῆν.] *Al.* περὶ δεξιῆν.



- 'Ιδνωθεὶς ὀπίσω ὁ δ' ἀπὸ ἔβεν ἦκε χαμαῖζε, 205  
 'Αλγήσας ὀδύνησι, μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ.  
 Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῆσ' ἀνέμοιο.  
 Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν  
 Κείμενον ἐν μέσσοισι, Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.  
 Δὴ τότε Πουλυδάμας Θρασὺν Ἔκτορα εἶπε παραστάς· 210  
 "Ἔκτορ, αἰεὶ μὲν πῶς μοι ἐπιπλήσσεις ἀγορῆσιν  
 'Εσθλὰ φραζομένα· ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν,  
 Δῆμον ἔοντα παρῆξ ἀγορευέμεν, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,  
 Οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ, σὺν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν.  
 Νῦν δ' αὐτ' ἐξερέω, ὥς μοι δοκεῖ εἶναι ἄριστα. 215  
 Μὴ ἴομεν Δαναοῖσι μαχησόμενοι περὶ νηῶν  
 ὦ Ωδε γὰρ ἐκτελέεσθαι οἴομαι, εἰ ἔτεόν γε  
 Τρῶσιν ὄδ' ὄρνις ἐπῆλθε περησέμεναι μεμαῶσιν,  
 Αἰετὸς ὑψιπέτης, ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἔργων,

- Contortus retrò : Illa autem à se demisit in terram, 205  
 Dolens angoribus, mediumque dejecit in agmen :  
 Ipsaque clangens avolavit flatibus ventì.  
 Trojani verò cohorrerunt, ut viderunt maculosum serpentem  
 Jacentem in mediis, Jovis portentum Aegiochi.  
 At tum quidem Polydamas audacem Hectorem allocutus est astans : 210  
 " Hector, semper quidem ferè me increpas in concionibus,  
 " Quamquam rectè monentem : uti quidem nequamquam par est,  
 " Civis qui sit, praeter rectum dicere, neque in concilio,  
 " Neque unquam in bello, sed tuam potentiam semper augere.  
 " Nunc autem rursus proloquar, ut mihi videntur esse optima. 215  
 " Nè eam cum Danais pugnaturi de navibus :  
 " Sic enim eventurum puto, si quidem verè  
 " Trojanis hoc augurium advenit transire cupientibus,  
 " Aquila altivolans, ad sinistram copias dividens,

Ver. 205. — ἀπὸ ἔβεν.] Quà ratione, ἀπὸ, hic ultimam producat; item τε, ver. 198; vide suprâ ad α', 51. n. 10.

Ver. 206. — ἐνὶ κάββαλ' — πέτετο.] Plato in Ione citat, ἰγκάββαλ' — ἔπετο.

Ver. 207. Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῆσ' ἀνέμοιο.] Καὶ αὐτοὶ τε δὴ κατασκευάζουσιν οἱ ποιηταὶ —, πρὸς χρεῖμα θρῶντες, οἰκία καὶ δηλωτικὰ τῶν ὑποκειμένων τὰ ὀνόματα, — καὶ μιμητικώτατα τῶν πραγμάτων ὡς ἔχει ταυτὶ, — " Αὐτὸς δὲ κλάγξας πέτετο πνοιῆσ' ἀνέμοιο." Dionys. Halicarn. περὶ συνθίσεως, § 16. Vide suprâ ad β', 210; ad γ', 363; ad δ', 455 et 504.

Ver. 208. — ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.] De voce, αἰόλος, mobilis; vide suprâ ad β', 816. Cæterum, cùm in promptu esset, ὄφιν αἰόλον εἶδον, fieri non potest quin consultò dixerit, ἴδον αἰόλον ὄφιν' ut, stupentibus, serpente viso, Trojanis, versùs ipse nec opi-

natò quasi diriguisse videatur. "Ἔστι δ' ὅση κακοφονία δυνότητα ποιεῖ, καὶ μάλιστα ἐὰν τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα διη τοιαύτης. "Ὡσπερ τὸ Ὀμηρικόν, τὸ, " Τρῶες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν." "Ἦν μὲν γὰρ καὶ εὐφανοτέρως εἰπόντα αἰεταὶ τὸ μέτρον, — " ὅπως ὄφιν αἰόλον εἶδον" Ἄλλ' οὔτ' ἂν ὁ λέγων δεινὸς οὕτως ἔδοξεν, οὔτε ὄφιν αὐτὸς. Demetr. Phaler. § 267. Vide suprâ ad α', 342; ad γ', 363; ad δ', 456; et ad λ', 56.

Ver. 209. — Διὸς τέρας αἰγιόχοιο.]

alto

Dat signum caelo, quo non presentius ul- lum. Æn. XII, 245.

Ver. 215. Δῆμον ἔοντα.] Barnesius conjicit, scribendum Δῆμιον ἔοντα. Sed nullâ idoneâ auctoritate.

Ver. 215. — ἄριστα.] Al. ἄριστον.

Ver. 217. — εἰ ἔτεόν γε.]

— si credere dignum est. Æn. VI, 175.

Φοινίηντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλαρον, 220  
 Ζῶν· ἄφαρ δ' ἀφέηκε, πάρος φίλα οἰκί' ἰκέσθαι,  
 Οὐδ' ἐτέλεσσε φέρων δόμεναι τεκέεσσιν ἑοῖσιν·  
 Ὡς ἡμεῖς, εἶπερ τε πύλας καὶ τεῖχος Ἀχαιῶν  
 Ῥηξόμεθα σθένει μεγάλῳ, εἴξωσι δ' Ἀχαιοὶ,  
 Οὐ κόσμῳ παρὰ ναῦφιν ἔλευσόμεθ' αὐτὰ κέλευθα· 225  
 Πολλοὺς γὰρ Τρώων καταλείψομεν, οὓς κεν Ἀχαιοὶ  
 Χαλκῶ δῆώσουσιν ἀμυνόμενοι περὶ νηῶν.  
 Ὡδέ χ' ὑποκρίναιτο θεοπρόπος, ὅς σάφα θυμῷ  
 Εἰδέειν τεράων, καὶ οἱ πειθόιατο λαοί.  
 Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη κορυθαίολος Ἔκτωρ· 230  
 Πουλυδάμα, σὺ μὲν οὐκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις·  
 Οἶσθα καὶ ἄλλον μῦθον ἀμείνονα τοῦδε νοῆσαι.  
 Εἰ δ' ἐτεὸν δὴ τοῦτον ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις,  
 Ἐξ ἄρα δὴ τοι εἴπειτα θεοὶ φρένας ἄλεσαν αὐτοί·  
 Ὅς κέλειαι Ζηνὸς μὲν ἐριγδούποιο λαθέσθαι 235  
 Βουλέων, ἃς τέ μοι αὐτὸς ὑπέσχετο καὶ κατένευσε.  
 Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις  
 Πείθεσθαι· τῶν οὔτι μετατρέπομ', οὐδ' ἀλεγίζω,

- “ Cruentatum serpentem portans unguibus immanem, 220  
 “ Vivum; citòque dimisit, antequam ad charos nidos pervenisset,  
 “ Neque effecit portans ut daret pullis suis:  
 “ Sic nos, etiamsi portas et murum Achivorum  
 “ Perruperimus robore magno, cesserintque Achivi;  
 “ Non faustè à navibus revertemur per easdem vias: 225  
 “ Multos enim Trojanorum relinquemus, quos quidem Achivi  
 “ Aere interfecerint pugnantes pro navibus.  
 “ Hâc certè interpretatione responderit augur, qui verè animo  
 “ Peritus sit prodigiorum, et ei paruerint populi.”  
 Hunc autem torvè intuitus allocutus est pugnam-expeditè-ciens Hector: 230  
 “ Polydama, tu quidem non jam mihi grata haec dicis:  
 “ Nòsti et aliam sententiam meliorem hâc excogitare.  
 “ Sin autem reverà jam hanc seriò dicis,  
 “ Utique tibi jam dii mentem ademerunt ipsi:  
 “ Qui jubes Jovis quidem altitonantis oblivisci 235  
 “ Consiliorum, quae mihi ipse promisit et annuit.  
 “ Tu verò me alitibus alas-expandentibus jubes  
 “ Parere; quos minimè moror, neque curo,

Ver. 224. — σθένει μεγάλῳ.] Quâ ratione, σθένει, hic ultimam producat; item δὲ, ver. 241; et παρφαμένους, ver. 249; et ἔρων, ver. 261; et οἴγε, ver. 263; vide suprâ ad α, 51. n. 8.

Ver. 228. — ὑποκρίναιτο.] Vide suprâ ad α, 309.

Ver. 230. — κορυθαίολος.] Vide suprâ ad β, 816.

Ver. 231. — οὐκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα.] Indicat vocula ista, ἔτι, gratum fuisse Hectori, et memoriâ affixum, quòd antea dederat consilium Polydamas, ver. 60—80—109. Ut rectè annotavit *Domina Dacier*.

Ver. 236. Βουλέων.] Pronuntiabatur, βουλήων.

Ver. 237. — οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι.] Avibus præpeditibus. *Gell. lib. VI, cap. 6.*

Εἴτ' ἐπὶ δέξι' ἴωσι πρὸς ἧῶ τ' ἠέλιόν τε,  
 Εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε, ποτὶ Ζόφον ἠερέεντα. 240  
 Ἥμεῖς δὲ μεγάλοιο Διὸς πειθώμεθα βουλῇ,  
 Ὅς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.  
 Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.  
 Τίπτε σὺ δεῖδοικας πόλεμον καὶ θηϊοτῆτα;  
 Εἶπερ γάρ τ' ἄλλοι γε περικτεινώμεθα πάντες 245  
 Νηυσὶν ἐπ' Ἀργείων, σοὶ δ' οὐ δέος ἔστ' ἀπολέσθαι.  
 Οὐ γάρ τοι κραδίη μενεδήϊος, οὐδὲ μαχήμων.  
 Εἰ δὲ σὺ θηϊοτῆτος ἀφέξεαι, ἢέ τιν' ἄλλον  
 Παρφάμενος ἐπέεσσιν ἀποτρέψεις πολέμοιο,  
 Αὐτίκ' ἐμαῶ ὑπὸ δουρὶ τυπείς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσεις. 250  
 Ὡς ἄρα φωνήσας ἠγήσατο τοὶ δ' ἄμ' ἔποντο  
 Ἥχῃ θεσπεσίῃ ἐπὶ δὲ Ζεὺς τερπικέραυνος  
 Ὄρσεν ἀπ' Ἰδαίων ὄρεων ἀνέμοιο θύελλαν,  
 Ἥ ῥ' ἰθὺς νῆῶν κοινὴν φέρεν· αὐτὰρ Ἀχαιῶν

" Sive ad dextram vadant, ad auroramque solemque,  
 " Sive ad sinistram isti, ad occasum obscurum. 240  
 " Nos verò magni Jovis pareamus consilio,  
 " Qui omnibus mortalibus et immortalibus imperat.  
 " Unum augurium est praestantissimum, pugnare pro patria.  
 " Cur tu times pugnam et proelium?  
 " Etsi enim alii circum-occidamur omnes, 245  
 " Naves ad Argivorum; tibi tamen non timor est pereundi:  
 " Non enim tibi est cor impetus-hostium-manens, neque pugna.  
 " Si verò tu à pugna abstinēbis, vel aliquem alium  
 " Dehortatione-deceptum verbis avertes à proelio;  
 " Statim meâ hastâ percussus animam amittes." 250  
 Ita fatus praecessit; hi autem unâ sequebantur  
 Clamore immenso; insuperque Jupiter gaudens-fulmine  
 Excitavit ab Idaeis montibus ventî procellam,  
 Quae rectâ naves-versus pulverem ferebat; atque Achivorum

Ver. 240. Εἴτ' ἰσ' ἀριστερὰ τοίγε.] Quàm non sit supervacaneum istud τοίγε, sed elegans admodum et venustum; vide supra ad γ', 409.

Ver. 241. Ἥμεῖς δὲ.] Barnesius mallet hîc δὴ legere. Sed nihil opus. Rectius enim hoc in loco est, Nos verò, quàm, Nos demum.

Ver. 242. — ἀθανάτοισιν.] Vide supra ad ε', 598.

Ver. 243. Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.] *Al.* ἀμύνασθαι. Χρησθῆαι δὲ δεῖ καὶ ταῖς τεθρολλημέναις καὶ κοιναῖς γνώμαις, ἃν ὦσι χρησίμοι διὰ γὰρ τὸ εἶναι κοινὰ, ὡς ὁμολογούντων ἀπάντων, ὁρῶς ἔχειν δοκοῦσαν οἶον, παρακαλοῦντι εἰς τὸ κινδυνεύειν, μὴ θυσσεῖν, " Εἷς οἰωνὸς ἄριστος," &c. *Arist. Rhetoric. lib. II.*

cap. 21. Καίρω πολλάκις, — τὰ Δημοσθένους ἐγγύς τῶν Ὀμήρου θηϊεύς. Οἶον, " Εἷς οἰωνὸς ἄριστος," πρὸς τὸ, " Δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, τὰς ἀγαθοὺς ὑποθεμένους ἐλπίδας," &c. *Lucian. Encom. Demosthenis, haud longè ab initio.* " Augurque cùm esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro Reipublicæ salute fierent." *Cic. de senectute.*

Ver. 251. — ἠγήσατο τοὶ δ' ἄμ' ἔποντο.] — campo sese arduus infert:

Clamore excipiunt socii, fremituque sequuntur

Horrisono —————. *Æn. IX, 53.*

Ver. 254. — ἰθὺς νῆῶν κοινὴν φέρεν.] Pulvis nimirum turbine collectus Achivis rectâ in oculos ferebatur.

Θέλγε νόον, Τρωσὶν δὲ καὶ Ἑκτορι κῦδος ὅπαζε· 255  
 Τοῦ περ δὴ τεράεσσι πεποιθότες, ἠδὲ βίηφι,  
 Ῥήγνυσθαι μέγα τεῖχος Ἀχαιῶν πειρήτιζον.  
 Κρόσσας μὲν πύργων ἔρουον, καὶ ἔρειπον ἐπάλξεις,  
 Στήλας τε προβλήτας ἐμόχλευον, ἃς ἄρ' Ἀχαιοὶ  
 Πρώτας ἐν γαίῃ θέσαν ἔμμεναι ἔχματα πύργων. 260  
 Τὰς οἴγ' αὖ ἔρουον, ἔλποντο δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν  
 Ῥήξειν· οὐδέ νύ πω Δαναοὶ χάζοντο κελεύθου·  
 Ἀλλ' οἴγε, ῥινοῖσι βοῶν φράζαντες ἐπάλξεις,  
 Βάλλον ἀπ' αὐτῶν δηΐους ὑπὸ τεῖχος ἰόντας.  
 Ἀμφοτέρω δ' Αἴαντε κελευτιῶντ' ἐπὶ πύργων 265  
 Πάντοσε φοιτήτην, μένος ὀτρύνοντες Ἀχαιῶν  
 Ἄλλον μελιχίοις, ἄλλον στερεοῖς ἐπέεσσι  
 Νείκεον, ὄντινα πάγχυ μάχης μεθιέντα ἴδοιεν·  
 ὦ φίλοι, Ἀργείων ὅστ' ἔξοχος, ὅστε μεσῆεις,  
 Ὅστε χερεῖότερος· ἐπεὶ οὐπὶ πάντες ὁμοῖοι 270  
 Ἀέρες ἐν πολέμῳ· νῦν ἔπλετο ἔργον ἅπασι·  
 Καὶ δ' αὐτοὶ τόδε πού γινώσκετε· μή τις ὀπίσσω  
 Τετράφθω προτὶ νῆας ὁμοκλητῆρος ἀκούων·  
 Ἀλλὰ πρόσω ἴεσθε, καὶ ἀλλήλοισι κέλεσθε,  
 Αἴκεν Ζεὺς δάησιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητῆς, 275

Molliebat animum, Trojanis verò et Hectori gloriam dabat: 255  
 Hujus utique prodigiis confisi atque robore suo,  
 Perfringere magnum murum Achivorum tentabant.  
 Pinnae quidem turrium convellebant, et demoliebantur propugnacula,  
 Crepidinesque prominentes vectibus labefactabant, quas Achivi  
 Primas in terrâ posuerant, ut-essent stabilimina turrium. 260  
 Has illi convellebant, sperabantque murum Achivorum  
 Se perrupturos: nondum tamen Danaï cedebant de viâ;  
 Sed illi, scutis bubulis praemunientes propugnacula,  
 Percutiebant ex ipsis hostes murum subeuntes.  
 Ambo intereâ Ajaces hortantes in turribus 265  
 Quaquaversum itabant, robur excitantes Achivorum:  
 Alium scilicet blandis, alium duris verbis  
 Increpabant, quemcunque omninò pugnam-remittentem vidissent:  
 "O amici, Argivorum quique eximius, quique medicocris,  
 " Quique deterior; quandoquidem non omnes similes 270  
 " Viri in bello; nunc est opus omnibus:  
 " Et verò ipsi hoc nimirum cognoscitis; ne quis retrò  
 " Vertatur ad naves, *Hectori* minitanti auscultans:  
 " Sed ulteriùs procedite, et invicem hortamini,  
 " Si forsân Jupiter det Olympius fulgurator, 275

Ver. 259. — ἐμόχλευον.] *Al.* ἐμόχλευον.  
 Ver. 261. — αὖ ἔρουον.] Vide suprâ ad α', 459.  
 Ver. 266. — φοιτήτην.] *Al.* φοιτήτην.

*Ibid.* — μένος ὀτρύνοντες Ἀχαιῶν.] Vide suprâ ad β', 451.

Ver. 270. — χερεῖότερος· ἐπι.] Quâ ratione, χερεῖότερος, hic ultimam producat; item ὄστε, ver. 278. et πιδία, ver. 285. et Τρωῶας, ver. 288. vide suprâ ad α', 51. n. 8.

Νεῖκος ἀπασαμένους, δῆϊους προτὶ ἄστυ δῖεσθαι.

“Ὡς τῶγε προβοῶντε μάχην ἄτρυνον Ἀχαιῶν.

Τῶν δ', ὥστε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαί

Ἥματι χειμερίῳ, ὅτε τ' ἄρετο μητίετα Ζεὺς

Νιφέμεν ἀνθρώποισι, πιφασκόμενος τὰ ἄ κῆλα,

Κοιμήσας δ' ἀνέμους χέει ἔμπεδον, ὄφρα καλύψῃ

Ἵψηλῶν ὄρεῶν κορυφὰς καὶ πρόνας ἄκρους,

Καὶ πεδία λωτεῦντα, καὶ ἀνδρῶν πίονα ἔργα,

Καί τ' ἐφ' ἀλὸς πολιῆς κέχυται λιμέσιν τε καὶ ἀκταῖς,

Κῦμα δέ μιν προσπλάζον ἐρύκεται, ἄλλα τε πάντα

Εἰλύαται καθύπερθ', ὅτ' ἐπιβρίση Διὸς ὄμβρος·

“Ὡς τῶν ἀμφοτέρωσθε λίθοι πατῶντο θαμειαί,

Αἰ μὲν ἄρ' ἐς Τρῶας, αἰ δ' ἐκ Τρῶων ἐς Ἀχαιοὺς

Βαλλομένων· τὸ δὲ τεῖχος ὑπὲρ πᾶν δοῦπος ὄραρει.

Οὐδ' ἂν πα τότε γε Τρῶες καὶ Φαίδιμος Ἔκτωρ

Τείχεος ἐρρήξαντο πύλας καὶ μακρὸν ὄχηνα,

Εἰ μὴ ἄρ' υἱὸν ἐὸν Σαρπηδόνα μητίετα Ζεὺς

᾿Ωρσεν ἐπ' Ἀργείοισι, λέονθ' ὡς βουσὶν ἔλιξιν.

Αὐτίκα δ' ἀσπίδα μὲν πρόσθ' ἔσχετο πάντοσε ἴσην,

Καλὴν, χαλκείην, ἐξήλατον· ἦν ἄρα χαλκεὺς

“ Pugnam cum repulerimus, hostes ad urbem persequi.”

Sic illi ante alios clamantes pugnam excitabant Achivorum.

Horum autem, sicut flocculi nivis cadunt crebri

